



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Examen Theologiæ Moralis

Moure, Antonio Fernandes de

Coloniæ Agrippinæ

Pars Tertia. In qua de septem Ecclesiæ Sacramentis: De Diuino Missæ sacrificio. De indulgentijs. De Purgatorio. De Bulla Cruciata. De Horis Canonicis. De Beneficijs. De Simonia: quæstiones solit ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-40934

22 QVÆST. Degradatus exercens ordinis actum, à quo est degradatus, manetne irregularis noua irregularitate? RESP. Manet. Ita c. *Accedes* 59. dist. ibi Glo. & Doctor, nec dignus est dispensatione, etiam post pœnitentiam. Idem dicendum de eo, qui consecraret Eucharistiam sine celebratione missæ iuxta Viuald. de *degrad. num.* 47. cum D. Anton. quem refert.

Finis Secunda Partis.

EXAMINIS THEOLOGIÆ MORALIS

PARS TERTIA.

In qua de septem Ecclesiæ Sacramentis:

De Diuino Missæ sacrificio.

De indulgentijs.

De Purgatorio.

De Bulla Cruciatæ.

De Horis Canonicis.

De Beneficijs.

De Simonia: quæstiones solitæ strictim agitantur.

CAPVT I.

De Sacramentis in genere.

§. *Antequam ad singula quæque Nouæ Legis sacramen-*

men-

ment a propius accedamus, oportet prius, quæ omnia communia sunt in operis vestibulo patefacere, ne singulis eadem repetendo, tædio sumus lectori, temporaria iacturam merito plurimi facienti. Ideo tractationem sacramentorum, quam Doctores sacri de Sacramento in genere nūcuparunt, Diuino Numine propitio aggrediamur.

De Auctore Sacramentorum Nouæ Legis
Item de fine ad quem sunt instituta. §. 1.

- 1 Quis instituit sacramenta Nouæ Legis.
- 2 An potuerit Ecclesia sacramentum aliquod instituire.
- 3 Ad quem finem sunt ordinata sacramenta Nouæ Legis.

QVAESTIO. Quis instituit sacramenta Nouæ Legis? **R**ESP. Christus Dominus. Ita definiuit Conc. Tridentin. sess. 7. Can. 1. his verbis. Si quis dixerit sacramenta Nouæ Legis nō fuisse à Christo Domino nostro omnia instituta, anathema sit. Habetur cap. Ad abolendam de heret. Sumitur ex de Aug. lib. de verb. Religion. Beat. Ambros. lib. 4. de sacram. cap. 4.

2 **Q**VAEST. Potuitne Ecclesia vniuersalis etiam vniuersibus Apostolis instituere sacramenta aliqua? **R**ESP. Minime. Ita Couar. lib. 1. resol. cap. 10. numer. 3. idque latissime probat. Hanc obrem falsissima est opinio Glossæ. in principio. de pœn. d. 5. asserentis pœnitentiæ sacramentum institutum fuisse à Conc. Niseno. Falsa etiam opinio eorum, qui asseruerunt sacramentum Extremæ Vnctionis institutum fuisse à D. Iacobo, quos referam in proprio loco. attingit Sor. in 4. d. 1. quæst. 5. art. 2.

3 **Q**VAEST. Ad quem finem instituta sunt à Christo Domino huiusmodi sacramenta? **R**ESP. Ad gratiam, & gloriam per illa hominibus conferendam. Et quanquam Deus Opt. Max. absque sacramentis intermedijs posset gratiam & glori-

& gloriam hominibus conferre vt asserit Glossa. *cap. institutio de consec. dist. 2.* Voluit tamen ea Christus Dominus institueret, & sponsæ suæ sanctæ Ecclesiæ relinquere, vt faciliora remedia ad gratiam inueniendam; vtpote quasi plenissimos fontes, è quibus hauriatur. De quo summo beneficio nobis multos ab hinc annos nobis gratulans Isaias *cap. 12.* dixit: *Haurietis aquas in gaudio de fontibus Saluatoris.* Ita Casil. *in Doctrin. Christian. tractat. de sacrament. cap. 6.*

De Numero Sacramentorum Nouæ
Legis. §. 2.

- 1 Quot sunt sacramenta Nouæ Legis:
- 2 Cur sunt septem:
- 3 Quæ sunt sacramenta Nouæ legis.
- 4 An sunt alia à sacramentis Veteris Legis.

1 **Q**VAESTIO. Quot sunt sacramenta Nouæ Legis? RESP. Septem. Nec plura, nec pauciora. Ita decernitur in *e. Ad abolendam. de heret. Concil. Floren. sub Eugen. IV. Conc. Const. sess. 15. Conc. Trid. sess. 7. can. 1.*

2 **Q**VAEST. Cur septem, nec plura, nec pauciora à Christo Domino sunt instituta? RESP. Quia id congruitas rationis exigebat. Enimvero congruum erat, vt progrediamur in gratia ad vitam spiritualem, vt progredimur in natura ad vitam corporalem. Ideo per Baptismum nascimur. Per Confirmationem solidamur, corroboramur, & augemur. Per Eucharistiam nutrimur. Per Pœnitentiam ad sanitate[m] animæ, quam per peccatum amissimus restitutumur. Per extremam Vnctionem ad integram sanitate[m], peccatorum reliquijs expulsis, redimus. Per ordinem idonei ministri constituimur. Per Matrimonium denique sancte gignimur, vt sancte ministremus. Ita Magist. *in 4. d. 2. D. Thom. 3. p. quest. 65. art. 1. Sor. in 4. d. 2. quest. 2. Durand. ibidem.*

3 **Q**VAEST. Quæ sunt ista sacramenta Nouæ Legis? RESP. Baptismus. Confirmatio. Eucharistia. Pœnitentia. Extrema vnctio. Ordo. Matrimonium. Ita Theologi *in 4. d. 1. D. Thom. 3. p. quest. 20. ar. 2. Canonistæ in rubr. de sacramentis non iter. Summistæ verb. sacramentis.*

4. **Q**VAEST

4 QVÆST. *Suntne hac sacramenta eadem, atque eorum Veteris Legis?* RESP. Minime. Effectus enim multo est diuersus, nam sacramenta Veteris Legis gratiam significabant, non conferebant (vnam excipio Circumcisionem, de qua controuerrunt Doctores, quorum opiniones non recito, quia minime nostra interest) sacramenta vero Nouæ Legis gratiã significant, & conferunt, vt veræ causæ, instrumentaque gratiæ. Hoc discrimen significant, & explicant Theologi dicendo sacramenta Veteris Legis contulisse gratiam ex opere operantis, hoc est iuxta dispositionem suscipientis sacramentum. Sacramenta vero Nouæ Legis conferre gratiam ex opere operato, hoc est: conferre certam, & determinatam gratiæ portionem omnibus accipientibus æqualem ex vi ipsius sacramenti, aliam diuersam ab ea, quæ confertur ex vi dispositionum suscipientis sacramentum. Ideo definiunt sacramentum Veteris Legis inuisibilis gratiæ, visibile signum pure signum: sacramentum vero Nouæ Legis inuisibilis gratiæ, visibile signum effectiuum.

De definitione Sacramentorum Nouæ Legis. §. 3.

- 1 Quid sit sacramentum in communi.
- 2 Quo pacto definiuntur in singulari.

1 QVÆSTIO. *Quo pacto definitur à Theologis sacramentum?* RESP. Sacramentum, inquit, est sacra rei signum. Ita omnes cum D. Augustin. quem refert Catech. Rom. super Concilium Trident. pag. 154. habeturque in cap. Sacrificium. de consecra. dist. 2. Signi nomine intelligunt actionem externam, sensu aliquo externo sensibilibiter perceptam. Nomine vero rei sacra intelligunt gratiam. Ideo clariori definitione sacramentum definit Sotus in 4. d. 1. art. 2. Sacramentum est inuisibilis gratiæ visibile signum.

2 QVÆST. *Quo pacto definitur vnumquodque sacramentorum?* RESP. *Baptismus* est ablutio corporis exterioris sub præscripta verborum forma. *Confirmatio*, est si

eramentum, in quo homo, quasi perfectam ætatem spiritalis vitæ, ac robur suscipit, ad intrepide proficendam fidem cotam Euangelij veritatem oppugnantibus. *Eucharistia*, est sacramentum, in quo sub speciebus panis, & vini simul aut seorsim vere & realiter continetur corpus & sanguinis vna cum anima, & Diuinitate Christi Domini. *Pœnitentia*, est absolutio Pœnitentis, facta à sacerdote iurisdictionem habente, sub certa verborum forma, cum debita intentione prolata, significante ex institutione diuina, & effectiua simul absolutionis animæ à peccatis. *Extrema Vnctio*, est sacramentum, in quo presbyter vngit oleo consecrato certas corporis partes infirmi probabiliter periclitantis, sub certa cum debita intentione verborum forma. *Ordo*, est sacramentum, in quo imprimitur signaculum spirituale, per quod confertur potestas Ordinato circa Diuinæ Eucharistiæ confectionem. *Matrimonium* est sacramentum, in quo gratia confertur ex opere operato mari, & fœminæ, qui contractu naturali inter se libere, mutuo coniunguntur, indiuiduam vitæ consuetudinem perpetuo retinentes, legitime habiles ad talem contractum faciendum.

De ij quibus constat vnusquodque Sacramentum Nouæ Legis, Materia, scilicet, Forma, & intentione. §. 4.

- 1 De rebus quibus constat sacramentum Nouæ Legis.
- 2 Quæ est materia.
- 4 Quæ intentio requiritur.
- 5 Vnde constat materiam, formam, & intentionem, requiri ad essentiam sacramenti.
- 6 An sufficiat virtualis intentio.
- 7 An liceat in sacramentorum formis aliquid immutare.

Medull. Casuum.

Le

i QVASS.

2 **Q**VAESTIO. *Quibus rebus constat unumquodque sacramentum Nova Legis?* **R**ESP. Tribus: Materia nimirum, forma, & intentione.

2 **Q**VAEST. *Qua est materia in unoquoque sacramentum?* **R**ESP. Est elementum, sensibile applicatum per actionem externam, veluti aqua, oleum, panis, aut aliquid simile elementi, sicut Deo datur in unoquoque sacramentum videbimus.

3 **Q**VAEST. *Qua est forma?* **R**ESP. Sunt verba certa, & determinata. Unde emanavit illud dictum D. Augustini *accedit verbum ad elementum, & fit sacramentum.* Nominum vero verborum non intelligo vocalia verba, seu voces humanam articulate prolatam, sed quidquid per quod tanquam per vocem interior animus declaratur, & Deo fauente, dicam in materia de matrimonio.

4 **Q**VAEST. *Qua intentio requiritur?* **R**ESP. Duplex nimirum intentio ministri, volentis facere, quod Ecclesia facit. Et intentio suscipientis sacramentum. Ita cum communi Tolce. libro 2. c. 6. Et ideo quanquam applicetur forma, & materia à ministro intendente baptizatus Petrum, si Petrus non intendit recipere baptismum, non manet baptizatus. Cuius intentionis quamvis Concilium Florentinum non meminit, illam tamen non exclusit.

5 **Q**VAEST. *Unde constat hac tria, tanquam essentialia requiri ad unumquodque sacramentum Nova Legis?* **R**ESP. Est communi sensu Doctorum. Ita Theologi. 3. p. D. Theol. Canonistae lib. 2. Instit. Can. refert. Summistae, verb. sacramentum. Navar. cap. 22. numer. 2. Sor. in 4. dist. 1. quaest. 4. Catechism. Roman pag. 163. & 169. Constat ex declaratione Concilii Flor. sub Eugen. IV. ita decernente. Haec autem septem sacramenta tribus perficiuntur rebus, tanquam materia: verbis tanquam forma, intentione ministri conferentis sacramentum, cum intentione faciendi, quod Ecclesia facit. Quorum, si aliquod deficiat, non perficitur sacramentum.

6 **Q**VAEST. *Quoniam duplex est intentio, iuxta Theologorum proloquium, formalis una, virtualis altera, rogo, quaenam intentionum requiritur in ministro?* **R**ESP. Viceplex meam mentem, dicam prius, quid intelligam per formam.

formalem, & virtualem intentionem. Formalem intentionem intelligo, actualem attentionem, hoc est actualem recordationem rei, quã perago. Hoc est, cum actualiter recordor me baptizare, me has hostias consecrare. Virtualem intentionem intelligo haberi ab illo, qui, cum agit id, quod à principio intendit agere, actualiter obliuiscitur se id agere. V. G. intendit à principio consecrare has formulas, simul cum hostia, postea cum protulit verba consecratoria, non actualiter meminit se consecrare illas formulas; talis habet virtualetm intentionem. Dico igitur. Ad valorem sacramenti, sufficit virtualis intentio. Ita Nauar. pluribus in locis, teste Vinald. *tract. de sacrament. in genere. Sor. in 4. d. 1. quasi. 5. art. 9. proposit. 1. c. 1. I. deo, qui Sacerdos ab initio proposuit consecrare formulas, & postea oblitus formularum protulit verba consecratoria super maiorem hostiam eleuandam, quam in manibus solum tenebat, formulas & hostiam consecrauit.*

7 *QVÆST. Dixisti, formas sacramentorum esse certa, & determinata verba. Quaro igitur, vtrum liceat aliquid addere vel immutare?* R. S. P. Minime. Verumtamen ea, & solã verborum mutatio, vel additio impedit sacramenti confectionem, quã sensum corrumpit. Dixi sensum. Quia corruptio circa sonum, & terminationem vocum, non tollit effectum. Igitur sex sunt obseruanda in prolatione formarũ sacramentalium, scilicet, ne fiat verborum subtractio, additio, variatio, transpositio, corruptio, interruptio. Quæ sex quidam duob. versibus comprehendit, quos refert Tolet. *lib. 2. cap. 9. num. 4.*

Nil forma deus, nil ponas, nil variabis.

Transmutare caue, corrumpere verba, morari.

Hinc venit, vt Zacharias Papa vere fuisse baptizatum infantem doceret, qui propter inscitiam baptizantis, sub hac forma fuit baptizatus : Ego te baptizo in nomine Patris, & Filias, & Spiritus sancta. Ita refertur *capit. tu. Retulerunt. de consecrat. distinct. quarta.*

De necessitate suscipiendi sacramenta ad
salutem æternam. §. 5.

1. **Q**UÆSTIO. Quid censes de necessitate suscipiendi sacramenta Noua Legis? **R**ESP. Optimam censeo responsum Auctoris Romæ. Catechismi pag. 168 Quæ ita se habet. Sacramentorum vnũ est omnino necessarium respectu omnium, tam paruulorum, quam adultorum, scilicet Baptismus. Ita nos docuit Christus Dominus. Ioan. 3. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, non intrabit in regnum cœlorum.* Quæ suscipiendi sacramenti intelligenda est, seu in re, seu in voto, vt dicam *in proprio loco.* Eucharistia solum est necessaria ad obitum, obrenta opportunitate.

Enim vero de illa habemus præceptum diuinum a Christo Domino promulgatum. Ioan. 6. *Nisi manducaueritis carnem Filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitã in vobis.* Quod præceptum obligare saltem semel in anno declarauit Ecclesia. *cap. Omnis vtriusque pœn & remiss.* Confirmatio solũ est necessaria suscipiendi primam confusam. Notat Conc. Trid. *sess. 23. cap. 24. de reform.* Pœnitentia necessaria est ei, qui incidit in culpam mortalem, data copia confessarij. Nam quamuis peccator habeat veram contritionem, & exinde certus sit per reuelationem se esse in gratia, tenetur ad salutem, peccatum confiteri data copia congrui confessarij. Nam eadem contritio inclusa votum confitendi, confirmatio & Extrema Vnctio sunt necessaria ad maiorem perfectionem.

Nam in confirmatione roboratur fides suscepta in Baptismo. In extrema Vnctione, tolluntur reliquæ peccatorum. Et insuper conferuntur vires contra demonum tentationes in extrema vitæ periodo acerbius affligentibus, & periculosius oppugnantibus. Ordo, & Matrimonium sunt necessaria pro communitate totius Ecclesiæ. Ordo

nimirum, ad idoneos sacramentorum ministros
consecrandos Matrimonium ad eodem ministros sanctè procreandos.

De dispositione, qua accedere debet admi-
nistraturus Sacramenta Nouæ
Legis. §. 6.

1 *Minister sacramentorum tenetur esse in gratia.*

2 *Non tenetur accedere ieiunus.*

1 **Q**UÆSTIO. *In qua dispositione accedere debet mi-
nister sacramentorum?* R E S P. Accedere tenetur in
gratia. Et ideo qui conscientiam habet peccati
mortalis, tenetur vel præmittere confessionem: vel ha-
bere veram contritionem, qua iustificetur. Dixi, tenetur,
vel præmittere confessionem, vel habere veram contri-
tionem, quia non tenetur semper præmittere confelsio-
nem, si moraliter certus sit se habere veram contritio-
nem, & per eam repositum esse in gratia. Quoniam vero
de gratia certi esse non possumus absque reuelatione:
satis erit ex probabilibus indiciis existimare nos habere
veram contritionem, & ex consequenti diuinam gratiã
sanctificantem, vt tuta conscientia sacramenta minis-
trare possimus: faciendo, quod in nobis est pro illa obti-
nenda per verum præteritorum peccatorum dolorem,
quia offendimus Deum quem summe diligere debeba-
mus: & per verum propositum cauendi in posterum ab
omni lethali culpa. Administrare vero solemniter, tan-
quam proprius minister aliquod sacramentum in mor-
tali culpa, est peccatum mortale. Ita Diu. Thom. 3. p.
question. 64. articul. 6. Syluest. confirmatio nume. 1. Vi-
ctor. ibid. nu. 26. Nau. c. 22. Sot. in 4. dist. 1. q. 5. art. 5.
2 **Q**UÆST. *Debetne omnis minister sacramenti accedere
ieiunus ad illud ministrandum?* R E S P. De necessitate sa-
cramenti, minime. De necessitate præcepti olim teneba-
tur accedere ieiunus minister Baptismi, & Confirma-
tionis. cap. Sacramenta. dist. 1. cap. Ieiun. distin. 5. de
consecrat. Hoc tamen non est in vsu: ideo
per desuerudinem nullum est
de hac re præcep-
tum,

De ceremonijs seruari solitis in admini-
stratione Sacramentorum Nouæ
Legis. §. 7.

¶ Virum signum Crucis adhibendum sit, de necessitate sacramenti.

¶ **Q**VAESTIO. De ceremonijs seruari solitis in administratione sacramentorum, dubium celebre conuertunt Doctores de signo Crucis sub quo omnia conferuntur, excepto sacramento matrimony, an scilicet sit de necessitate. **R**ESP. Dico Primum, In nullo sacramento, signum Crucis est de necessitate sacramenti. Incommunitur Doctores explicantes cap. Nunquid de consecrat. dist. 5. Quo hallucinatus est Auctor Thesauri sacerdotalis fol. 134. oppositum ferme determinans huiusmodi verbis. *Omnia sacramenta sacerdotalia ministerij Crucis signo perficiuntur.* Et Baptismatis vnda non nisi per Crucem sanctificata, peccata relaxat. Nec nisi Crucis sigmulo quis sacerdotis gradus ascendit. Ad textum dist. 6. *Nunquid*, respondeo loqui interrogatiue, non autem definitiue. Dico secundum. In omnibus sacramentis, excepto sacramento Matrimonij, adhibere signum Crucis est de necessitate præcepti. ita Vivald. tit. ult. de sacrament. in genere. Probatum aperte. Quia adhibere signum sanctæ Crucis, est vna ex præcipuis ceremonijs & ritibus ab ipsa Ecclesia præceptis, & vtitur. Hinc colligo grauius peccare illum, qui ex contemptu, remalitia, vel negligentia crassa, hoc signum in administratione sacramentorum omiserit. Quod asserum non solum circa Dominicum signum, sed circa alias ceremonias ab Ecclesia adhiberi solitas affirmant cum communi sensu. Sylu. Baptismus 1. qu. 4. probatque latissime Vivald. tit. ult. de sacr. in genere. nu. 19. Hanc ob rem graue peccatum erit in Baptismo non apponere Sancti Chrisma, Oleum catechumenorum, non recitare Catechismum. In conficienda Diuina Eucharistia omittere missæ apparatus & similia.

De dispositione, qua quis accedere debet
ad suscipienda Sacramenta Nouæ
Legis. §. 8.

1 Vtrum ante receptionem sex sacramentorum, præmittenda sit confessio.

1 **Q**UÆSTIO. Inter præcipuas dispositiones, est præmissa confessio. Rogo igitur vtrum reus peccati mortalis, teneatur præmittere confessionem antequam recipiat sacramenta? **R**ESP. Dico primum. Ante receptionem Eucharistiæ, reus mortalis culpæ, teneatur culpam mortalem coram confessario, data confessarii copia, detergere, quânis ex reuelatione sciret se per veram contritionem recepisse gratiam. Ita decreuit Conc. Trid. sess. 13. Can. 11. Dico secundum. Ante receptionem aliorum sacramentorum non teneatur. Ita Nau. cap. 1. tit. 44. quem refert, & sequitur Viuald. de sacr. in genere. Dico tertio. Ad alia sacramenta, præter diuinam Eucharistiam, reus lethalis culpæ, teneatur accedere cum contritione: aut saltem cum attritione putata contritione. Ita communiter Doctores cum D. Th. 3. p. 2. q. 64. a. 6. Sylu. Confirmatio. n. 4. Vict. nu. 26. Nau. c. 2. Sot. in 4. d. 1. q. 5. a. 6. Qui quidem Doctores cum communi non intelligunt inter sex sacramenta, sacramentum Pœnitentiæ. De quo suo loco dicam: & Auctores iterum referam largius.

De effectibus Sacramentorum Nouæ
Legis. §. 9.

- 1 Effectus sacramentorum alij communes omnibus, qua est gratia. Alij peculiare, qui est character.
- 2 Gratia non solum secunda, sed etiam prima.
- 3 An recedente obice, redeat gratia sacramenti.
- 4 An gratia in singulis sacramentis habeat peculiare effectus.

¶ 4

5 Quæ

5 *Qui sunt hi effectus peculiare s.*

6 *Quid est character.*

1 **Q**VAESTIO. *Qui sunt effectus sacramentorum Nouae Legis? RESP.* Dupliciter considerari possunt. Nimirum, ut communes omnibus, & ut particulatim aliquibus. Effectus communis est gratia. Omnia enim sacramenta Nouae Legis gratiam effectiue animis suscipientium, sine obice infundunt. Ita definitur in *Conc. Trident. & in Triad. sess. 7. Can. 6.* Hanc infundunt ex opere operato, vel loquuntur Theologi; hoc est, ex vi solius sacramenti, & qualem omnibus. Hinc manifesti erroris de nandi sunt, qui olim asseruerunt sacramentū Matrimonii non conferre gratiam, quos refert Nau. cap. 22. nu. 3.

2 **Q**VAEST. *Quoniam duplex est gratia. Prima, nimirum, qua peccator iustificatur, & ex odio reducitur in amicum Dei. Et secunda, qua est augmentum ipsius prehabita gratia. Quero ex te, an sacramenta Nouae Legis infundant etiam primam gratiam? RESP.* Sacramenta Nouae Legis, non solum secundam, sed etiam primam gratiam conferunt. De Baptismo paruulorum res est certissima. De reliquis sacramentis ab adulto susceptis cum attritione putata contritione, res est dubia, & controuersa. Verumtamen nostra conclusio ferme ab omnibus, ut probabilior, & certior approbatur. Mitto quos retuli §. 8. à quibus asseritur; traditur etiam expressis verbis à Toletō lib. 2. ca. 6. nu. 8. Et inde emanauit effectum: *Homo per sacramenta attrito fit contritus.*

3 **Q**VAEST. *Qui sacramenta recipit cum obice (ita loquuntur Theologi) hoc est in peccato mortali existens, sublati obice, hoc est, remisso peccato mortali per veram contritionem, recipitne gratiam sacramenti antea suscepti ex vi sacramenti praeteriti, & ex opere operato illius? RESP.* Affirmat Medina absolute de omnibus sacramentis. lib. 4. sum. cap. 6. De Baptismo ostendam suo loco. De Confessione probat latissime Sylu. confessio. 2. nu. 26. & Barthol. Med. in sum. lib. 1. cap. 121. §. 3. insinuat Nau. ca. 6. nu. 13.

4 **Q**VAEST. *Habentne gratia in omnibus sacramentis peculiare effectus? RESP.* Habent. In Baptismo datur ad delendum peccatum originale. In Confirmatione ad roborandum

dum animum contra oppugnatores fidei, vt intrepide
tam coram tyrannis proficitur. In Diuina Eucharistia
ad augmentum virtutum. In Pœnitentia, ad restituenda
vitam spiritualem per peccatum amissam. In Extre-
ma Vnctione, ad delendas peccatorum reliquias, & ad
vires conferendas contra hostem, in extrema vitæ perio-
do iam iam morientes acriter oppugnantem. In Ordine,
ad afficiendam animam ministri ad bene sacramenta
ministranda. In Matrimonio ad vniendas coniugum vo-
luntates vinculo pacis, & amoris.

5 **QVÆST.** *Qui sunt effectus particulares?* **RESP.** Effectus
particularis est character. Hunc autem tria sacramenta
conferunt. Baptismus scilicet, Confirmatio, & Ordo. Ita
definiuit *Conc. Trid. sessi. 7. Can. 6.*

6 **QVÆST.** *Quid est character?* **RESP.** Est qualitas su-
pernaturalis à Deo animæ impressa, veluti quoddam si-
gnum ouium Christi Domini, vt imprimitur in Baptis-
mo, vel signum militum Christi, vt imprimitur in Con-
firmatione, vel signum potestatis, vt imprimitur in Or-
dine, tam in corpus Christi verum, quam in corpus Chri-
sti mysticum, quod est Ecclesia Ita habetur *cap. Consultatio
de tempor. ordination. cap. Difficet. 23. qua. 4. cap. Licite 23.
quaest. 7. Conc. Trid. sessi. 7. Can. 8. Nau. ca. 22. num. 2. Sor.
nu. 4. d. 1. nu. 1. ar. 2.*

7 **QVÆST.** *Amittiturne aliquando hic character?* **RESP.**
Minime. Neque per peccatum vt amittitur gratia. Ne-
que per mortem: sed in æternum conseruabitur, in ani-
mis, etiam damnatorum. Ideo sacerdos resuscitatus,
nec baptizandus, nec confirmandus, nec ordinandus ite-
rum est. Ita D. Thom. *in 4. d. 2. quaest. 1. Habetur ca. Licite,
22. qua. 7. ca. Quod quidem. 1. qu. 1. Notat Armil. verb. sacra-
mentum. num. 1. & Viuald. de sacram. in gen. Hinc mani-
festum est, non posse iterari in hac vita hæc tria sacra-
menta. Ratio est, quia effectus eorum, qui est character,
semel factus nunquam amittitur.*

De ijs, quæ circa sacramenta Nouæ Legis
decreuit Concilium Triden-
tinum. §. 10.

E e 3

I QVÆST

8 **Q**UESTIO *Qua decreuit Concil. Trident. sess. 7. circa sacramenta Noua Legis? R. E. SP.* Memoria illa reuocato, ideo facile ea recitabo. Hæresis dānauit illum, qui dixerit aliquod eorum, quæ numerauimus, non esse uere sacramentum. *Can. 1.* Aut dixerit ea, à sacramentis Veteris Legis non nisi ceremonijs differre. *Can. 2.* Aut dixerit, nullum illorum aliqua ratione esse alio dignius. *Can. 3.* Aut dixerit non esse omnia necessaria, imò aliquod eorum esse superfluum. (modo supra dicto) *Can. 4.* Aut dixerit solum significare, non uero continere gratiam. Aut eam digne sacramenta suscipientibus non semper ex opere operato conferre. *Can. 5. 6. 7. 8.* Aut dixerit, quod hæc tria Baptismus scilicet, Confirmatio, & Ordo, non imprimunt characterem in anima, & signum quoddam indelebile, propter quod iterari nequeant. *Can. 6.* Aut dixerit, quod omnia ab omnibus Christianis administrari possint. *Can. 10.* Aut dixerit non requiri intentionem faciendi, quod facit Ecclesia. *Can. 11.* Aut dixerit, quod confectio, aut collatio sacramenti à ministro in mortali existente nulla sit. *Can. 12.* Aut dixerit Ecclesie ritus omitti, uel mutari posse per quemlibet prælatum. *Can. 13.* Anathema sit.

CAPVT II.

De Sacramento Baptismi.

De Baptismi diuisione. §. 1.

- 1 *Triplex est Baptismus.*
- 2 *An omnis sit sacramentum.*
- 3 *Quare Theologi triplicem assignent Baptismum.*
- 4 *An omne martyrium appelletur Baptismus.*
- 5 *Cur non dicuntur omnes martyres baptizari in suo sanguine.*

6 In quo differunt tria Baptismata-

7 Quo Baptismate fuit Christus Dominus baptiza-
tus.

QVÆSTIO. Quotuplex assignatur Baptismus à Theo-
logis: R E S P. Triplex. Aquæ, sanguinis, & flaminis.
Baptismus aquæ est, quo omnes Christiani bap-
tizantur. Baptismus sanguinis est martyrium, quo ene-
cantur infantes in materno utero contenti, cum matres
pro Christi gloria in odium fidei à tyranno occiduntur:
dicuntur enim in suo sanguine baptizari. Itidem marty-
rium, quo trucidantur infantes ante usum rationis ob
eandem Christi, fideiq; causam, vt trucidati sunt Inno-
centes infantes ab Herode *Matth. 2.* Ita Syluest. *Baptis-
mus. 1. §. 2.* cum Palud. & Tolet. *lib. 1. capit. 22. numer. 3.* &
6. Baptismus flaminis est voluntas charitate inflammata
suscipiendi Baptismum aquæ, quem adultus non susci-
pit, quia à quo baptizatur, non superest, & in ea volun-
tate moritur, vere de peccatis commissis contritus. Ap-
pellaturque flamen, quia oritur ab igne charitatis, &
contritionis.

2 QVÆST. Suntne hæc tria baptismata à Christo Domino
instituta: R E S P. Minime quidem; sed solus baptismus
aquæ. Ita Conc. Trid. *sess. de sacram. Can. 1.*

3 QVÆST. Cur igitur à Theologis appellantur bap-
tismata: R E S P. Quia in ijs duobus baptismis, sanguinis
nimirum, & flaminis infantes, & adulti saluantur, cum
voto suscipiendi baptismum aquæ, quod votum adulti
habent formaliter: infantes vero virtualiter in voluntate
parentum.

4 QVÆST. Dixisti baptismo sanguinis baptizari infan-
tes, qui vel in maternis visceribus adhuc inclusi simul cum
matribus in Christi seruatoris odium occiduntur: vel extra
uterum in se ipsis eandem mortem patiuntur. Nonne omne
martyrium appellatur baptisma: R E S P. Appellatur. Ita e-
nim Christus Dominus suam mortem baptismum ap-
pellauit. *Luc. 12. Baptismo habeo baptizari, & quomodo coar-
ctor usque dum perficiatur.*

5 QVÆST. Cur igitur absolute non dicuntur omnes mar-
tyres baptizari in suo sanguine? R E S P. Quia plurimi

ante

ante ipsum martyrium baptizati erant baptismo aquæ. Insuper, quia ut baptizentur in suo sanguine, si actuale peccatum habent, & mortem in vigilia suscipiunt, indigent saltem actuali dilectione Dei super omnia, propter quam mortem constanti animo aggrediuntur, ut vult Scotus in 4. d. 13. quæst. 1. art. 2. & dist. 17. quæ. 2. art. 1. Si vero actualiter recordantur peccati commissi, dum rapiuntur ad martyrium, indigent actuali pœnitentia, & detestatione criminis, ut docet Suarius disputat. 29. sect. 2. c. 5.

6 QVÆST. In quo differunt hæc tria baptismata? R. 59. Differunt, quod baptismus aquæ solus imprimic characterem indelebilem: martyrium vero aureolam, gloriæ nimirum claritatem, quam appellant Theologi, gloriæ accidentalem, baptismus vero flaminis nil imprimit. Differunt insuper ex remissione pœnæ. Nam Baptismus aquæ, & martyrium, remittunt cum culpa totam pœnam: baptismus vero flaminis iuxta quantitatem doloris, & contritionis. Ita Card. Tolet. lib. 2. cap. 22. num. 2. Sunt pro martyrio elegantia verba Cypriani, 4. Epistol. lib. Epistol. 1. cum rationem reddit, cur flamme tres pueros in fornace non comburent. *Anania, Asaria, Misael, refrigerium, inquit, flamma dederunt, presente cum illis Damiano, & probante, quod in martyres eius nil posset gehenna arde operari. Lib. verò epistol. 2. epistol. 6. Fluebat, inquit, è martyris vulneribus sanguis, qui flammam, & ignes, glorioso errore interpret. Cautè tamen legendus Origen. hom. 6. in lib. iudæ, cum quo ad remissionem culpæ plus martyrio, quam baptismus aquæ tribuere videtur, pieque interpretandum. Baptisma sanguinis, inquit, solum est, quod nos puriores reddidit quam aqua baptismus reddidit. Enimvero baptismus aquæ dempsit culpam, martyrium verò, non à nobis tantummodo culpam, sed nos culpæ deinceps adempsit. Baptismus aquæ nos à gehenna extraxit, sed cœlo statim non reddidit: martyrium verò in ipso mortis instanti, in cœlestem patriam martyres deduxit. Hinc fit, ut iure merito dicere possimus, quod per aquæ baptismum preteritæ culpæ purgantur, per martyrium verò etiam futura perimuntur: in baptismo aquæ, peccata demissa sunt: in martyrio autem exclusa.*

7 QVÆST. Quo horum trium baptismatum, Christus Dominus

minus fuit baptizatus? R E S P. Baptismo sanguinis: mortem enim subiit in cruce sibi propter ipsius odium illatam. Cum vero à Ioanne in Iordane in fuit baptizatus, sacramentum non instituit, sed prædixit, & adumbravit.

De Baptismi definitione. §. 2.

1 **Q**VAESTIO. Quo pacto definitur Baptismus à Christo Domino institutum sacramentum? R E S P. Est ablutio corporis exterior, sub præscripta verborum forma. Ita cum Magistro in 3. sent. dist. 3. Theologi communiter. Quam quidem immerito corrodit Vivald. in suo Candel. tit. de Baptism. Quoniam vero definitio tradita non ita claret, perspicacius addit Nau. cap. 22. num. 5. aliqua verba sic scribens. Sacramentum baptismi, est ablutio corporis cum aqua naturali, qua unus ab alio in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti cum debita intentione abluatur. Vnde patet, quam dimiduatè dixit Hugo Victor. in lib. de sacram. baptismum esse ipsam aquam naturalem.

De materia sacramenti baptismi. §. 2.

- 1 *Materia Baptismi est aqua.*
- 2 *Cui sit aqua.*
- 3 *An deficiente aqua possit fieri Baptismus.*
- 4 *An fieri possit in glacie, & niue.*
- 5 *An fieri possit in sale.*
- 6 *Quid intelligitur nomine abluionis.*
- 7 *An puer proiectus in puteum prolata forma, maneat baptizatus.*

1 **Q**VAESTIO. Quæ est materia huius sacramenti? R E S P. Duplex: quædam appellatur proxima, quædam remota. Proxima est ipsa actio abluendi exterior, appellaturque ablutio exterior. Remota est aqua elementaris. Ita Sor in 4. dist. 3. quest. unica artic. 1. & Syluest. Baptismus 2. ex Paludano subdivisit. Tolet. lib. 2. cap. 28. num. 2. definit Conc. Trident. sess. 7. de bapti. Can. 2. Colligitur ex verbis Christi Domini Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, &c.

2 QVAEST.

2 QVÆST. Cur hoc sacramentum institutum fuit in ablutione corporis exteriori? RES P. Ut significaretur ablutio animæ facta interiorius per gratiam, & sanctificationem, qua illam Deus ab omni peccati labe emundat.

3 QVÆST. Poteritne in extrema aqua ponitur, compositum hoc sacramentum in aqua ex herbis floribus, arboribus alijsve rebus artificialiter expressa, distillatam vocant? RES P. Minime. Ratio est, quia ille humor non est aqua, quamuis propter perspicuitatem, & similitudinem appelletur aqua; sed substantialiter succus est. De ratione vero, & essentia huius sacramenti, est aqua naturaliter. Constat ex verbis Christi Domini Ioann. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua. Ira definit Conc. Trident. session. 7. de baptis. Can. 2. ex communi Theologorum cum sancto Thom. 3. p. quæst. 60. art. 5. & 6. & Magist. in 4. d. 3. potest autem fieri in quacunque aqua naturali, quæ naturalium Physicorum Philosophorumque iudicio aqua sit elementaris. Talis est aqua fluminis, fontis, stagni, paludis, maris, & pluvie. Ita D. Thom. 3. p. quæst. 66. art. 4. Syl. Baptis. 2. qu. 3. Soc. in 4. d. 3. quæst. unica art. 4. Catechism. Roma, pag. 179. Negat impediat accidentia, nimirum, an sit calida, an frigida, nitida, an turbida, & similia, dummodo substantialiter aqua sit. Elementaris vero est aqua quæ colligitur ex vaporibus densatis, cum ex ollæ ore euapotantur, & restitueo tegumento repercutiuntur. Item quæ hyemali tempore e parietibus, lapidibusve, velut a fonte fluit. Nam vapores essentialiter aqua sunt. Aqua verò e parietibus manans, aqua est ex aere humido in aquam verso, iuxta veram philosophiam. Ne tamen professionem moralem transgredi videamur, philosophis id disputandū omitto.

4 QVÆST. Quid censes de gelu. & nise? RES P. Esse essentialiter aquam: in ijs tamen baptizari nō posse, quia ut sic, non sunt materia apta ad abluendum. Est vero de essentia huius sacramenti ablutio. Id in ijs liquidis confici potest baptismus. ita communiter doctores cum sancto Thom & alijs, quos refert, & sequitur Syl. & Soc. proxime citati.

5 QVÆST. Quid censes de sale? RES P. Negat Angelus baptis. 4. num. 3. & Syl. 2. ad finem. esse materiam baptismi. Affirmat tamen Arimil. verb. baptis. num. 23. & Tabica.

bien. *baptism* 4. num. 2. & merito, ijdem enim de sale, atq; de niue, geluq; dicendum arbor. Est enim essentialiter aqua maris gelata æstiuo Sole, ac proinde si liquefiat, apta erit materia ad abluendum, & baptizandum.

6 **QVÆST.** *Quid intelligi per abluionem?* **RESP.** Triplicem actionem: nimirum, vel immersionem, vel effusionem, vel asperionem. Potest enim baptismus fieri, vel immergendo infantem, vel super eum aquam effundendo, vel illum aqua aspergendo, ita ut gutta, tangat baptizatum.

7 **QVÆST.** *Adest puteus aquam continens, non est remedium aquam extrahendi, est infans morti vicinus, poteritne proijci in puteum sub forma baptisimi, ut baptizetur?* **RESP.** Minime. Ratio est, quia talis proicctio, non est ablutio: sed suffocatio. Ita cum *Syl. baptis. 4. §. 10. Tolct. lib. 2. cap. 19.* & communis schola.

De forma huius Sacramenti. §. 4.

1 *Qua est forma Baptisimi.*

2 *Qua verba sunt de essentia huius forma.*

3 *Præcipue dubitatur de pronominis Te.*

4 *An sit dicendum in nomine.*

1 **QVÆSTIO.** *Qua est forma baptisimi?* **RESP.** Est hæc. *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen.* Ita habetur *cap. 1. de baptismo. capit. 1. in Synodi. de consecrat. dist. 4. in Concil. Florentia. sub Eugenio IV. ca. 5. & Trid. sessi. 7. Canon. 4.* Colligitur aperte ex verbis CHRISTI Domini *Matth. vlt. Baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.*

2 **QVÆST.** *Suntne hæc verba de essentia forma huius sacramenti?* **RESP.** Sunt quidem quoad sensum, non vero quoad vocum terminationem. Enim vero in Ecclesia Græca ita proferuntur: *Baptizetur seruus Christi in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.* De qua forma, quanquam olim dubitatum fuerit, ut videre est apud *Syl. Baptis. 1. ad finem:* tamen nunc certum est ex *Con. Florent. veram esse huius sacramenti formam.* Pronomen *Ego,* excipio, quod non esse de substantia, constans est Doctorum sensus, in *cap. Retulerunt. de consecr. dist. 4. D. Tho. 3. p. qua. 66. art. 5. & qua. 72. art. 4. Victor. in sum. num. 17.*

Richard.

Richard. in 4. d. 3. art. 4. Angel. baptismus. 2. num. 1. & alii plures. Ideo secluso contemptu, illud ex negligentia omittere peccatum erit solum veniale. Ita Sor. in 4. d. 4. quest. unica art. 5. Relicta vero forma Ecclesie Romane baptizare in forma qua vitur Ecclesia Græca, est mortale. Ita Sotus proxime citatus. Ratio est, quia itur contra ritum Ecclesie vniuersalis in re grauissima, & præcepti vsu, & consuetudine roboratum: ob eandem rationem non bene vterentur verbo, Nos, loco pronomini Ego illustres personæ, quæ ex vsu, & accommodatione minimam, propter excellentiam dignitatis, ita loqui solent. Imo eos lethalis damnant culpæ propinquitatem inusitatam mutationem. D. Thom. 3. p. quest. 66. art. 4. §. 5. D. Bonau. in 4. d. 5. Scot. d. 6. Palud. d. 1. quest. 1. articulo Sylu. baptism. 1. quest. 6. Armil. ibid. num. 11. Victor. num. 18. & alij, quos refert, & sequitur Viuald. de baptism. in forma.

3 QVÆST. Singulatim ro seiscitaturus sum. Dic, in nomine, Te, est de essentia sacramenti? RESP. Maxime. Ita Thom. 3. p. quest. 66. art. 5. Scot. in 4. dist. 3. quest. 2. art. 1. ibidem Gabr. Sylu. baptism. 1. quest. 6. ibi. Armilla. num. 11. Nauar. capit. 2. numer. 3. Victor. num. 18. Catechism. Roman. fol. 183. Habeturque in capit. 1. de baptism. & ibi tractat Innocent. quos refert, & sequitur Viuald. de baptism. in forma.

4 QVÆST. Esne de essentia huius forme dicere, in nomine? RESP. Maxime. Ita Gloss. cap. Hæreticus. de cons. 4. verb. Nominis. Sylu. baptism. 1. num. 6. D. Thom. quest. refert Angel. baptism. 2. num. 2. Vict. num. 16. Habetur Conc. Florent. & Trident. sessi. 7. can. 4. & communiter asseritur ab omnibus. Ratio est, quia forma huius sacramenti, est expressiua sanctissimæ Trinitatis: cum vera sancta Trinitas sit vna essentia, & tres personæ: essentia vero vnitas sanctificetur nominis vnitate, propterea dicendum est, In nomine, & non in nominibus.

De ministro sacramenti baptismatis. §. 5.

1 Quis est minister baptismi.

2 An possit aliquis seipsum baptizare.

3 An Angelus, vel anima separat a possit baptizare.

4 An plures possint simul baptizare.

1 QVÆSTIO. Quis est minister huius sacramenti?
RESP. Proprius sacerdos, hoc est parochus. Ita

D. Thom. 3. p. quæst. 67. ar. 1. 2. 3. & 4. Sot. in 4. d. 4. quæ. unica. art. 1. & 2. Adeo, ut absque illius facultate baptizans, peccat mortaliter. Ita Card. Tolet. lib. 2. cap. 20. nu. 1. V. Angel. baptism. 5. num. 1. Syl. baptism. 2. num. 1. V. ual. de baptis. tit. de ministro. num. 2. merito reprehendens Armillam oppositum asserentem. In casu tamē necessitatis, quilibet potest baptizare, etiam fœmina. De hoc scio olim dubitarum fuisse circa hæreticos, depositos, & similes, ut constat ex cap. Si quis & cap. Quomodo, de consecr. 4. dist. Tamen hodie est veritas definita in Concil. Floren. sub Eugenio IV. & Lateranensi, sub Innocentio III. & Tridentin. sessi. 7. Can. 4. Veruntamen seruandus est ordo dignitatis. Et ideo præferendus sacerdos diacono, diaconus subdiacono, subdiaconus clerico in minoribus; inter clericos in minoribus, is, qui ad altiore gradum iam est promotus: clericus in minoribus laico; masculus fœminæ; fidelis infideli. Ita decernitur cap. Si quis. cap. Mulier cap. In necessitate de consecrat. distinct. 4. D. Thom. 3. p. quæst. 67. ar. 1. Palud. & Sot. in 4. d. 3. Syl. Arm. & Summistæ ver. Baptiz. Catechism. Rom. pag. 191.

2 QVÆST. Potestne aliquis se ipsum baptizare, præsertim urgente necessitate mortis, cum non adest alius qui illum baptizet? RESP. Minime. Ita notauit cum communi Tolet. lib. 2. cap. 20. num. 1. Ratio est manifesta, quia ad verum baptismum requiritur declaratio pronominis Te, ut requiritur declaratio pronominis Ego, sed qui seipsum baptizat, necessario proferre debet Ego me ipsum baptizo; igitur, &c. Neque ex hoc colligitur non satis à Christo Domino Ecclesiæ suæ prouisum, cum talis adultus, qui seipsum potest baptizare baptismo aquæ, possit saluari baptismo flaminis, ut iam superius respondi.

3 QVÆST. Possentne ex diuina dispensatione minister esse huius sacramenti, Angelus, homo beatus, vel anima à corpore iam seiuncta? RESP. Possent, ac proinde verum conferret ba-

Medull. Casuum.

Ff

ret ba-

ret baptismum Christi. Ita communiter Doctores, sed
Card. Tolero. *lib. 1. cap. 20. nu. 4* Ex diuina, dixi, dispo-
sitione, quia ex libera voluntate Angeli, vel animarum
nime: enim vero ex Lege Dei ordinaria reijcitur ab
ministerio.

4 QVAEST. *Possuntne plures simul baptizare, seu esse
ministri huius sacramenti?* RESP. Tripliciter possunt
concurrere ad eundem hominem baptizandum. Nim-
rum, vel vnus proferendo formam, & alius infundens
aquam, quia scilicet vnus manibus vitur, caput vero
nibus loqui potest. Vel simul, & profetendo formam,
ministrando aquam, cum intentione baptizandi de-
denter simul vnus ab alio, quasi partialiter. Vel vnus
proferendo formam, & simul ministrando aquam, cum
intentione baptizandi independenter ab alio, sed
endi per se solum, quod facit Ecclesia. Hoc supponit
Dico, si simul concurrant primo, & secundo modo
facere sacramentum: si vero concurrant tertio modo
verum conferre baptismum. Ita cum communi Tolero
lib. 2. cap. 20.

De subiecto capace sacramenti
Baptismatis. §. 6.

- 1 De subiecto capace Baptismatis.
- 2 De monstris.
- 3 De infantibus in utero materno.
- 4 De filiis infidelium.
- 5 De furiosis, & amentibus.

1 QVAESTIO. *Quid est subiectum capax huius sa-
cramenti baptismatis?* RESP. Homo viuus, non
ptizatus, ante vel post rationis vsum, habens
tentionem, ac voluntatem suscipiendi tale Ecclesia-
cramentum, quo fiat coeli particeps, vt Christi mem-
& ovis Ecclesiae, siue veram, cum scilicet iam rationis vsum
fruitur, siue praesumptam, cum nimirum ante ratio-
vsum a parentibus baptismo traditur.

2 QVAEST. *Quid censes de monstris?* RESP. Consultat
philosophi, atque iuxta eorum iudicium de pluralitate

diuiduorum, vel simplicitate loquendum. Ac proinde si plura indiuidua iudicantur, vt plures homines baptizandi sunt: si vero vnum, & vnus baptizandus est. Ita Tolet. lib. 2. cap. 20. nu. 6.

3 QVÆST. *Quid censet de infantibus adhuc in materno utero inclusis?* RESP. Si foras manum, pedem, caput, vel quid simile emiserunt, & est periculum in mora expectandi totum egressum, aqua sunt tangendi, cum forma, & sic baptizandi. De tali baptismo facto in capite, certa res est apud omnes cum D. Thom. 3. p. quæst. 68. artic. 4. Archidiacon. capit. Baptizandi. dist. 5. facto tamen in manu, vel pede, vel alia quavis corporis parte, dubitarunt plures. Vera tamen est proposita conclusio, quam tenent Panorm. & Innocent. capit. Debitum. de baptis. Nauarr. capit. 22. numer. 7. & Vinal. de baptis. Si vero toti adhuc visceribus matris detinentur, Dei iudicio relinquendi, donec mater animam exhalat, & post animæ exhalationem secunda alius, & si adhuc viuant, vt viuere possunt, iuxta medicorum placitum, baptizandi. Ita communiter Doctores.

4 QVÆST. *Sunt baptizandi infantes filij infidelium inuictis parentibus?* RESP. Minime. Ratio est, quia iure naturali sunt ipsorum parentum. Ita Card. Tolet. lib. 1. capit. 21. numer. 4. Hoc præcipue verum est, cum in eorum potestate relinquendi sunt: quoniam exponuntur periculo, postea à fide recedendi, cum ad ætatem plenitudinis iudicij venerint, propter parentum prauam doctrinam.

5 QVÆST. *Suntne baptizandi furiosi, & amentes?* RESP. Si furiosi, & amentes in furiam, & amentiam inciderunt post vltimam rationis, & dum eo utebantur, baptismum petierunt, baptizandi sunt. Quod intelligo, nisi existens in notorio peccato mortali, inciderit in frenesim, à quo noluisse respicere, licet baptismi cupidus. Ita Victor. in sum. num. 20. & Vivald. de baptis. Tunc enim nil illi proderit baptismus ad salutem. Dixisti, si in rationis vltimum baptismum petierunt, quia si non voluerunt tunc baptizari, in amentia non sunt baptizandi. Ita Diu. Thom. 3. p. quæst. 68. art. 5. & 6. Ange. baptis. 6. num. 10. Armil. nu. 58. Vict. nu. 26. Vig. ver. 9. Soc. 4. d. v. qu. unica. ar. 12. Si vero à natiuitate tales sunt, & habet lucida interualla, in

lucido interuallo, quo ratione pollent, rogandi, baptizari velint, & si velint, baptizandi. Si verò à natiuitate tales, nunquam ratione vñ sunt, baptizandi.

De dispositione, qua accedere tenentur adulti ad baptismum. §. 7.

1 An teneatur adultus accedere cum dolore præteritorum peccatorum.

2 An teneatur accedere cum proposito confitendi commissi antea peccata.

QVAESTIO. Qua dispositione accedere debet adultus ad baptismum? RESP. Accedere debet cum dolore præteritorum criminum, & cum proposito carendi in posterum. Quamobrem, qui in peccato viuit, aut periculo peccandi, neq; occasionem tollere vult, non baptizandus. Ita D. Thom. 3. p. qu. 69. art. 4. & 8. Scot. 4. d. 4. ar. 5. Sot. disp. 5. Viguer de Baptis. nu. 9. Vict. nu. 3. Ter in ca. Omnis qui de consecr. d. 4. Atq; cum communi Theol. lib. 2. ca. 21. nu. 5. Dolor autem debet esse vera contritio, aut saltem attritio putata contritio. Ita Nau. ca. 1. nu. 2.

2 QVAEST. Teneturne accedere cum proposito confitendi commissi iam peccata, aut pro ijs penitentiam agendi? RESP. Minime. Ratio est, quia peccata ante baptismum commissi, per baptismum plene delentur, tam quo ad culpam quam quo ad poenam. Ita D. Thom. 3. p. qu. 69. art. 4. Viguer. de Baptismo. cum D. Augustino, & D. Ambrosio, quos refert Bonau. in 4. d. 4. Scot. d. 5. qu. unica art. 5. Richard. dist. 17. Syl. baptis. 4. qu. 10 §. 14. Angel. Baptis. Haberetur ca. ultim. de poen. dist. 7. ca. Siue poen. iuncta Gloss. de consecr. dist. 4. & in Conc. Trid. sessi. 5. & sessi. 14.

De solemnitatibus Baptismi. §. 8.

1 De necessitate solemnitatum Baptismi.

2 Quid sibi volunt solemnitates Baptismi.

QVAESTIO. Quid censes circa earum solemnitatum necessitatem? RESP. Non sunt de necessitate iuramenti, sunt tamen de necessitate præcepti. Ita illas absque necessitate cogente omittere peccatum est mortale.

mortale. Atque in primis extra Ecclesiam baptizare absque eadem necessitate grauius prohibet Victor Papa I. in *Epistol. ad Theophilum*, vt habetur in *sum. Conc. fol. 4. & in Clem. 1. de Baptism.* Deinde cum acciderit, quia puer pro necessitate domi baptizatus, vixerit, arbitror eum postea in Ecclesia ceremonijs solitis recipiendum.

Dubium tamen est non leue: An si post peractas, transactasque ceremonias, comperiat puerum non fuisse vere baptizatum, repetendæ sunt huiusmodi ceremoniæ. Affirmat Victor in *sum. de baptism. num. 73.* Merito tamen negat Viual. de *baptism.* argumento ducto à ceremonijs matrimonij, post quas si ob impedimentum occultum nuptiæ inueniantur nullæ, domi secreto, non vero in publico celebrandæ sunt inter ipsos solos contrahentes, a motu impedimenti obstaculo per dispensationem, propter scandalum. Quod idem videtur dicendum de baptismo nulliter factio in publico.

2 QVÆST. Quid sibi volunt ceremonia baptismi? RES P. Exsufflatio significat expulsionem dæmonis, Ideo fit in modum crucis, qua dæmones quasi puluis à facie venti effugatur. Salis gustatio spiritualium rerum gustum, & suauitatem. Salina tum naribus, tum auribus apposita per apertionem sensuum spiritualium. Olei unctio inter scapulas, & in pectore, & in sinu, subiectionem Christiani militis ad portandum iugum Christi, ad pugnandum pro eo, & aduerso pectore suscipienda vulnera, ad humiliandum caput, obediendo Christi Ducis præceptis. Imo etiam ad illud opponendum pro ihs, cum Petro: *Domine, si oportuerit me mori tecum, non te negabo.* Candida vestis, significat animæ candorem per baptismum comparatum. Lucerna ardens in manibus, significat fidem operibus comprobandam, & hominibus ostendendam, iuxta illud Christi Domini: *sic luceat lux vestra corâ hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum, qui in caelis est.* Ita Tolet. lib. 2. cap. 23. paucis mutatis, & additis.

De Patrinis Baptismi. §. 9.

- 1 De nomine Patrinorum.
- 2 An possint esse duo viri simul.

Ff 3

3 An

3 An Parochus debeat Patrinos designare.

4 Qui prohibentur in iure esse Patrini.

1 QVÆSTIO. Quot patrini assumi possunt in baptis-
 RES P. Vnus hinc vir, siue mulier. Vel ad sumendum
 vnus, & vna. Ita decreuit Conc. Trid. de ref. m. 24.

24. ca. 20. Addit vero sancta Synodus. Quod si alij
 designatos baptizatum tetigerint, cognationem spiri-
 tualis, nullo pacto contrahant. Qua in re voluit sancta
 Synodus renouare statutum. ca. Non plures. de consec. dist.
 dissuetudine abolitum.

2 QVÆST. Possuntne assumi duo viri, ut vnus vicem
 pleat mulieris? RES. Minime. Notat Tolet. lib. 2. cap.
 num. 4. Explicuit Congregatio Cardin. nu. 490. Sui
 ratio. Quoniam baptismus est generatio quaedam spi-
 ritualis: & ideo debet conformari generationi natura-
 atque ad generationem naturalem requiritur mas, &
 mina; ergo ad generationem spirituales vir, & mulier.
 Neque in hoc Episcopus dispensare potest. Quia
 est supra Concilium, oppositum decernens.

3 QVÆST. Circa sacri Concilij verba. Quod si alij
 designatos, baptizatum tetigerint, cognationem spiri-
 tualis non contrahant, dubium graue suboritur, an Parochus
 Patrinos designare? RES P. Huius dubitationis merito
 Vinald. de baptis. mota iam a Nauarro cap. 22. n. 1.
 Dico igitur cum ijs parochum debere a parentibus
 gari. imo ex culpa vtrorumque, pluresque vno, vel
 bus baptizandum tangant. omnes credit Nauarro.
 Viualdus vere esse Patrinos, vera contracta cognatio
 spirituali. Ratio eorum est. Quia nouum Concilium
 valet, cum sit designatio Patrinoꝝ; ergo vbi facta
 fuerit standum erit iuri antiquo iuxta L. Præcipimus. C.
 de appell. iuxta quam, non est a iure antiquo recedendum
 nisi quo ad in nouo clare excepta. At vero ex iure
 quo, seu potius ex consuetudine antiqua, tot erant
 trini, quot baptizandum tangebant: ergo, & modo.

4 QVÆST. Qui prohibentur in iure esse Patrini? RES P.
 In primis Homo non baptizatus. capit. in Baptis. m.
 consecrat. dist. 4. & ibi Gloss. Angel. baptis. 8. num. 2. Syl-
 ptis. num. 7. A. smil. ibid. nu. 37. D. Them. in 4. d. 24. art.
 quæ.

quæst. 3. Richard *ibid.* Nau. ca. 22. nu. 46. Deinde. Quiuis Religiosus. ca. Non licet. 1. de consecr. dist. 4. & cap. Placuit. 2. 16. quæst. 1. Ita supra citati Doctores Tertio. Murus homo, & muta mulier. Ita decernitur cap. Paruuli de consecr. d. 4. & notat Anchar. in Rub. de cognat. spiritali lib. 6. nu. 4.

De cognatione spiritali contracta in
baptismate. §. 10.

- 1 Quid est cognatio spiritalis.
- 2 Inter quas personas contrahitur.
- 3 An contrahatur ex solo Catechismo.
- 4 An contrahatur à non baptizato.
- 5 An contrahatur à patribus suscipientibus è sacro fonte proprium filium.
- 6 An contrahatur à patre, vel matre baptizante proprium filium.
- 7 An Bertha mater maneat cognata mariti Ioanna suæ commatris.
- 8 Quis est effectus huius cognationis.

1 **Q**UÆSTIO. Quid est cognatio spiritalis proueniens ex baptismo? **R**ESP. Est attinentia duarum personarum inter se ratione sacramenti baptismatis iuxta Ecclesie statutum ita decernentis, ut tales ac tales personæ postea maneant inter se cognatæ spiritaliter. Ita colligitur ex Nauar. cap. 12. num. 36. & ex D. Thom. cum communi in 4. d. 10. Vnde manifestum est hanc cognationem esse de iure positiuo tantum.

2 **Q**UÆST. Inter quas personas acquiritur huiusmodi cognatio? **R**ESP. Omisssa iuris antiqui determinatione, per Conc. Trid. omnino sublata, ita nouiter decreuit dictum sacrum Concil. sessio. 24. capit. 2. de reformat. his conceptis verbis, Sancta Synodus statuit, ut unus tantum, siue vir, siue mulier, iuxta sacrorum canonum instituta, vel ad summum unus, & una baptizatum de baptismo suscipiant. Inter quos, & baptizatum ipsum, & illius patrem, & matrem: nec non inter baptizantem, & baptizatum, baptizatumq; patrem & matrem tantum spiritalis cognatio contrahatur. Hæc concilium.

3 QVÆST. *Contrahiturne hæc cognatio spiritualis ex Catholismo, ac ceremonijs, quibus suscipitur in Ecclesia infans de mi propter necessitatem baptizatus, si alij assumantur Patres ab ijs, qui domi sunt sumpti?* R E S P. Minime. Ita Nauar. capit. 22. numer. 40 & Tolet. lib. 2. numer. 5. Oritur tamen iuxta eisdem Auctorem impedimentum impediens matrimonium, inter eos, inter quos dicitur hæc cognatio spiritualis, probatque Nauar. ex cap. Per Catechismum de cognat. spirit. lib. 6. Iræ vero contra hanc iuris determinationem, & contrahere matrimonium existimat Toletum esse peccatum graue.

4 QVÆST. *Contrahiturne huiusmodi cognationem spirituales non baptizatus baptizans, aut suscipiens baptizatum?* R E S P. Minime. Ita D. Thom. in 4. quest. 1. ad 3. & quod 1. ad 3. Palud. ibidem. quest. 1. numer. 6. Sor. quest. 1. art. 3. de matrim. 8. qu. 3. Nauar. ca. 22. num. 36. Gloss. capit. in baptizato de consecrat. distin. 4. Ratio est manifesta, quia huiusmodi cognatio, cadit super eas personas, quæ Ecclesiæ præceptis subiacent: non baptizatus vero Ecclesiæ non subiacet. Ex eodem fundamento oppositum est dicendum de hæretico, quia baptizatus, & Ecclesiæ subditus est. Ita Nauar. capit. 12. num. 35.

5 QVÆST. *Contrahuntne hanc cognationem spirituales pater, & mater suscipientes, ut Patrini proprium filium de facto?* R E S P. Contrahunt. Ita Viual. Sylu. Armil. Angel. & alij summi scilicet verb. Baptismus. Probat ex ca. Ad limina. 30. qu. 1. Ratio esse potest, quia hæc susceptio, non est de necessitate sacramenti, ut manifestum est, & probat Sor. in 4. d. qu. vnica. art. 9. Ergo nullus dari potest error, in quo ipsi parentes cogantur suscipere, tanquam veri Patrini proprium filium.

6 QVÆST. *Contrahuntne eandem spirituales cognationem iidem parentes inter se baptizantes proprium eundem filium?* R E S P. Baptizantes absque necessitate cogente, contrahunt, Ita citati supra Doctores. Baptizantes vero cogente necessitate, si coniuges sint legitimi, non contrahunt, si Patres fornicarij sint, contrahunt. Ita Nauar. cap. 22. num. 40. probatque ex cap. Ad limina. 30. qu. 1. habeturque in 1. de cog. spirit. lib. 6.

7 **QVAEST.** *Contrahitne Bertha cognationem spirituales huiusmodi, cum marito Ioanna, quam matrinam habet per susceptionem proprii filij Berthe?* **RESP.** Minime. Et ideo mortuo marito, & mortua Ioanna potest illi nubere. Ita decrevit Pius V. in Bulla incipiente. *Cum illius vicem.* Data Roma anno 1566.

8 **QVAEST.** *Quis est proprius effectus huius cognationis?* **RESP.** Respondebo statim. Si tibi placuerit: quia tamen hac de re Doctores omnes ad matrimonij impedimenta, quaestionem seruant, ibi me iterum interroga-bis.

De effectibus Baptismi. §. II.

1 **Quot sunt effectus Baptismi.**

2 **An amoto obice, redeat gratia sacramenti bap-tismi.**

1. **QVAESTIO.** *Quot sunt effectus Baptismi?* **RESP.** Quatuor. Primus est remissio omnis culpae tam originalis, quam actualis ante ipsum commissae. Et absoluta remissio poenae, eisdem culpis debitae. Ita concilium Florentinum, & Tridentinum. *c. Per bap-tis. de consecrat. distin. 4.* ex D. Ambro. quam refert, & sequitur Magister in 4. *dist. 4.* Secundus effectus est infusio gra-tiae. Victor, cum communi, & catholico sensu *num. 21.* Ideo confert ius ad regnum caelorum. *capitul. Maiores.* & ibi Gloss. *de bap-tis.* Tertius effectus est character, qui est qualitas quaedam animae bap-tizati à Deo impressa in sig-num Christianae militiae. Ut iam dixi, cum egesti de sa-cramentis in genere. Quartus effectus est, tollere om-nem irregularitatem praeter eam, quae orta fuit ex biga-mia. Ita Maiolus *libr. 5. cap. 51. numer. 10.* Couar. *in clement. Si furiosus. 1. p. §. 2. num. 2.* Viuald. *de bap-tis.* Tollit etiam omnem infamiam. Ita Angel. & Syluest. *verb. bap-tismus. Sot. in 4. d. 6. quaest. 1. art. 5. 6. & 7.* quos refert, & sequi-tur Viuald. *citatus.*

2 **QVAEST.** *Circa infusionem gratiae dicito. Qui suscipit sa-cramentum Baptismi cum obice ad gratiam, sublato obice re-ditne gratia. Explico plus propositam dubitationem. Accedit quis ad baptismum in peccato mortali non recipit gratiam, ut*

certum est, Rogo, utrum obtenta venia peccati per veram
 conditionem, detur illi gratia ex vi sacramenti baptismi, an
 suscipitur? RESP. Datur. Ita habetur cap. Tum valere. de con-
 secr. dist. 7. 4. Docet Victor. ex communi, tit. de baptis-
 mur. 23. & Sot. in 4. d. 18. quest. 3. artic. 3.

CAPVT III.

De Sacramento Confirmationis.

De Auctore, & definitione Sacramenti
 Confirmationis. §. 1.

- 1 An Confirmatio sit sacramentum.
- 2 A quo sit institutum.
- 3 Quid significet nomen Confirmatio.
- 4 Quo pacto definitur sacramentum Confirmationis.

1 **Q**VAESTIO. Estne Confirmatio sacramentum? RESP. Maxime. Ita decreuit Concil. Florent. & Trid. 7. can. 2. habetur capitul. Ad abolendam de haer. 7. Can. 1. de Confirm. Probat late Couar. 1. resol. capitul. numer. 1. Victoria. num. 40. de Confirmat. Viguerius in 1. sit. cathol. & omnes communiter.

2 **Q**VAEST. A quo est institutum? RESP. A Christo Domino, Probat late Victoria, & Couar. locis citatis. Ideo citate legendus D. Bonavent. & Alenf. cum videntur opinari istud sacramentum institutum fuisse ab Ecclesia. Pie tamē eos interpretari oportet, nimirum intellexisse, fuisse ab Ecclesia promulgatum, & ut verum sacramentum à Christo Domino institutum, receptum, & ad praxim usumque deductum.

3 **Q**VAEST. Qui significat nomen confirmatio? RESP. Significat robur animi. Ita Viguer. de Confirm. tradit text. 1. de sac. unctio. per frontis.

4 **Q**VAEST. Quo pacto definitur? RESP. Est sacramentum in quo Episcopus unxit baptizari frontē chrismate consecra-

secrato, sub certa verborum forma, ad accipiendum vitæ spiritualis robur, vt intrepide profiteatur fidem coram Euangelii veritatem oppugnantibus. Ita Magist. in 4. sent. & D. Thom. 3. p. q. 72. Colligit Canis. in doct. Christ. c. 1. de Confirm.

De materia Sacramenti Confirmationis. §. 2.

- 1 Sanctum Chrisma est materia sacramenti confirmationis.
- 2 Quid est Sanctum Chrisma.
- 3 An balsamum sit de essentia Chrismatis ex necessitate sacramenti.
- 4 An sit de necessitate precepti.
- 5 An consecratio Chrismatis sit de necessitate Sacramenti.
- 6 An Chrisma debeat esse nouum.

1 **Q**VAESTIO. Qua est materia sacramenti Confirmationis: RESP. Est Chrisma. Ita respondet Tolet. l. 2. c. 24. n. 2.

2 **Q**VAEST. Quid est Chrisma? RESP. Est oleum oliuarum, balsamo permixtum ab Episcopo consecratum. Ita habetur capitul. de sacr. unct. & in Concil. Brachar. 2. ca. 4. Conc. Florent. sub Eugenio IV. docet Catechif. Roman. pag. 223. Sylu. & Armil. verb. Confirm. num. 2. Victor. num. 41. Nau. c. 22. nu. 8. & communiter Doctores.

3 **Q**VAEST. Estne Balsamum de essentia sacramenti: RESP. Res est controuersa. Affirmantem patrem sequitur Tolet. lib. 2. c. 24. eamque appellat communem: Quoniam eam asserere videntur Adria. Palud. Durand. teste Couarru. negantem tamen sequuntur Auctores in sequenti citandi, resque videtur certa ex cap. Pastoral de sacrament. non iteran. norat Viuald. de sacrament. confirm. tit. de requisitis. nu. 3.

4 **Q**VAEST. Estne de necessitate precepti? RESP. Maxime. Ita Caiet. 3. p. d. 62. ar. 2. Sor. in 4. d. 7. q. 1. art. 1. Vict. de Consi. num. 2.

num. 41. Nauar. c. 22. num. 9. Couar. lib. 1. resol. cap. 10. nu. 4. Habetur c. Pastoral. de sacrament. non iterand. c. 5. de sacr. unctio. c. Nouissime de consecr. d. 5. cap. 1. Ideo Toletus affirmat peccare mortaliter, iuxta omnium Doctorum sensum illum, qui oleo sine balsamo confirmaret.

5 QVAEST. Estne de essentia sacramenti, ut chrisma sit consecratum: RESP. Maxime. Ita D. Thom. 3 p. qu. 73. art. 3. Scot. Duran. Palud. Marsil. quos refert, & sequitur Viuald. de sacrament. Confirmat. tit. de materia. numer. 4. Summ. Itæ verb. Confirmatio. Sylu. numer. 2. Angel. numer. 3. Vict. num. 42. Nauar. cap. 22. numer. 8. Canonizatum Gloss. in capitul. Peruenit. 95. distinction.

6 QVAEST. Estne opus, ut chrisma sit nouum, hoc est consecratum eodem anno: RESP. Non est opus ex necessitate sacramenti. Si enim fiat sacramentum cum chrismate veteri, hoc est, consecrato iam præteritis annis, verum conficietur sacramentum. Est tamen opus ex necessitate præcepti, nam c. Si quis de alio. de consecr. d. 4. præcipitur ut hoc sacramentum fiat cum chrismate nouo: verus autem chrisma comburatur. Ideo grauius peccabit Episcopus, qui absque necessitate confirmaret chrismate præcedentis anni. Ita Cardin. Tolet. lib. 2. c. 22. n. 2.

De forma & ministro Sacramenti Confirmationis. §. 3.

- 1 Quæ est forma.
- 2 Quis est minister.
- 3 An possit esse minister simplex sacerdos ex licentia Pape.
- 4 An possit esse Vicarius Episcopi, ex licentia eiusdem Episcopi.

1 QVAESTIO. Quæ est forma huius sacramenti: RESP. Est hæc, *Consigno te signo Crucis, & confirmo te chrismate salutis, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti Amen.* Ita Concil. Florent. sub Eugenio IV. Ita D. Thom. 3 p. quæst. 71. articul. 3. & 4. ibidem. Caict. Victor.

de Confirm. numer. 44. Nauar. capitul. 22. numer. 8. Sor. in 4. d. 3. quest. 1. artic. 5. Catechism. Rom. pag. 235. Fuit autem hæc forma à Christo Domino, tanquam ab Auctore Sacramentorum edocta, sicuti ab ipsis Apostolis Ecclesia sancta accepit. Ita Angel. confirmatio numer. 9. Vigner. in Instit. Cathol. numer. 2. Catechism. Roman. ex Fabiano Papa pag. 224. & 225.

2 QVAEST. Quis est minister ordinarius huius sacramenti? RESP. Episcopus solus. Ita habetur cap. Manus. capit. Nouissime. capit. Ut Episcopi. de consecrat. distinct. 5. Tradiderunt summi pontifices Eusebius I. Epist. 1. Leo. epistol. 88. Innoc. I. epistol. 3. Gregor. in Regist. 3. epist. 9. Ioann. III. epistol. 1. & alij quos refert Canisius capitul. 3. de confirm. & Catechism. Roman. pagin. 22. Decreuit Concil. Florent. sub Eugen. IV. & Triid. sess. 7. can. 3. & sessio. 23. can. 7. Ostendit Couar. lib. 1. resolut. capit. 70. nu. 14. Quam potestatem habent Episcopi ab ipso iure diuino Christi Domini, tanquam legitimi Apostolorum successores, ut ostendunt Couar. & Vigu. locis citatis.

3 QVAEST. Potestne simplex sacerdos ex commissione Papæ, chrismate ab Episcopo consecrat, confirmari? RESP. Obfirmato animo negarunt in 4. d. 7. D. Bonau. Maior. Gabr. Scot. qu. 111. Durand. qu. 3. & 4. Adrian. de Confirm. Castro. de hæresib. verb. Confirmatio c. 10. num. 6. quos refert Viuald. de Confirm. tit. de ministro numer. 4. Affirmant tamen communiter Moderni Theologi. Sor. in 4. d. 7. q. 5. art. 11. Ledesm. 1. 4. qu. 15. art. 11. Vict. de Confirm. 50. Ferr. 4. contra Gent. c. 60. Adducunt pro se D. Thomam 3. p. q. 72. art. 11. ad 1. & ibid. Caiet. art. 3. Alens. 4. p. q. 82. memb. 1. ar. 3. D. Anton. 3. p. tit. 1. §. de ministro Richard. in 4. d. 7. q. 1. art. 2. Palud. q. 4. Marfil. qu. 5. art. 3. Capr. qu. 5. Affirmant Canonistæ Moderni Nau. c. 22. nu. 8. Lindan. lib. 4. Panoplia. c. 26. Affirmant Summistæ verb. confirm. Angel. n. 2. Armil. n. 3. Sylu. & alij. Probant ex Gloss. ca. Peruenit. 95. dist. vbi narratur eam facultatem concessisse D. Gregorium, Ideo hæc affirmans pars omnino tenenda, propter tantorum Auctorum sensum. Quæ quidem videtur probari textu expresso. c. Quanto. de consuetudin. 91. cuius hæc sunt verba: Sua temeritate, secus si nostra auctoritate. Ergo si auctoritatem imploraret Apostolicam, sacramentum conficere pos-

re pos-

te posset ille temerarius sacerdos sua propria auctoritate confirmans. Non mihi tamen probatur adoratio Vivaldi, deducens probationem propositæ conclusionis ex eo, quod Concil. Trid. in sess 7 Canon. 3 definiat ordinarium ministrum huius sacramenti esse Episcopum, argumentatur enim sic Ordinarius minister est Episcopus ergo delegatus erit sacerdos. Non mihi probatur, quia multa sacramenta habent ordinarium ministrum, quæ quidem non admittunt delegatum: talis est Eucharistia, Ordo, Matrimonium.

4 QVÆST. Rogo ulterius, an possit Episcopus hanc etiam facultatem committere suo Vicario sacerdoti? RESP. Minime. Ratio est, quia hæc potestas est ordinis: Episcopus vero solam potestatem iurisdictionis potest suo Vicario concedere:

De modo conferendi hoc sacramentum. §. 4.

- 1 An unctio sit de necessitate.
- 2 Quæ corporis partes sunt ungendæ.
- 3 Cur ungetur frons.

1 QVÆSTIO Estne unctio de necessitate sacramenti? RESP. Est quidem. Ita Card. Toler. lib. 2. cap. 9. nu. 3.

2 QVÆST. Quæ corporis partes sunt ungendæ? RESP. Ungenda est frons. Ita præcipitur. c. 1. §. fin. de sacram. unct. Presbyterij de consecrat. d. 4. Institut. lib. 2. de Confirm. antecedent ibi Gloss. verb. frontem. Ita Sylv. verb. Confirmatio. q. 4. Nau. cap. 22. num. 8. D. Thom. 3. p. q. 72. art. 9. Quod immerito negavit Vict. de Confirm. nu. 1. cum aliquibus.

3 QVÆST. Quare hæc unctio fit in fronte? RESP. Ut confirmati manifeste se ostendant esse Christi milites: in hoc enim sacramento Christianus fit Christi miles, cuius signo crucis in fronte munitur ad fortiter dimicandum contra fidei hostes, eamque palam, timore procul, & robore profitendam. Ita Vig. in Institut. Cathol. de Confirmationi. versu. 2. Catechism. Roman. pag. 233.

De obligatione sumendi hoc sacramentum Confirmationis. §. 5.

2 An sit praeceptum suscipiendi sacramentum Confirmationis.

3 **Q**VAESTIO. *Estne sacramentum Confirmationis suscipiendum ex praecepto?* R E S P. Dico primum. Nullum reperitur diuinum praeceptum, de sacramento Confirmationis suscipiendo. Ita Viuald. cum communi. tractat. de hoc praecepto: Dico secundum. Mortale peccatum est sacramentum Confirmationis non suscipere ex contemptu. Ita Vict. de *Confirm. n. 48. Nau. s. 22. n. 9.* Dico tertium. An peccatum mortale sit Confirmationem non suscipere ex crassa negligentia, controvertunt Doctores. Affirmant in 4. d. 7. Richard. & Bonau. q. 2. art. 3. Durand. q. 1. Marsil. q. 5. art. 4. Palud. & Maior. Sylu. *Confirmatio. Patr. Soto. lect. 2. de Confirmat.* Negant veruntamen Moderni cum Adrian. 4. de *Confirmat. Scot. in 4. d. 7. q. 1. Conar. lib. 1. resolut. nu. 9. Caiet. 3. p. qu. 72. art. 8. Sot. in 4. d. 7. q. 1. art. 8. Victor. & Nau. locis proxime citatis.* Dico quartum. Conc. Trid. *sess. 23. ca. 4. de reformat.* praecipit ut Episcopis, ne admittant ad primam tonsuram, nisi confirmatum. Cum igitur hoc praeceptum non Ordinandis, sed Episcopo ordinanti Concilium imponat, non videntur etiam post Concilij decretum peccare mortaliter ordinandi, si absque hoc suscepto sacramento, accedant ad primam tonsuram suscipiendam. Ita Sot. in 4. d. 7. q. 5. art. 6. & 9. d. 24. q. 1. art. 4. sicuti ante Concilium docuerant D. Thom. in *addition. q. 45. art. 5. Ledes. 2. 4. quest. 73. art. 4.*

De effectibus sacramenti Confirmationis §. 6.

2 **Q**VAESTIO. *Quoi sunt effectus huius sacramenti?* R E S P. Tres, duo quidem ex vi ipsius sacramenti, secundum se sumpti, tertius ex impositione Ecclesiae. Effectus orti ex vi ipsius sacramenti secundum se sumpti, sunt gratia, & character, ut iam ostendi in materia de sacramento in genere. Effectus ex impositione Ecclesiae, est cognatio spiritualis, eadem atque oritur ex sacramento Baptismi. Ita decreuit Conc. Trid. *sess. 24. c. 2.* Ideo Patrinus debet esse vnus, vel ad summum vnus, & vna, c. *Non plures. de consec. d. 5.* Notant Ang. *Confir. n. 1. Sylu. & Vig. ibi.* Item cognatio solum contrahitur inter Confirmatum, & Confirmantem.

firmantem.

firmantē, Confirmatq; patrem, ac matrē, & inter suscipientem, ac susceptum, susceptique parentes. Assumere vero in hoc sacramento Patrinum est de necessitate precepti, quod transgredi, est peccatum mortale. Doct. Sylu. *Confirmatio. ibid. Viguer. Nau. c. 22. num. 9. §. Quomodo peccat. Catech. Rom pag. 137.*

De subiecto capace sacramenti Confirmationis & tempore, quo est conferendum. §. 7.

1 Quibus est conferendum sacramentum Confirmationis.

2 In qua aetate est conferendum.

1 QVAESTIO. Quibus est conferendum sacramentum Confirmationis? RESP. Omnibus baptizatis. Concil. Trident. *session. 7. Canon. 1. capit. Omnes delis capit. Nouissime. de consecratio. dist. 5. capit. Si quis presbyter. non baptiz. & Doctores omnes. Ratio est, quia character Confirmationis supponit characterem Baptismatis, ideo Baptismus appellatur ianua sacramentorum quia ad omnia alia suscipienda est ianua.*

2 QVAEST. Cuius aetatis Christianus est capax huius sacramenti? RESP. Hac de re multiplices fuerunt opiniones. Gloss. *c. Ieiuni de consecr. dist. 5.* & alii opinati sunt expectandos esse annos pubertatis, hoc est duodecim. D. Anton. & Catech. Rom. *pag. 230.* arbitrantur expectandum esse tantummodo septennium. Ratio eorum est, quia debet expectari tempus, quo pueri recordentur susceptae Confirmationis, & ideo in hoc sacramento impletur alapa, ut Confirmati postea recordentur, iuxta Sylu. *Confirm. num. 4.* Dicendum veruntamen quouis tempore post baptismum posse conferri, ac suscipi Confirmationem. Ita D. Thom. *in 4. d. 7. V. Valden. de sacram. to. 2. c. 55.* quos refert, ac sequitur Petr. Soto. *de sacram. Confirm. lect. 2.* Angel. Sylu. Gabr. quos refert, ac sequitur Vict. *de Confirm. n. 94.* Et ita obtinet praxis in Hispania ut duorum annorum infantes confirmantur. Pro memoria vero habentur commentarij in Ecclesiarum scriptis in quibus referuntur nomina Confirmatorum, Confirmantis, & Patrinorum.

CAPVT IV.

De Sacramento sacrosanctæ Eucharistiæ.

De Auctore, & definitione diuinæ
Eucharistiæ. §. 1.

- 1 An sit sacramentum.
- 2 A quo fuit institutum.
- 3 Quando fuit institutum.
- 4 Quo pacto definitur.

1 QVÆSTIO. Estne diuinæ Eucharistiæ unum è septem sacramentis Nouæ Legis? RESP. Maxime. Ita habetur cap. Ad abolendam de hæret. & in Concilio Florent. ac Trident. sess. 7. de sacr. in gen. can. 2. & sess. 13. cap. 2.

2 QVÆST. A quo fuit institutum? RESP. à Christo Domino. Ita habetur c. Cum Mart ha. de celebrat. miss. Clem. vnica. de reliq. & vener. sancti. in Conc. Florent. & Trid. sess. 13. c. 1. & 2.

3 QVÆST. Quando fuit hoc sacramentum institutum? RESP. In vltima cœna. Matth. 16. Mar. 14. Luc. 12. 1. Cor. 11. decreuit Conc. Trid. sess. 13. c. 1.

4 QVÆST. Quo pacto definitur? RESP. Est sacramentum, in quo sub speciebus panis, ac vini simul, vel seorsim vere, & realiter continetur corpus, & sanguis, vna cum anima, & diuinitate Domini nostri Iesu Christi. Ita Magist. in .d. 8. D. Tho. 3. p. q. 73. art. 4. Nau. c. 22. n. 10. Vict. de Euch. nu. 52.

De materia sacramenti Eucharistiæ, quo ad Corporis consecrationem. §. 2.

- 1 Panis est materia diuinæ Eucharistiæ.
- 2 Quis panis.
- 3 An sit amidon.
- 4 An sit far.

Medull. Casuum.

62

3 AN

5 An tollat veritatē materia admistio aliorū graviorū

6 An sufficiat ad materiam, adiungere grana cum ali-
quo liquore expresso, ab ipsis granis.

7 An massi sit apta materia.

8 An panis debeat esse azymus.

1. **Q**VAESTIO. *Qua est materia huius sacramenti
quo ad consecrationem corporis? R E S P.* Panis, et
*Firmiter §. vna. de sum. Trin. Et fid. cathol. c. Martini
de celebrat. miss. cap. In sacramento. cap. Cum omne. de con-
trat. d. 2. Conc. Trident. per totam sess. 13. Est sensus omni-
Cathol. cum D. Thom. 3. p. qu. 74. articul. 3. Alenfi. 4. p.
33. Docuit D. Paul. 1. Cor. 11. Accepit panem, &c.*

2. **Q**VAEST. *Qui panis esse debet? R E S P.* Vusualis. Ita
mine discrepante torrens Doctortum. Est vero panis
usualis ille, cuius materia est à natura ipsa data in alimen-
tum hominum. Talis est triticeus, quia triticum à natura
ipsa procreatum est ad alendos homines. Talis non est
hordeaceus, quia hordeum natum est ad nutriendos
quos, & mulos. Talis non est miliaceus, quia milium est
nutrimentum auicularum. Neque furfurosus, hoc est
furfuribus tritici confectus, quia est nutrimentum ca-
num. Neque alius quivis confectus ex saccharo, & amy-
gdalis: moderni Grammatici appellant panem macerum.
Nostrates materna lingua appellant macapano. Neque
panis ex radicibus tritis confectus, quo vescuntur
Barbari, ligneam vocant farinam. Neque confectus ex
oriza, hoc est de arroz. De pane autem typhaceo, hoc
est farragineo, seu siligineo, hoc est, de Céteo (Typha est
farrago, & siligo apud Grammaticæ professores, signifi-
cat centeo) controuertunt Doctores Theologi. Neque
inimmo, quia ille secundum communem sententiam
est panis usualis, hoc est, à natura ipsa datus, ad hominum
sustentationem; & est quedam tritici species à tritico
generans. Ita D. Thom. 3. p. qu. 74. art. 3. Arnil. Euchar.
1. Argent. in 3. d. 11. q. 2. art. 1. V. Et, in sum. nu. 55. Sor. in 4.
4. qu. vnic. art. 3. Panis vero usualis est sufficiens materia
vt docet D. Damascen. lib. 4. fidei cap. 14. De spelta, hoc
est lolio (Nostrates vocant ioio) & auena (Nostrates vo-
cant auca) etiam dubitant, an sit species tritici, aiantque

plures, quia propter glebæ maciem, degenerat triticum à nobilitate seminis, vt habetur *c. Nasci. 56. dist. 6. c. Vetuslo. 2. qu. 1.* Ideo affirmant esse sufficientem materiam diuinæ Eucharistiæ. Ita Alb. & Pet. quos refert Sylu. *Euch. q. 3.* insinuat D. Thom. *3. p. q. 7. ar. 3. ad 2.* vt refert Arm. *verb. Euch. n. 1.* Tenent Argent. Caiet. & alij, quos refert, & sequitur Sorus *in 4. dist. 9.*

3 QVÆST. *Quid dicis de amidone?* RESP. Amidon est farina è tritico in aqua putrefacto, & corrupto expressa (Nostrates appellant amido) ideo in pane ex amidone confecto, fieri nequit consecratio Ita D. Thom. Syl. Viguer. & Viet *sup. Angel. Euch. 1. n. 4.*

4 QVÆST. *Quid dicis de fare?* RESP. Dico, quod huic tritæ & ab omnibus Theologis tractæ quæstioni, dederit immerito occasionem nominis Ethymologiæ ignorantia; quod nomen perperam ab Auctoribus scribitur, per duplex RR. Far enim nil aliud significat, quam panem, vt videre est apud Plinium *lib. 18. cap. 8.* Ideo de fare, atque de pane eadem mouenda est quæstio. Hanc ob rem nulla de fare peculiaris est dubitatio.

5 QVÆST. *Tollitne veritatem materie admistio diuersorum granorum à tritico?* RESP. Si in parua quantitate sit talis mistio, minime. Ratio est, quia adhuc retinet veram substantiam triticeam. Ita communiter Doctores *in 4. d. 11. quam refert. & sequitur Ang. Euch. 1. n. 8. Sylu. q. 2. Armil. n. 2. Viguer. D. Tho. 3. p. q. 74. ar. 4.* Quod si per talem mistionem per physicam transmutationem non fiat eadem tritici substantia, sed adhuc physice substantia aliorum granorum integra permaseat, remanet Christus Dominus sub speciebus triticeis, non vero sub speciebus aliorum granorum, quas Deus nouit integras permansisse. Ita Gloss *cap. Sacramento. de cons. dist. 2.*

6 QVÆST. *Quoniam panis fit ex massa adiuncta ex pluribus granis, massa vero fieri nequit, nisi adiuncto liquore. Quæro an sufficit ad materiam Eucharistiæ adiungere grana cum liquore expresso ab ipsis granis per confusionem in mortariolo?* RESP. Minime. Sed ad necessitatem sacramenti requiritur, vt materia sit facta ex farina, & aqua naturali (quia hæc sola est aqua, nam alij succus ab herbis per igneum calorem expressi, sola similitudine

appellantur aquæ) ita D. Thom. 3. p. qu. 74. art. 4. cum Innocent. de celeb. mis. quem refert Scot. & Richard. quos refert & sequitur Atmil. verb. Euch. n. 6. Sylu. q. 1. Angel. nume. 7. Petr. Sor. in 4. dist. 9. q. 1. art. 6. Gloss. cap. Si in sacrificando. verb. calix. de cons. d. 2.

7 QVÆST. Potestne fieri consecratio in massa? RESP. Minime. quia vt sic, non est panis, quo homines velci solent. Ita omnes supra citati Auctores. Requiritur igitur, vt coquatur. Ac proinde coctio est de essentia panis, apti ad materiam Eucharistia. Notat Tolet. l. 2. c. 25.

7 QVÆST. Panis debet esse azymus, an fermentatus? RESP. In Ecclesia Latina debet esse azymus: In Ecclesia Græca debet esse fermentatus. Notat cū communi Tolet. l. 2. c. 25. n. 3.

De materia sacramenti Eucharistia, quoad sanguinis consecrationem §. 3.

- 1 Materia ad consecrandum sanguinem est vinum.
- 2 Quod vinum esse debet.
- 3 Quale vinum esse debet.
- 4 De mulso.
- 5 De aceto.

QVÆSTIO. Qua est materia ad consecrandum sanguinem? RESP. Vinum. Ita habetur cap. Firmius summ. Trinit. & fide cathol. capit. Martha de celeb. miss. c. in sacramento. ca. Cum omne. de consecrat. dist. 9. Conc. Trident. sess. 13. Ita Doctores, quos superiores s. cituli.

2 QVÆST. Quod vinum esse debet? RESP. Vinum vitis, constat de fide in eo Christum Dominum consecrat. Mat. 16. Non bibam amodo ac hoc genimine vitis. Ideo deficiente vino vitis, confici nequit hoc sacramentum.

3 QVÆST. Quale esse debet hoc vinum? RESP. Integrum in substantia propria vini. Substantiam veram vini, retinet adhuc vinum acefcens, hoc est, quod tendit ad acetum. Notat Victoria. In eo tamen absque necessitate, non est facienda consecratio. Notat Vivald. de Euch. l. 1. c. 1.

citato; damnatque culpæ lethalis sacerdotem in vino a-
cescente absque necessitate consecrantem, propter irre-
uerentiam grauem.

4 QVAEST. Dic de mulso ex vino ad ignem cocto factum,
quod nostrates appellant arrobes? RESP. Dico illud amisisse
substantiam vini. Ita Hug. Victor quem refert, & sequi-
tur Viuald. de Eucharisti. tit. de mater. sang.

5 QVAEST. Quid dicis de aceto quid de vino multa aqua di-
luto? RESP. Dico illud amisisse substantiam vini, per cor-
ruptionem. Ita D. Thom 3 p. quest. 94 art. 5. ad 2. & com-
muniter Doctores in 4. Rich. d. 1. Sot. d. 9. artic. 5. Sum-
mistæ verb. Euchar. Sylu. q. 4. Angel. nu. 1. Vict. nu. 59. Ar-
mil. Vigner & alij. contra Gloss. c. 2. de consecrat. d. 6. verb.
calix. & Innoc. de sacr. altar. Item amisit substantiam vini,
vini multa aqua dilutum in torculari, quod appellant
Nostrates Agna pie, Latini vero Ioram.

6 QVAEST. Qmissa interrogatione de vino adhuc in botris
racemi incluso: de eo enim, atque de farina in granis con-
tenta, quasi quæstio est: sic enim nec vinum est, nec panis. Rogo de
musto iam à botris racemorum expresso. Estne apta materia ad
consecrandum sanguinem? RESP. Mustum de quo rogas,
intelligo vinum non pridem à racemis expressum ante
decoctionem perfectam. De eo quidem controuersia
est inter Doctores. Affirmant D. Tho 3 p. q. 74. ar. 5. Syl-
ver. Euch. n. 4. Armil. n. 8. Sot. in 4. d. 3. q. 1. art. 5. habe-
tur capitul. Cum omne de consecrat. d. 2. Facit pro hac sen-
sentia consuetudo aliquarum Ecclesiarum, iuxta quam
sexto die Augusti, Dominicæ transfigurationis memo-
riæ dicato, à sacerdote exprimuntur matura botra super
calicem consecrandum in gratiarum actionem pro anni
vberrate, & fructibus: quæ consuetudo seruatur in alma
Ecclesia maiori Bracharæ Augustæ, Lusitanæ vrbis cla-
rissima. Docent hanc partem recenter Viuald. de Euch. &
Tolet. li. 2. c. 24. à quibus non audeo dissentire.

7 QVAEST. Estne apta materia ad consecrandum vinum
gelatum? RESP. Minime. Ratio est, quia materia huius sa-
cramenti, debet esse comestibilis, & potabilis: & quem-
admodum massa cruda non est apta materia, quia nõ est
comestibilis, ita vinum gelatum, quia non est potabile
vt sic. Ideo enim sacramentum Baptisimi fieri nequit in

gelu, vel in niue, quia materia baptismi debet esse apta ad ablucendum, nix autem & gelu vt sic, non sunt apta ad abluendum. Et hec est vera ratio. Falsa vero omnino est illa, quam affert Viuald. de Eucharist. affirmans contra veteram Philosophiam gelu, & niuem non esse essentialiter aquam.

De aqua miscenda in calice. §. 4.

- 1 An sit miscenda aqua.
- 2 Quod peccatum committit, qui aquam non miscet in Calice.
- 3 Quae quantitas aquae est miscenda.
- 4 Quae aqua est miscenda.
- 5 Quo tempore est miscenda.
- 6 Cur praecipit Ecclesia aquam misceri in Calice.

QVAESTIO. Estne aqua miscenda vino, consecrationis sacramenti, vt aliqui opinati sunt, teste Soto in 4. q. 1. art. 5. Sed ex necessitate praecipi. Ita communitur Theologi, quos refert ac sequitur Victor. nu. 60. docet Catechism Rom. pag. 243. Habetur vero tale praecipuum pluribus in locis. capitul. In sacramento. c. in Calice. cap. de ordine. cap. Non oportet. de conse. d. 2. capitul. Cum Marius. de celeb. missar. Habetur in Concil. Brach. III. c. 1. Carthag. III. cap. 24. Flor. & Trident. sess. 22. q. 7. Can. 9.

2 QVAEST. Quantum peccaret, qui scienter vel ex negligentia crassa, non misceret aquam? RESP. Mortaliter. De licentia affirmavit Tolet. lib. 2. cap. 25. De negligentia crassa affirmat Viuald. de Eucharist. tit. de materia. Estque res certa ex grauitate praecipi.

3 QVAEST. Quae quantitas aquae est miscenda? RESP. Quantitas parua ita respondet Tolet. lib. 2. cap. 25. num. 4. quanta vero futura sit ea paruitas non explicuit. Recte tamen adnotauit Viuald. de Eucharist. ea in paruitate aquam esse miscendam, quae tempore consecrationis non fit in vinum philosophice conuersa per amissionem formae aquae, & introductionem formae vini. Et ideo iuxta vini quantitatem, & fortitudinem maiorem, minoremque

ue, posse aquæ quantitatem misceri. Ita D. Thom. 3. p. q.
74. art. 6. Scot & Richard. in 4. d. 11. Angel. *Euchar. n. 14.*
ibi, Syl. Sor. in 4. d. 9. q. 1. art. 6. Catech Rom. pag. 244.

4 QVAEST. *Qua aqua admiscenda?* RESP. Elementaris,
siue naturalis, non vero artificiali. Ita Theologi omnes,
& sensus asserit Catholicorum. Ratio etiam ostendit,
quia omnes alia aquæ sunt succus herbarum, & florum,
& per solam similitudinem appellantur aquæ, ut iam dixi
de materia Baptismi.

5 QVAEST. *Quo tempore est admiscenda aqua?* RESP. Dum-
modo misceatur cum intentione adimplendi præceptum
Ecclesiæ ante consecrationem, quouis tempore potest
calix præparari. Ita Praxis obtinuit in missis solemnibus,
cum calix a Diacono præparatur, statim post inceptam
missam.

6 QVAEST. *Cur Ecclesia præcepit aquam misceri in calice?*
RESP. Quia in figuram huius sacramenti Melchisedech
obtulit vinum limpharum. Ita Gloss. *capit. In Calice. de con-*
secrat. distinct. 2. verb. vinum. Deinde, quia Christus Do-
minus in vino aqua diluto consecrauit. Ita Viuald. late
probat tract. *de Eucharist.* Tertio ad memoriam profusi a-
moris, quo Christus in ara crucis fudit e pectore aquam,
& sanguinem. Quarto, quia aqua significat populum,
iuxta Angeli interpretamentum Apocal. 17. *Aqua, quas*
vidisti, populi sunt, & gentes. Mistio autem aquæ in vino,
significat unionem populorum ac gentium cum Christo
in hoc diuinissimo sacramento. Ita adnotatur *e. In Calice.*
de consecr. dist. 2.

7 QVAEST. *Demus quod ante consecrationem, aqua mi-*
ssa, non sit in vinum philosophice conuersa, eritne tunc mate-
ria huius sacramenti, sub quibus speciebus Christus Domi-
nus remaneat? RESP. Affirmat Tolet. *lib. 2. cap. 24.* hisce
verbi. Cum vino est quantitas parua aquæ adhibenda,
quæ simul est materia, siue conuersa sit in vnum, siue
non. Immerito tamen tantus Doctor, propriam fuit se-
cutus sententiam, si ut verba sonant, eam habuit
mentem, ut crediderit ipsam aquam esse
materiam sacramen-
ti.

De qualitate, præsentia, & quantitate panis,
ac vini consecrandi. §. 5.

- 1 De qualitate.
- 2 De præsentia.
- 3 De quantitate.

1 **Q**VÆSTIO. *Qua qualitas requiritur in pane, ac vino consecrando?* RESP. Dico primum. Ad essentiã sacramenti requiritur, ea qualitas, quæ vera substantia panis, ac vini physice contineatur. Oportet enim, ut panis non sit corruptus, ut vinum sit sanum, & vere vinum aliter non fiet sacramentum. Dico secundo. Ad decetiam tanti sacramenti requiritur, ut panis sit purus, & candidissimi coloris. Ut vinum sit liquidum, ac expurgatum purissimo enim sacramento, purissima debetur materia. Hæc doctrina ita in confesso est apud omnes, ut superfluum sit, pro ea Auctores afferre.

2 **Q**VÆST. *Estne opus ad veram consecrationem, ut panis ac vinum consecranda sint moraliter præsentia?* RESP. Opus quidem est. Ita cum communi Tol. li. 2. c. 25. n. 4. Wald. de Euch. rit. de materia pan. n. 14. & 15. cum D. Tho. 3. p. 9. 74. Scot. Palud. Durand. 4. d. 11. qu. 2. Victor. de Euchar. n. 37. Sylu. Euch. 2. n. 6. Sor. in 4. d. 9. q. 1. art. 2. Præsentia vero moralis, ex iudicio boni viri colligenda. Non sufficit tamen; quod panis, ac vinum percipiatur per visum distinctum: lic enim percipiuntur ea, quæ per leuiam distant. Neque quod percipiatur per olfactum: sic enim percipiuntur ea, quæ post parietem sunt, & longissima absunt. Non tamen requiritur ea præsentia, intra quam possint panis, ac vinum tangi. Ratio est, quia materia sacramenti, debet applicari formæ: sed forma eucharistica profertur nominibus demonstrantibus præsentem materiam, nimirum, Hoc est corpus meum. Hic est calix, ergo ut verificetur, requirit materiæ præsentiam.

3 **Q**VÆST. *Qua quantitas vini, ac panis consecrari possent?* RESP. Dico primum. Ex natura, & essentiã sacramenti, quavis quantitas, tam quo ad magnitudinem, quam quo ad paruitatem consecrari posset. Ita D. Thom. 3. p. 9. 74.

art. 2. & in 4. dist. 11. quest. 2. Viçt. Sot. cum alijs supra citatis. Ratio est, quia dari non posset tanta quantitas, quæ si moraliter præsens esse posset, non posset etiam consecrari. Dico secundum. Ex ratione præsentia pro arbitrio boni viri colligenda est, quanta materia panis, & vini consecrari possit. Ita expressis verbis Tolet. lib. 5. capit. 25. numer. 5. ita inquit. *Vtraque materia nequaquam habet certam quantitatem, nisi ratione præsentia: posset enim consecrare sacerdos multos cophinos panis, & vini dolium, si præsentia ista haberet, sicut etiam minimam utriusque quantitatem. Sed absque ratione, & sine convenienti immodicam quantitatem consecrare, graue esset sacrilegium, sic Toletus.*

De forma sacramenti Eucharistia. §. 6.

- 1 *Quæ est forma consecrandi panem.*
- 2 *Quæ est forma consecrandi vinum.*

1 **Q**VAESTIO. *Quæ est forma consecrandi panem?* R E S P. Est hæc: *Hoc est enim corpus meum. Traditur in cap. Cum Mart. de celeb. miss. cap. Cum corpus. cap. Reuera. cap. Accesserunt de consecr. dist. 2. Colligitur ex Matth. 26. Marc. 14. Luc. 21. ex 1. Corinth. 11. Docent omnes sacri Doctores. In hac forma verbum (enim) non est de necessitate sacramenti. Ita communiter Theologi cum Diu. Thom. 3. p. quæ. 78. art. 1. & in 4. d. 11. vbi Sot. quæst. 1. art. 1. ad Summistæ verb. Euch. Sylu. Armil. & Ros. Oppositum docuit Scot. in 4. d. 9. quem intrepide secutus est Angelus; sed immerito contra sensum Ecclesiæ, vt notauit Armil. & Vivald. Est tamen de necessitate præcepti: & ideo grauiter peccaret, qui scienter illud verbum omitteret. Ita Tolet. lib. 2. cap. 26. Hinc colligo omnia alia verba præcedentia, nimirum. *Qui pridie quam pateretur, & alia non esse de necessitate sacramenti, esse tamen de necessitate præcepti, & ideo peccare grauiter, qui contra vsum Ecclesiæ ea omitteret, vel ex data opera, vel ex crassa negligentia. Ita Vivald. tit. de forma.**

2 **Q**VAEST. *Quæ est forma consecrandi vinum?* R E S P. Est hæc: *Hic est enim Calix sanguinis mei noui, & æterni testamenti,*

G g 5

stamenti,

stamenti, misterium fidei, qui pro vobis, & pro multis offertur
datur in remissionem peccatorum.

3 QVÆST. Suntne omnia hæc verba de necessitate sacramenti? RESP. Affirmantem partem tenuit Div. Thom. 3 p. qu. 78. art. 3. Sylu. Euch. 1. ad finem. Armil. nu. 12. & alij. Excipiunt tamen verbum; enim, quod dicunt esse tantum de necessitate præcepti. Ita colligitur ex Cap. Quia corpora panis est. de consecrat. d. 2. Teneat communis opinio. Summistæ verb. Eucharist. Angel. Vict. numer. 74 Tabien. Euchar. 1. num. 27. Sor. in 4. d. 11. quest. 1. art. 3. & d. 23. quest. 1. art. 2. Gandau. qu. 9. & 110. Tolet. lib. 2. cap. 26. Dico secundo. Quoniam adhuc tantum modo probabilius est in supradictis verbis, tantum consistere essentiam formam consecrandi sanguinis, ideo oportet, ut sacerdos profertur omnia verba supra posita.

De ministro Eucharistiæ, quoad consecrationem. §. 7

1 Qui est minister huius sacramenti.

2 Tenetur minister consecrare sub utraque specie.

1 QVÆSTIO. Qui est minister ad conficiendum sacramentum Eucharistiæ? RESP. Omnis, & solus sacerdos. Omnis, dixi, quia si sacerdos est, licet in peccato mortali existat, excommunicatus, suspensus, seu officio, seu beneficio, & depositus, vel degradatus verbaliter, seu actualiter, schismaticus, hæreticus, vel ab aliquo vitio profano, conficit verum sacramentum, si debita intentione legitimam adhibet materiam formam. Ita habetur qu. 1. maxime à cap. Intra. Ita Theologia 4. d. 13. D. Thom. Rich. Sor. Ita Summistæ Euchar. Sylu. 3. Armil. nu. 15. Vict. nu. 90. Couar. 1. Resolut. cap. 10. num. 1. Catechism. Roman. pag. 28. Dixi solus, quia ex iure diuino nemini alteri concessa est hæc diuina potestas. Ita D. Thom. in suo mirabili hymno. Cuius officium communiti voluit solis presbyteris.

2 QVÆST. Estne opus, ut minister huius sacramenti illud conficiat in utraque specie panis, ac vini? RESP. Dico primum. Non est opus ex necessitate sacramenti. Enim verò si sacerdos consecret panem solum, vere sub specie-

bus panis, remanet Christi corpus. Similiter si consecretur solum vinum, sub speciebus vini, remanet Christi sanguis, & per concomitantiam, totus Christus. Quare consecratio sub speciebus ambabus, simul non requiritur, quo ad veram consecrationem. Probat Sor. in 4. d. 11. quaest. 2. art. 6. Dico secundum. Ex praecepto tam diuino, quam humano, tenetur consecrare simul utramque speciem panis, & vini. Ita sumitur ex ca. Comperimus. de consecr. d. 2. probat Sorus in 4. d. 11. quaest. 2. art. 6. & d. 12. quaest. 1. ar. 12. & de sacrificio missae lib. 4. cap. 22. & 23. Sylu. Eucharist. 1. quaest. 6. Hinc manifestè colligitur non posse summum Pontificem dispensare, ut altera specie deficiente, pane scilicet, aut vino, conficiatur hoc sacramentum in vna tantum earum. Ita respondit huic dubitationi Alexander Papa teste Armil. Euch. num. 20. Quem refert, ac sequitur Viual. ibid.

De dispositione, qua quis accedere debet
ad conficiendam, & recipiendam Di-
uinam Eucharistiam. §. 8.

1 Quae est dispositio requisita interior.

2 Quae est dispositio requisita exterior.

1 **Q**VAESTIO. Quae dispositione accedere quis debet hoc sacramentum, seu conficiendum, seu recipiendum?
R E S P. Duplici: interiori nimirum, & exteri-

ori:
2 **Q**VAEST. Quae est dispositio interior? R E S P. Gratia: ad hanc igitur obtinendam, qui conscientiam habet lethalis culpae, tenetur prius, quam accedat, confiteri data copia confessarij, & amoto pusillorum scandalo. Quae veritas adeo certa est, ut licet per reuelationem sciam, me esse in gratia, per veram contritionem, teneor adhuc, data copia confessarij, & amoto pusillorum scandalo, antea confiteri. Ita Theologi communiter Cano. *Relect. de poenitent. p. 4.* Sor. in 4. d. 17. & 18. quaest. 1. art. 4. Ita decernitur capit. De homine, de celebrat. miss. & in Concil. Trident. sessi. 73. cap. 7. can. 11. Notat Toletus lib. 2. ca. 1. Dixi, data copia confessarij, quae si non detur, & urgente necessitate debeam sacrum facere, vel diuinam Eucharistiam sumere,
si mo-

si moraliter ex penitudine mentis pro commissis, & proposito cauendi in posterum pro committendis peccatis colligam me esse contritum, vera contritione, quia doleo propter Deum seipsum offensum, quem summe diligere debebam, tuta conscientia possum celebrare, vel communicare. Ita Armil. *verb. communio*. Viet. *de Euchar.* numer. 74. Nau. & alij, colligitur ex Conc. Trid. *sessio* 17. *cap. 7*. Talis autem virgens necessitas celebrandi, non præmissa confessione ex defectu confessarij, non est pura deuotio, vt sibi persuasit Caiet. *verb. communio*, cum ijs quos citat, & Nauar. *cap. 21. num. 49*. Sed est graue scandalum subsequendum pusillorum existimantium suum Parochum, seu talem personam commississe culpam grauem, ob quam abstinere a communione. Dixi amoro scandalo, quia euenire poterit, vt præsentem confessario, scandalum suboriri possit, si celebraturus, vel communicaturus, apud illum peccatum commissum confiteatur. Sunt mille euentus, duos apponam ad explicatum mentis, commisit V. G. puella stuprum: grauius timere prouocandam deinceps ad libidinem a confessore sciente eam iam semel in carnis lapsum incidisse. Commisit celebraturus stuprum cum sorore confessarij præsentis, timet iram confessarij deinceps excitandam, mortem forsitan euenturam. Isti, & similes tenentur facere quod in se est, ad contritionem consequendam, & cum ea celebrare, vel communicare expectando, primam occasionem idonei confessarij. Item euenire poterit, vt si sacerdos celebraturus ante celebrationem confiteatur, oriatur in adstantibus scandalum. Euentum narro, quem vidi non semel, aut bis, sed septies. Pro suscepto beneficio in transmontana regione parochialis Ecclesie Dni. Petri Torri fluuij (sic oppidum appellant incolæ) agebat animarum curam, eramus tres sacerdotes, ipse ego, coadiutor meus, & alius, vnus nostrum ter, & quater in hebdomada crimina publicè expiabat, alter semel in mensi pro Deum immortalem! ea obtusa mentis hebetudo plures incolas opprimebat, vt ex sacramenti frequentatione, crebriorem animæ lapsum, ac maiorem peccatorum frequentiam colligerent. adeo, vt eam exprobrarent, & obijcerent sacerdoti.

2. QVÆST. *Quæ est dispositio exterior?* R E S P. Ieiunium. Debet enim sacrificaturus, vel suscepturus Eucharistiã accedere ieiunus. *cap. Liquido de consecr. dist. 2. can. de sacrament. ad. 1. de consec. D. Thom. 3. p. quæst. 80. art. 8. ieiunus, inquam, ieiunio naturali, ita vt nec per modum medicina, liceat aliquid sumere. Notat Tolet. lib. 2. cap. 1. nu. 3. Caietan. in Sum. verb. communio sacrament. Naua. cap. 21. numer. 15. Syluest. & Armil. verb. Euchar. catechism. Roman. p. 224. Quæ institutio ab Apostolis fuit introducta, vt constat ex Conc. Constantiens. sessi. 13. Ideo graue peccatum mortale committit, qui non ieiunus à media nocte Eucharistiã sumit. Vñus tamen Ecclesiæ obtinuit, vt infirmis, cum vrget necessitas communicandi, detur Eucharistia post cibum: quem vsus confirmat praxis in Hispania, & aliquando in Lusitania. Ieiunus tamen censendus est, qui inter abluendum os, saliuam guttula aliqua mistam deglutit. Item ille, qui casu reliquias ciborum inter dentes relictas, non per modum cibi intromisit, ita Card. Tol. (qui tamen latiori incedit via, apponit enim hæc verba. Dum non sit notabilis quantitas, vt videatur haustus) Vival. de Euchar. tit. de præpar. num. 9. Hinc excipiuntur aliqui euentus. Primus, incepit sacerdos missam oblitus cibi, quem sumperat, postea vero recordatur illius: tunc si ante consecrationem meminuit, & potest absque scandalo missam omittere, tenetur illam omittere: si vero non potest, persequatur, & sumat Eucharistiã. Ita Angel. Euchar. 2. §. 6. Syluest. Euchar. 2. §. 7. Tolet. lib. 2. cap. 1. Secundus cum sacerdos hauriendo calicem, inuenit se consecrasse aquam, vel acetum: tunc debet iterum apponere vinum, & aquam, & consecrare, & consecratas species consumere. Tertius, cum particula adhæreret calici, vel palato: infundendum est vinum in calice, aut in ore, siue aqua, & simul omnia deglutienda. Quartus, cum post sumptionem Eucharistiæ inuenit sacerdos in corporalibus, in patena reliquias sacramenti ante inceptas orationes, sed post sumptam abluentionem, eas sumpturus est: si vero eas inuenit post orationes, & in Ecclesia est sacrarium, in sacrario sunt reponendæ: si non est sacrarium, sunt consumendæ. Ita Caiet. verb. missa. & Tolet. lib. 2. cap. 1.*

De

1 Gratia est effectus huius sacramenti.

2 **Q**UESTIO. Quis est effectus sacramenti Eucharistiae?
RESP. Gratia. Datur illa in ipsa sumptione omnibus æqualis, siue sub vna, siue sub vtraque specie communicetur. Siue in maiori, siue in minori hostie quantitate. Ita D. Thom. 3. p. que 79. Scot. in 4. d. 11. quaest. art. 1. Sylu. Euch. 1. 4. numer. 3. Canif. de Eucharist. §. 9. Hanc gratia non negatur propter peccatum veniale: quoniam quam tale peccatum impedit gustum, & saporem huiusmodi sacramenti. Ita annotat Toler. lib. 2. cap. 28. numer. 8. Probabile etiam est hanc gratiam non impediri propter culpam mortalem, qua cum quis accedit ignoranter inuincibiliter existimans se perfecte peccauisse, & in gratia per confessionem præmissam, vel estimatam contritionem habitam, deficiente copia confessionis, cum tamen, re vera, solam habeat attritionem, & adhuc in peccato existat. Enim vero ignoranter inuincibiliter accedendo ad communionem, non peccat quod certi esse nequimus absque reuelatione de gratia, quam simul diuinæ placiti beneuolentiæ, iuxta illud Ecles. Nescit homo utrum amore, an odio dignus sit.

De speciebus Diuinæ Eucharistiae. §. 10.

- 1 An post consecrationem remanet panis, ac vinum.
- 2 An species consecrata habeant eundem effectum, ac haberent non consecrata.
- 3 De verme genito ex speciebus consecratis.
- 4 An maneat Christus sub speciebus consecratis.
- 5 An totus Christus maneat in hostia, & totus in calice.
- 6 Quamdiu remaneat Christus sub speciebus consecratis.

1 **Q**UESTIO. Quid post consecrationem remanet panis ac vinum? **R**ESP. Sola accidentia eiusdem panis ac vini: quæ quidem appellamus species consecrata. Substantia vero panis, ac vini, transubstantiata est in corpo-

corporis, & sanguinis substantiam Christi. Et ideo accidentia panis, ac vini in hoc sacramento mirabiliter remanent sine subiecto Ita decernitur *ca. firmiter. §. vna. de sit. Trinit. & fide cathol. Conc. Const. sessi. 8. Elem. vnic. de reliq. & ven. sancti. Floren. & Trid. sessi. 13. ca. 2. & 4. Tradit. Catec. Rom. pag. 146. Probat. D. Tho. 3. p. qu. 75. ar. 1. ibid. Caiet. Sot. in 4. d. 9. qu. 2. ar. 2. & d. 10. qu. 2. ar. 1.*

2 QVÆST. Habentne species consecrate eundem effectum, quem naturaliter haberent, si propria substantia panis, ac vini remanerent? RESP. Habent. ideo nutriunt Ita Gloss. Trib. de conf. d. 2. Probat Viet. de Euch. nu. 62. & 74. Sot. in 4. d. 10. qu. 2. ar. 6. Ideo cor lætificant: imo species calicis, à iudicio, si in magna quantitate hauriantur, deturbant. Ita citati Auctores, & D. Thom. 3. p. qu. 77. ar. 5. & 6.

3 QVÆST. Quando in speciebus consecratis generatur vermis, generaturne ex ipsis accidentibus, ita ut vermis forma introducatur in ipsa accidentia, an ex substantia aliqua, ita ut forma vermis introducatur in veram materiam primam? RESP. Quamquam mea non interest in examine Moralis Theologiæ, Philosophiæ metas attingere, respondebo, siquidem cõpulist. Dico igitur generari illum vermẽ ex vera substantia, ita, ut ex vi dispositionũ naturalium existierunt in ipsis speciebus consecratis, etuatur forma vermis, & in veram substantiam materiæ primæ introducatur, instar aliarum generationum naturalium. Quæ quidem materia prima, non est panis, ac vini consecrati, iterum reddita, ut existimavit Innoc. II. lib. 4. ca. 11. de sacr. altar. Alex. 4. p. qu. 40. nu. 2. ar. 4. D. Tho. in 4. d. 12. art. 2. qu. 1. Sed est alia noua substantia, nouaq; materia à Deo denuo creata. Ita Sot. in 4. d. 10. qu. 2. ar. 1. lateq; nostrã probat conclusionẽ.

4 QVÆST. Remanetne sub speciebus consecratis Christus Dominus? RESP. Remanet. De fide est definitum in Con. Eph. & Late sub Inno. II. Ca. 1. Constant. sessi. 7. Trident. sessi. 13. Cap. 3. can. 1. & sessi. 21. Modus vero essendi, in speciebus consecratis est indefinitus, hoc est, remanet totus in totis, & totus in qualibet parte specierum. Ita D. Tho. 3. p. qu. 76. ar. 2. Sot. in 4. d. 10. qu. 1. ar. 3. probatque per *tex. ca. Vbi pars de consec. d. 2.* Ideo diuisis speciebus, remanet Christus sub vnâquaque diuisione, est de fide. Rem explicuit eleganter D. Thom. in suo Hymno. *Fractio de-*

de-

demum sacramento ne vacilles, sed memento tantum esse
fragmento quantum toto tegitur.

5 **QVAEST.** *Contineturne totus Christus in hostia, & in calice, ita ut in hostia sit sanguis, & in Calice sit corpus.* **RES P.** Ita procul dubio de fide afferendum. Ratio est quia Christus Dominus est in hoc sacramento vivus corpus autem vivum, non est sine sanguine, nec sanguis, sine corpore. Et ita per concomitantiam, totus Christus, & tota divinitas Christi, est tam in specie panis, quàm in speciebus vini. Verum quid est ex verbis consecrationis corpus tantum esse in hostia, sanguinem in calice.

6 **QVAEST.** *Quamdiu post consecrationem, remanet Christus sub speciebus consecratis?* **RES P.** Tamdiu, quamdiu naturaliter remanet substantia panis, ac vini, si adhuc esset. Ideo si accedat contrarium agens, quod, si ibi esset substantia panis, ac vini, eam naturaliter expelleret, adducendo novam formam, in præiacentem materiam contrarias dispositiones formæ panis ac vini, accidens ipsa corrumpit, & Christus ibi esse desinit naturaliter. Ac proinde tamdiu sub his speciebus Christus remanet, quamdiu accidentia non corrumpuntur. Ita decretum in Concil. Trident. se. 1. can. 4. tenuit. *Glos. ca. Si per negligentiam, de consecr. d. 2. verb. in terram.* Probat Soc. 1. d. 1. quest. 2. articul. 8. concl. 4. Tolet. lib. 2. cap. 29.

CAPVT V.

De sacrificio Missæ.

De nomine, & Auctore missæ. §. 1.

1 *Quid est Missa.*

2 *Qua certitudine habemus Missam esse legis novæ sacrificium.*

3 *Quis Missam instituit.*

1 **QVAESTIO.** *Quoniam Eucharistia sacramentum, & sacrificio missæ conficitur, oportunitas exigit loci, ut ad sacrificium*

sacramenti tractationem sacrificij rogationes iungamus *Roga igitur quid est missa?* R E S P. Est legis gratiæ sacrificium, perfectionem omnium veterum Naturæ, scriptæ ve legis sacrificiorum continens, veluti eorum omnium recapitulatio, sicuti sacramentum Eucharistiæ miraculum miraculorum, seu memoria omnium mirabilium, vt cum regio Psalte loquar, in quo Christi seruatoris passio repræsentatur. Concil. Trid. *sessi. 2. can. 2.* & sequentibus. Nam sacerdos celebrans, Christum Dominum figurat, Sacræ, quas induit vestes, vestes, quibus Christus in passione fuit indutus, repræsentant. Amictus enim significat velum, quo velata facie rex fuit acclamatus, & liberius ab inimicis percussus. *Aue Rex Iudaorum, prophetiza nobis, quis est, qui te percussit.* Matth. 26. Luc. 22. Ita Franciscus Anton. *lib. 1. cap. 11.* Alba significat candidam vestem, qua illum lusit Herodes *Luc. 23.* tanquam insanum cum exercitu suo. Ita Franciscus Anton. *lib. 1. cap. 12.* Cingulum significat funem, quo ad columnam fuit astrictus. Stola significat funem, quo ad Caluariæ locum ductus fuit. Ita Franciscus Anton. *lib. 1. capit. 13. 14. 15.* Casula significat coccineam vestem, qua eum coopertum populo Pilatus ostendit, dicendo: *Ecce homo, vociferantibus cunctis: Tolle, tolle crucifige eum.* Altare Crucem. Has significaciones apponit Tolet. *lib. 2. cap. 2. num. 6.* Calix significat sepulchrum. Patena lapidem superpositum. Ita idem Toletus.

2 *QVÆST* *Qua certitudine tenendum est, missam esse legis nouæ sacrificium?* R E S P. Certitudine fidei, & oppositum asserere, est hæreticum. Ita enim sensit Ecclesia ab initio sui ortus, tenuit, confessa est, docuit, & prædicauit. Deceuit in Con 12. Toletan. *cap. 5.* Et Lateran. sub Innocentio III. *Can 3.* & in Synodo generali. *c. 22. suor. decret* Et in Ephesin. *in Epist. ad Nestor.* & in Trid. *sessi 22. can. 1. 2. & 3. & 4.* Verba autem Concilij sunt hæc: *Si quis dixerit in missa non offerri Deo verum & proprium sacrificiū, aut quod offerri non sit aliud, quam nobis Christum ad manducandum dari, anathema sit.*

3 *QVÆST* *Quis missam instituit?* R E S P. Christus Dominus, in vltima cœna, in qua nobis corpus suum reliquit, & sanguinem sub speciebus panis & vini, offerens
Medull. Casuum. H h se P.

se Patri tunc cruentum sacrificium, ut latè probat
uar. ca. solent. d. 1. de consec. & in Enchir. de orat. cap. 3. m.
44. Ordo vero celebrandi, iam inde ab Apostolis dicitur
pauit, ut habetur cap. Iacobus. dist. 1. de consec. & Conc.
Trid. sessi. 22. cap. 1. & 2. & sessi. 23. cap. 1.

De effectu, & valore huius sacri-
ficii. §. 2.

- 1 Quotuplex est fructus huius sacrificii.
- 2 Quotuplex est valor Missæ.
- 3 Quibus communicatur valor Missæ.
- 4 An possit valor Missæ alteri communicari.
- 5 An tantum prosit Missa mali quam boni sacer-
tis.
- 6 An valor Missæ crescat ex maiori numero circum-
stantium.
- 7 An Missa plus prosit oblata pro vno, quam pro
tis.

1 **Q**UÆSTIO. Quotuplex est effectus, seu potius fructus
huius sacrificii? RESP. Quadruplex: nam quatuor
pliciter considerari potest huiusmodi sacrificium,
vimirum, ut est propitiatorium, ut est expiatorium,
ut est satisfactorium, ut est interpretatorium. Ut est
propitiatorium, offertur pro peccatorum venia, & illam
consequitur, obtinendo à Deo auxilium, ad actum
contritionis, & ex consequenti gratiam, qua ex impro-
bitate fit, & sanctificationem. Ut est expiatorium, venialia
peccata delet, in eo, qui est in gratia. Ut est satisfactorium,
remittit poenitentias pro culpis debitas iam remissis. Ut est
interpretatorium, consequitur à Deo beneficia, tam spiritualia
quam temporalia. Ita communiter Doctores
sentent.

2 **Q**UÆSTIO. Quotuplex est valor missæ? RESP. Duplex
ex opere scilicet, operato, & ex opere operantis (sic
dicunt Theologi) valor ex opere operato, datur ex
præcisa sacrificii oblata. Valor ex opere operantis, confertur
ex vi dispositionum, deuotionis nempe, offerentium
& eorum, pro quibus offertur. Valor ex opere operato
semper

semper est æqualis, quoniam semper offertur idem sacrificium. Valor ex opere operantis est maior, aut minor, iuxta offerentium, & eorum, pro quibus offertur, dispositionem; quæ plurius minorive, à Deo æstimatur.

3 QVÆST. *Quibus communicatur huiusmodi valor?* RESP. In primis omnibus Christi fidelibus, nam pro ijs omnibus ex intentione Ecclesiæ Deo mittitur. Deinde prodest ei, pro quo offertur. Tertio prodest ei, qui illud offert. Ita Scot. *quodlib.* 20 ibique appellat priorem valorem generalem, secundum medium, tertium specialem; potius ipse (pace dixerim tanti vtri) secundum appellationem specialem, quoniam specialiter confertur vni, aut pluribus, pro quibus specialiter offertur, tertium personalem, quia personæ sacrificantis donatur, nuncuparem; alij iudicent.

4 QVÆST. *Potestne quisquam alteri communicare valorem missæ, aut generalem, aut specialem, aut medium?* RESP. Potest. Ita Navar. cum communi *capit.* 25. Probat satis abundè euentus ille, quem narrat Æneas Sylvius *in sua orbis descriptione*, qui postea Summus Pontifex factus, Pius secundus nuncupatus est. Erat vir nobilis in Styria prouincia Belgicorum: hic grauius à damone impellebatur, vt ad fugiendas vitæ arumnas, laqueo se suspenderet, adiit ille confessorium, mentis fugiam, & hostis insidias detegit, admonuit hominem confessorius, vt quotidie sacrum audiret, & se securum, ritumque crederet, acquieuit ille consilio, capellanum in domum recepit, rem sacram quotidie audiebat: accidit quadam die, vt capellanus non adesset, equum ascendit, cursum pergit ad pagum, vbi res diuina fiebat, inuenit subrusticanum hominem, quæsiuit, an iam dicta esset missa, affirmat rusticus, impletur mœrore nobilis vir, cur rogauit rusticus, tanto mœrore conficeris, quia, dixit, sacrum non audiui hodie, ego reddidit rusticus, tibi missæ, qui mihi contigit, valorem liberaliter impercio; exhilarauit nobilem virum donum sacrum, pergit viam, vt ante diuinum sacramentum altaris fundat preces, fuis ijs, reuertitur, mirum auditu, inuenit rusticum eodem in loco laqueo suspensum.

5 *QVÆST. Prodestne tantū sacrificium mali, quam boni sacerdotis?* *RESP.* Duo consideranda sunt in hoc sacrificio primum ipsa hostia oblata, qui est Christus Dominus, sicuti in ara crucis, semel fuit oblatus Patri. Secundum, orationes, & deprecationes. Rursus orationes ad huc considerandæ sunt, vel, ut funduntur à sacerdote, vel ab Ecclesiæ ministro eiusdem Ecclesiæ nomine suscipiuntur, vel, ut à particulari persona demittuntur. Dico igitur primum. Missa, ut est sacrificium & orationes, ut à sacerdote tanquam ab Ecclesiæ ministro funduntur, non minus ipsius Ecclesiæ, tantum valent, si mittantur per malum quam per bonum sacerdotem. Ratio est, quia donum oblatum, semper est idem; & accipiens attendit ad donum, non ad ferentem illud. Dico secundum. Missa, & orationes, pro ut à particulari persona funduntur, non valent suscipi à bono, quam à malo sacerdote. Ita D. Thom. 3. p. quest. 82. ar. 6. quem omnes sequuntur. Quoniam vero sacerdos non tantum nomine Ecclesiæ offerre debet, sed etiam nomine suo, simpliciter dicendum est, plus valere missam boni, quam mali sacerdotis.

6 *QVÆST. Accrescitne valor missæ ex circumstantiis?* *RESP.* Affirmat Victoria in sum. tit. de Eucha. his verbis. Regulariter maioris valoris est missa dicta ubi sunt multi quam ubi sunt pauci, quoniam circumstantes etiam offerunt, sicut in canone dicit sacerdos, pro omnibus circumstantibus, qui tibi offerunt.

7 *QVÆST. Cum sacerdos offert pro multis, prodestne tantum singulis, quantum si pro uno solum offerretur?* *RESP.* Affirmat Caiet. quodlib. 1. qu. 18. et 3. p. que. 79. ar. 1. Ratio eius est, quia valor sacrificij circa personam, pro qua offertur, pendet ex illius dispositione, dispositio vero unus, non pendet à dispositione alterius, & ideo tantum mihi prodest, quantum si pro me solum offerretur. Eadem opinionem latè prosequitur Beia cas. 12. verumtamen ex alio fundamento, nimirum ex re oblata, quæ cum infiniti valoris sit, scilicet Christus, æqualiter offertur pluribus, quam ab uno solo, citatq; Can. li. 52. de loc. Theor. capit. 13. ad finem. Negat tamen communis sententia, quæ tradit Scot. quodlib. 29. ex opposito fundamento, quia per

tio gratiæ, & portio satisfactionis in hoc sacrificio collata ex opere operato ei, pro quo offertur, est finita, & à Deo certe determinata, ideo minor peruenit ad plures, quam perueniret ad vnum tantum, Scorum sequitur Nau. de orat. cap. num. 77. & ca. visum. de consec. d. 1. & cap. non mediocriter. de coniec. d. 5.

De ijs, pro quibus licet sacrificium missæ offerre. §. 3.

2 Pro quibus licet Missam offerre.

2 An prosit Missa animabus Purgatorijs.

3 An possit Missa offerri pro paruulis defunctis.

4 Vnde constet Missam prodesse viujs.

5 An defunctis magis prosit Missa de Requiem.

1 **Q**VAESTIO. Pro quibus licet Missam celebrare? **R**ESP. Tam pro viujs, quam pro defunctis, qui in gratia à vita decesserunt, & in purgatorijs flammis detinentur ad expiationem.

2 **Q**VAEST. Prodest ergo sacrificium missæ animabus in Purgatorio detentis? **R**ESP. Prodest. Constat id ex pluribus historijs, quas referunt D. Gregor. libr. 4. Dial. g. ca. 5. D. Anton 2. p. rit. 18. Pet. Damian. epistol. ad Desider. Abbat. al. j. q.æ plures, quos refert Franc. Anson. libr. 3. cap. 17.

3 **Q**VAEST. Licetne celebrare pro paruulis defunctis? **R**ESP. Licet. Ita D. Thom. in 4. d. 13. non quidem, vt prosit ad remissionem culpæ, vel augmentum gratiæ, sed ad solamen viuorum, & ad ostendendum tales paruulos ad unitatem mystici Christi corpus pertinere. Tum maxime ad commendandum redemptionis mysterium in hoc sacrificio figuratum, per quod paruuli sine proprio merito, æternam salutem consequuntur. Recte tamen admonet scrutinium tract. de missa cum Petro de Palude, quem refert tunc dicendam esse missam pro omnibus defunctis.

4 **Q**VAEST. Teneſne memoriter aliquam historiam, ex qua constet sacrum prodesse viujs? **R**ESP. Teneo. Refert D. Greg. li. 3. Dialo. ca. 6. rem memoratu dignissimam. Fiebat sacrum pro quodam captiuo, qui existimabatur mortuus, mirum

dictu, eo die frangebantur compedes, & liber incedebat. Refert Beda lib. hist. Angl. ca. 22. simile scitu meritisimum. Erat apud hostes captus quidam, faciebat loci pro illius libertate singulis diebus eius frater, mirum dictu, nauquam potuit vinculis detineri a domino. tuncquam enim alius Sampson vincula infringebat.

§ QVÆST. Prodestne defunctis magis missa de Requiem quam alia? R. ESP. Minime quidem ex parte sacrificij, et enim idem: maxime vero ex parte orationum, quibus ijs peculiariter deprecatur pro animæ liberatione.

De ministro huius sacrificij. §. 8.

- 1 Quis est missæ minister.
- 2 Quis primus celebravit Pontificali apparatu.
- 3 An liceat sacerdoti omnino abstinere à celebrando.
- 4 Quod peccatum erit omnino abstinere à celebrando.
- 5 An sacerdos possit absque ministro celebrare.
- 6 Quod erit peccatum celebrare sine ministro.
- 7 An foemina possit Missæ ministrare.
- 8 An ratione præcepti obligantis ad sacrum audiendum, possit sacerdos sine ministro celebrare.
- 9 An urgente necessitate pro communicando vicino morti vicino possit sacerdos celebrare sine ministro.
- 10 An monialis possit Missæ respondere.
- 11 An ex deuotione & reuerentia possit sacerdos per totam vitam abstinere à celebrando.
- 12 Anteneatur sacerdos recitare ante missam officium matutinum.

§ QVÆST. 10. Quis est minister huius sacrificij? R. ESP. Solus sacerdos. cap. 1. de consec. Ratio est, quia in hoc sacrificio, conficitur sacramentum Eucharistiæ: minister verò Eucharistiæ sacramenti, solus est sacerdos.

2 QVÆST. Quis primus celebravit Pontificali apparatu? R. ESP. D. Petrus Antiochia. Ita D. Anto. 1. p. tit. 6. ca. 8. intelligi.

intelligens Hugonem Victorin. li. 2. de sac. p. 8. cap. vlt.

3 QVÆST. Licetne sacerdoti omnino abstinere à celebratione? RES P. Minime. Ita D. Tho. 3. p. qu. 83. ar. 10. videtur enim præceptum Christi Domini, præcipientis: *Hoc facite in meam commemorationem. Luc. 22.* Et D. Pauli exhortatio. 2. Corint. 6. *Hortamur vos, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis.*

4 QVÆST. Quod peccatum erit abstinere omnino à celebratione, ne causa? RES P. Indecoram reliquit quaestionem. D. Tho. p. qu. 83. ar. 10. Maior, & Durand. quos refert Vict. citato loco, aiunt peccare mortaliter huiusmodi sacerdotē. Pro ijs videtur facere cap. *Dolentes. de celeb. Missar.* vbi reprehenduntur vehementer, qui quater tantum in anno celebrant. Eos sequitur Nau. ca. 25. sum. adducitq; pro sua sententia Richar. in 4. d. 13. ar. 12. Oppositum asseruit Caict. 3. p. qu. 82. quem sequitur Vict. in sum. tit. de Euchar. dicens citatis locis, non contineri præceptū, sed consilium. Con. tamen Trid. sess. 13. ca. 14. iubet Episcopis, vt curēt, quod presbyteri, saltem dominicis, & festis diebus sacrificent, sed hoc præceptum disuetudine est abrogatum.

5 QVÆST. Potestne sacerdos solus celebrare? RES P. Minime, sed indiget ministrante. ca. *Quasiuit. de verb. signif. & d. i. de consec. ca. Vt illud de correc. Conc. Tol. d. i. lib. ca. 14. & in can. Illud 7. qu. i. ca. Hoc quoque de consec. dist. 1.*

6 QVÆST. Eruntne graue peccatum celebrare sine ministrante? RES P. Graue. Ita Franc. Anton. libr. i. de missa cap. 17.

7 QVÆST. Potestne foemina ministrare sacerdoti sacrificanti? RES P. Minime. Ita prohibetur in conc. Magunt. in cap. 1. de cohabit. cler. & mulier. & asserunt communiters Doctores.

8 QVÆST. Non est, qui celebranti sacerdoti inferuiat, vrget tamen dies festus, & obligatio audiendi sacrum, poteritne tunc sacerdos celebrare sine ministrante? RES P. Minime. Ita Franc. Anton. libr. i. de miss. cap. 17. Ratio est, quia cum ambo præcepta sint Ecclesiastica, maius derogat minori.

9 QVÆST. Non est, qui a diuuet, vrget tamen necessitas iaciendi sacrum (quia non est confectum sacramentum) pro communicando infirmo, poteritne tunc celebrare sacer-

dos solus? R E S P. Poterit, ipseque sibi eidem respondere & inseruire. Ita Sor. in 4. d. 13. quest. 2. art. 5 ad 12. Suar. 1. p. disp. 86. sect. 1. Ratio est, quia præceptum ecclesiasticum non potest derogare præcepto diuino.

10 QVÆST. Quid censes de moniali, poteritne respondere sacerdoti ministranti, deficiente alio ministro, qui respondet? R E S P. Poterit ex cratibus, cum altare in æquâ distantia. Ita obtinuit monialium priuilegium test. Henríquez. 2. tom. lib. 9. cap. 30. num. 1. & Rodr. in sum. de missa.

11 QVÆST. Licetne ratione deuotionis, & reuerentia sacerdoti, abstinere per totam uitam à faciendo sacro? R E S P. Affirmat Rodericus, adducitque exemplum D. Martini de quo fertur, sibi præcidisse pollicem, ne habilis esset ad accipiendum sacramentum manibus.

12 QVÆST. Teneturne sacerdos recitare matutinum missam? R E S P. Tenetur. Non tamen sub mortali; præcepto vigente aliqua causa. Ita Sylu. missa. 1. §. 6. Sor. in 4. d. 13. quest. 2. art. 2. Tolet. lib. 2. cap. 1. num. 7.

In quibus diebus prohibetur sacerdos celebrare. § 5.

- 1 An liceat celebrare singulis diebus.
- 2 An liceat celebrare sabbatho maioris hebdomadae.
- 3 An possit Episcopus concedere facultatem celebrandi his diebus.
- 4 Quod peccatum est celebrare his diebus.

1 QVÆSTIO. Licetne singulis diebus celebrare? R E S P. Minime quidem in sexta feria maioris hebdomadae: quia cum missa sit quædam passionis Domini repræsentatio, ipsa tunc dies in qua Christus passus est, satis illam repræsentat, ut adnotauit Seru. tractat. de sacr. miss. Item sabbatho sancto maioris hebdomadae. cap. Sacro. de consecratione. d. 3.

2 QVÆST. Occurrit in sabbatho sancto dies festus, quid tunc? R E S P. Tunc quisque sacerdos celebrare potest. Ita Sor. in 4. d. 13. quest. 2. art. 2. Suar. 3. p. qu. 83. disp. 8. sect. 1. quæ sequuntur teste Nau. oēs moderni, aiuntque prohibitionē faciendi sacrum, tolli per obligationē audiendi illud.

3 QVÆST.

3 QVÆST. Poteritne Episcopus facultatem dare sacerdoti, ut istis diebus celebret? R E S P. Poterit. Ita citati Doctores.

4 QVÆST. Quod peccatum committit, qui istis diebus celebraverit absq; licentia Episcopi? R E S P. Mortale. iuxta Sot. in 4. d. 13. q. 2. ar. 2. & Nau. c. 25. n. 88. & Suar. cum alijs, quos refert p. q. 83. ar. 2. disp. 80. sect. 2. Oppositum tamen, amoro contemptu, tenet Eman. in sum. verb. missa cum suo Gutierrez q. in can. num 36.

Quoties tenetur sacerdos celebrare in anno. §. 6.

1 QVÆSTIO. Quoties tenetur Sacerdos non impeditus, celebrare in anno? R E S P. Dico primum. Tenetur saltem diebus festis quatuor Pascharum. Ita c. Dolentes. de celeb. mis. Ita D. Tho 3. p. q. 82. art. 10. Dur. & Palud. in 4. d. 13. q. 2. & oppositum facere est peccatum mortale. Ita. Card. Tolet. li. 2. c. 2. Dico secundum. Tenetur Curatus celebrare omnibus diebus, quibus populus tenetur audire sacrum, nisi loco suo alium subsistat. Ita Card. Tolet. lib. 2. c. 2.

Quoties in die licet celebrare. §. 7.

- 1 An licuerit in die pluries celebrare.
- 2 An modo liceat in die pluries celebrare.
- 3 An liceat in die natalis Domini, tres missas celebrare noctu.
- 4 Quæ missa è tribus dicenda, cum vna tantum dicenda sit.
- 5 An detur euentus, in quo liceat duas vel tres missas in die dicere.

1 QVÆSTIO. Licetne pluries in die celebrare? R E S P. Minime. Ita prohibetur c. Consulisti. c. Referente. de celeb. mis. c. sufficit. de consec. d. 2. & oppositum facere, non esset deo, sed graue peccatum mortale, contra Ecclesiæ præceptum. Ita Tol. lib. 2. c. 3. nu. 4. Olim hæc in re habebantur multæ exceptiones, quas late profequitur Viet. in sum. tit. de Euch. nu. 96. & ideo ijs su-

persedeo referendis: sunt enim iam per dissuetudinē abrogata: seruandus tamen regionum mos (dummodo sacerdos sit ieiunus) iuxta priuilegia earum, de quibus late Roder. in sum. cap. 245. nu. 5.

2. **QVAEST.** *Admittitne adhuc usus uniuersalis Ecclesie plurimatē missarum in eadem die, ab eodem sacerdote?* **RES.** Admittit, in die, scilicet Natalitiarum Christi Domini, tunc enim licet tres missas celebrare. Ita ca. *Consuluit de celeb. miss.* Enim uerò significationes eleganter prosequitur Tol. lib. 2. cap. 3.

3. **QVAEST.** *Lucerne tunc, eas omnes tres celebrare missas?* **RES.** Iuxta communem opinionem minime. Sed prima dici potest statim post mediæ noctis punctum tractatum, usque ad auroram. Secunda uerò non illucelente die, usque ad meridiem. Tertia post dictam statim secundam. Ita Palud. in 4. d. 12. qu. 1. ar. 4. Ant. 3. p. tit. 13. cap. 6. §. 5. & Sor. in 4. d. 13. qu. 2. Turr. ca. *sufficit. de consec. d. 1.* Durand in *Rationali. libr. 4. cap. 1.* Nau. in *man. cap. 25. num. 87.* Huic communi placito circa missas priuatas se opposuit Suar. 3. p. quest. 39. disp. 8. sect. 4. atque communem opinionem intelligendam esse circa missas capitulares, seu ut ita appellemus maiores Ecclesiarum, tota ratio eius est, quia non est textus id prohibens, aut contrarium iubens.

4. **QVAEST.** *Quæro ulterius. Non patitur infirmitas sacerdotis omnes tres missas celebrare, quam ex ijs dicturus est?* **RES.** Iuxta tempus in quo celebrat. At tamen Suar. etiam noctu posse dici missam diei, si id postulet deuotio, quia licet præfatio referat hanc sacratissimam diem, uel noctem, a media nocte incipit dies. Ita loco allegato.

5. **QVAEST.** *Admittitne adhuc communis Doctorum sensus euentum, ob quem liceat in die pluries celebrare?* **RES.** Admittit, nimirum, quando Ecclesia est exigua, & populi magna confluxit multitudo, cuius pars bona, sacrum non audiret, si semel tantum celebraretur. Ita Suar. 3. p. quest. 8. artic. 2. cum Durand. libro 2. de ritib. Eccles. ca. 7. qui pro se refert Leonem Papam episto. 81. ad Discer. Oppositum tenuit Roder. in *Sum. cap. 246.* Illius ratio est, quia aliter subuenire poterit huic necessitati sacerdos, nimirum celebrando ad ostium sacelli in altari portatili super

aram sacram, vt fieri potest iuxta Nau. & Guter, quos citat. Deinde quia tam exiguum poterit esse sacellum & tanta hominum multitudo, vt licet septies celebretur, & pluries septies, non omnes audiant sacram.

Quando tenetur sub mortali celebrare. § 8.

- 1 In quo euentu tenetur simplex sacerdos celebrare.
- 2 An teneatur ratione praecepti audiendi sacram.
- 3 An liceat aliquando consecrare extra sacram.

1 **Q**VAESTIO. Estne in aliquo euentu simplex sacerdos obligatus ad faciendum sacram? **R**ESP. Maxime, nimirum cum adest festum, & non est alius sacerdos, qui celebret. Sequeretur enim magnum scandalum, nisi id excusaret infirmitas. Ita Roder. in sum. cap. 246. n. 6.

2 **Q**VAEST. Maior oritur dubitatio, verum ratione praecepti audiendi sacram teneatur simplex sacerdos facere sacram, vt ipse satisfaciat huic praecepto? **R**ESP. Videtur affirmare Roder. 246. num. 6. cit. Oppositum tamen sentio verum ex vi praecepti solius, quoniam illo tantum obligamur audire, non facere sacram, si sit copia, & facultas audiendi.

3 **Q**VAEST. Licetne aliquando consecrare extra missam? **R**ESP. Afferit Maior in 1. d. 9. q. 3. arr. 5. cui fauet Sor. d. 1. q. 1. ad communicandum seipsum, cum est morti proximus, vel alium in eodem articulo, neque tempus est faciendi sacram. Negandum tamen cum Vict. de Euch. n. 73. cum Palud. disp. 9. probat Nau. ca. 2. num. 53. Habetur expresse ca. Comperim. de consec. dist. 5.

De stipendio pro faciendo sacro. § 9.

- 1 An liceat stipendium accipere pro missa.
- 2 Quod est iustum stipendium pro missa.
- 3 An liceat pro vna missa plura accipere stipendia.
- 4 An liceat acceptatas missas differre.
- 5 An liceat missas anticipare.
- 6 De eo, qui transfert missas acceptatas, cum minori stipendio quam accepit.

6 De eo, qui suscipit eleemosynas pro missis dicendis in certa Ecclesia.

1 **Q**UÆSTIO. Licetne sacerdotibus stipendium accipi pro faciendo sacro? **RESP.** Dupliciter offerri potest sacerdoti pecunia, pro faciendo sacro; primum, ut eleemosyna Deo, illiusque ministro erogata. Atque de hoc nulla suboriri potest dubitatio vel scrupulus in dōdo, & accipiendo: Secundo, ut temporale stipendium oblatum ministro pro ministrando. Atque in hac cōsideratione etiam verissima est pars affirmans, quoniam iustū est, ut qui altari seruit, de altari viuat. Imo certū esse posse ab Episcopis taxari tale congruū stipendium, precipereque sub excommunicationis pœna, ne maius extorqueant. Ita Cord. li. 1. q. 4. dub. 4. Aragon. 2. 2. q. 85. ar. 1. cōtra Sot. lib. 9. Iust. q. 3. ar. 1. ad 2. & Nau. c. 2. n. 10. quos etiam improbat Eman. in sum. c. 249. num. 4.

2 **Q**UÆST. Quod erit iustum, & congruum stipendium durnum sacerdotum, pro faciendo sacro? **RESP.** Quo se, & familiam honeste alere possint. Ita Rodericus cap. 249. num. 4. Hæc autem honesta alimonia iudicanda est arbitrio prudentis viri pro loci, & temporis varietate. Honestè dixi, non laute, & opipare, sed instar honestorum pauperum. Ita D. Tho. 3. p. q. 19. ar. 5. & Cater. to. 2. Opusc. tract. 83. q. 2. Sylu. mis. 1. q. 4. Armil. & Angel. verb. mis. 1. Cano. de loc. Theol. li. 1. ca. 13. ad finem, Samarit. 3. p. The. saur tit. de virt. & utilit. mis. f. 43. quos refert Beia cap. 12.

3 **Q**UÆST. Dederunt plures eleemosynas, stipendiæ tenent, qua non sunt satis ad alendum honestum sacerdotem cum famulo, potestne talis sacerdos pro his unum sacrificium offerre? **RESP.** Affirmant Sot. 9. Iust. q. 3. ar. 1. & in 4. d. 13. q. 1. Hæcal. Opusc. de val. mis. Tabien. 6. restitutio. §. vlt. Cano. de loc. lib. 18. cap. 13. Pet. Sot. de Euch. lect. 7. contra Nauar. c. 25. n. 92. & 93. probat rationibus Beia casu. 12.

4 **Q**UÆST. Quid censes de dilatione missarum, pro quibus iam sacerdos stipendia accepit? **RESP.** Qui nimia negligentia missarum sacrificia suæ curæ commissa notabiliter differt, peccat mortaliter. Ita Nau. capit. 2. de rest. num.

367. & Rod in sum. ca. 249. num. 7. Ratio est, quia vel sacrificium offertur pro aliqua necessitate corporali, spiritualiue: vel pro anima in purgatorio detenta: si pro necessitate, transacta oportunitate, & occasione, non consequitur effectus, qui quidem à Deo obtineri desideratur, & quidem obtineretur, si sacrificium offerretur. Si vero pro anima, patitur illa ex tali dilatione graue detrimentum detentionis in pœna, à qua liberaretur, si missa pro illa offerretur. Aduertunt tamen iidem Doctores posse sacerdotem, qui eleemosynis vitam alit, acceptare plures missas eo in numero, vt habeat ad celebrandum quotidie, aliter carerent missis, & ex consequenti eleemosynis.

5 QVAEST. *Quid censes de anticipatione missarum?* RESP. Dico primum. Qui pro aliqua capella, vel obligatione simili, imo & deuotione alicuius personæ, tenetur certis diebus celebrare, potest illas missas prius dicere, vt ita liber maneat, ad dicendas alias, si noua eleemosyna occurrat. Ita Cord. lib. 1. quest. 94. dub. 6. & Emanuel *ubi proxime*. Crediderim tamen loquendum esse hac in re cum distinctione. Nam vel illa missa iubetur offerri pro defunctis, vel pro viujs: si pro defunctis, verissima est, quia anticipata solutio semper laudatur, & anima illa eo citius liberabitur à pœna, quo citius pro ea satisfit. Si tamen pro viujs, minimè sane: quia oblatum sacrificium pro viujs, saepe offertur, vt Deus succurrat præsentibus necessitatibus corporalibus spiritualibusue, quæ quotidie suboriuntur, saepe etiam offertur pro satisfactione debitæ pœnæ: si vero tota pœna iam sit remissa, satisfactio deinceps pro ea oblata ex vi sacrificiorum, non illi animæ, sed thesauro Ecclesiæ reservatur; ergo non satis fit intentioni iubentis sacrificare pro viujs status diebus, per anticipata sacrificia. Dico secundum, pauper sacerdos qui pro hac die non habet eleemosynam pro missa celebranda, potest missam celebrare, & statim illam applicare primo offerenti eleemosynam, quem Deus scit futurum primum. Ita Nauar. quem refert, & sequitur Emanuel. in sum. ca. 249. num. 9. cum Aragonio 2. quest. 8. art. 3. pag. 927. Henric. tom. 1. lib. 9. cap. 21. num. 2. affirmans eiusdem esse opinionis Theologos, & iuris canonici peritos

ritos Salmanticenses. Ratio est, quia futura, Deo sine presentia, in puncto aeternitatis respondenti omnibus temporis differentijs. indivisibiliter ac primus offerat futurus Deo est presentis.

6 QVÆST. Quid censet de sacerdote, qui plures elemosinas suscipit pro pluribus faciendis missis, & postea easdem missas alij committit, tribuens minorem elemosynam ea, quam accepit tanquam dicturas eas? RESP. arbitror peccare iuxta quantitatem retentæ pecuniæ. Ita Eman. in *sim.* c. 24. n. 9. Ratio est, quia pecuniam retinet invito domino totam per fraudem.

7 QVÆST. Est aliquis sine laicus, sine clericus, qui ex officio accipit elemosynas pro faciendis postea sacris per alios sacerdotes, potestne iste sibi retinere maiorem partem elemosynæ quam ea sit, pro qua ipse curabit, ut sacrum fiat. Sicuti potest fieri in domibus 8. Virginis à populo frequentatis? RESP. Potest pro suo labore, iuxta consuetudinem toleratam. Ita Str. 9. *Iust.* q. 3. ar. 1. *Nav.* cap. 25. nu. 91. §. 24. *Henric.* lib. 9. cap. 2. c. 22. quos affert. Ratio, quoniam tunc ita velle videtur devoti, qui elemosynas relinquunt pro faciendis sacro ijs absentibus.

De loco, ubi celebrare licet. §. 10.

1 Vbi licet celebrare.

2 Quando licet celebrare in loco non sacro.

3 In qua Ecclesia prohibetur celebrari.

1 QVÆSTIO. Vbi licet celebrare? RESP. Non nisi in loco sacro, hoc est, per Episcopum consecratum, seu benedicto. Ita D. Thom. 3. p. 2. q. 83. a. 3. quem sequitur Viet. *tit. de Euchar.* referens Gabriel. in *Can.* lib. 13. c. 14. lib. 2. c. 2. ita iubetur c. *Nullus.* cap. *Missarum.* cap. *Hic ergo.* de consec. dist. 1. Iuber Conc. Trid. sess. 22. in precepto de observantia, aitque *Navar.* c. 23. nu. 81. peccare mortaliter sacerdotem, qui celebrat extra locum sacrum, si sciens, & prudens faciat contra textum dicti cap. *Missarum.*

2 QVÆST. Daturne aliquis euentus, in quo liceat celebrare in loco non sacro, seu benedicto? RESP. Datur, nimirum si fiat supplicatio magna hominum multitudine confluentem ad exiguum eremitorium, vel in exiguo eremitorio celebra-

lebraretur, eodem confluyente multitudine missa noua, aliudve festum; tunc enim ad ostium erimitor; super aram sacram portatilem, liceret fieri factum, etiam absque licentia Episcopi. Ita Redor. *supra citatus* in hac materia, & Nau. *cap. 25. num. 82. per cap. Concedimus. d. 1. consecr. cui iuxta illius sententiam non est derogatum per Conc. Trid. sess. 2. adeo prohibens celebrationem extra locum sacrum, vt iuxta ipsius Nauarri sententiam, cap. 15. nu. 81. non possit Episcopus ad eam cōcedere potestatem. Verba autem Concilij sunt hæc. Hoc sanctum sacrificium extra Ecclesiam, ad diuinum cultum dedicata oratoria a secularibus aut regularibus quibuscumq; non peragatur. Adde Toletus libro 2. capit. 2. Esset necessitas, si occurreret præceptum audiendi Missam dum fit iter, probat Cap. *Concedimus de consecr. d. 1.* Item necessitas communicandi aliquem in mortis articulo. Quod intelligit, si adhuc reliqua ad sacrificium necessaria.*

5 QVÆST In quâ Ecclesia, locove sacro, seu benedicto prohibetur quis celebrare sub graui peccato? RESP. In interdita, & sit irregularis, qui in ea celebrat. Et in polluta sanguine, vel semine, non tamen celebrans sit irregularis Ita Nau. *o. 25. nu. 81. ex cap. Is qui. c. 1. de sent. excom. in 6. Tolet. lib. 2. c. 2. Sot. & Palud. in 4. d. 13. q. 2. nisi de licentia Episcopi, quia tunc posset. Ita D. Thom. 3. p. quest. 8. art. 3. quem refert, & sequitur Toletus.*

De Altari. §. II.

- 1 An liceat celebrare sine altari.
- 2 Quotplex est altare.
- 3 Ex qua materia debet esse altare.
- 4 An oporteat altare esse consecratum.
- 5 Qua reuerentia exhibenda altari.
- 6 Qualis esse debet ara altaris.
- 7 De ornamentis altaris.
- 8 De materia linteorum altaris.
- 9 An duo prima lintea per Episcopum consecranda sint.
- 10 An idem dicendum de corporalibus.

11 Quale

- 11 Quale sit peccatum sine his linteis celebrare.
 12 Quatenus maneant corporalia benedicta.
 13 An sufficiat lapis aræ, qui totum non capit calicem.
 14 Quod peccatum committat, qui cum sordidus celebrat linteis.

1 QVÆSTIO Quoniam ad locum pertinet altare, quam te rogavi de loco ubi celebrandum sit, rogavi in incipit de altari. Rogo igitur. Estne peccatum ministrare celebrare absque altari? RESP. Est. cap. Altaria de consec. d. 1. Ita Navar. in sum. capit. 21. itur enim contra præceptum graue:

2 QVÆST. Quotuplex est altare? RESP. Duplex, fixum, scilicet, & portatile.

3 QVÆST. Ex qua materia debet esse altare fixum? RESP. Ex lapide, non ex ligno, aut ferro, aut alio quouis metallo. cap. Altaria de consec. d. 1. Vbi Gratianus ad Concil. Hiponense idem determinans. Altare portatile potest esse ex ligno. Ita vius obtinuit Ecclesiæ.

4 QVÆST. Requiritur, ut altare sit consecratum Episcopum? RESP. Requiritur. Sed & priuilegio factis, ut tabula lapidea (aræ lapidem vocant) rita per Episcopum consecrata superponatur altari, & super eam fiat sacrificium. Ita c. Quoniam de priuilegio. lib. 6.

5 QVÆST. Qua reuerentia exhibenda altari? RESP. Magna. Olim altaria omnia ferreis cratibus, ne aditus parerent, custodiebantur. Ita legitur in Conc. Chalcedonensi. Conc. Turon. can. 3. & c. 1. de vita, & honest. cler. Irreuerentiam circa altaria, vindicauit Deus olim acerbissimis pœnis & morte, ut narrat Niceph. l. 10. c. 29. & Theod. l. 3. hist. c. 11. & 12. Constatque ex alijs historijs Deum altaris cuiusque custodiam Angelum designare, ut irreuerentes puniat. Ita refert Pratum spirit. c. 4. & 10.

6 QVÆST. Qualis esse debet aræ altaris? RESP. lapidea. Can. Altaria de consec. d. 1. Integra. capitul. 1. & 3. de consec. Eccles. Consecrata, si vero non esset consecrata, non posset Episcopus dispensare, ut in ea celebraretur, posset Summus Pontifex. Ita Tolet. libr. 2. capit. 2.

7 QVÆST.

7 QVÆST. Quibus ornamentis oportet, ut altare sit paratum ad faciendum sacram? RESP. In primis oportet, ut superior pars tobalia, ita vocant, per totum tegatur. Deinde, ut super aram lapideam consecratam, extendatur linteum (Nostrates vocant guarda) aut saltem, ut dupliciter eadem tobalia. Ita capit. *Altaris palla. de consecr. d. 1. Sylu. mis. 1. q. 1. Palud. & Innoc. & direct. curatorum.* Deinde requiritur aliud linteum super illa duo, vocant corporale, quia immediate tangit, & suscipit Christi corpus sub speciebus sacris contentum. capit. *Conjuncto. de consecr. d. 1.*

8 QVÆST. Ex qua materia debent esse hac linteum? RESP. Ex solo lino, ut nomen sonat, corporale saltem, non ex serico, vel bysso Indico nostrates vocant *Algodam*, quia non linum, sed lanugo arborum est, seu ut verius loquar, non ex lino, sed ex arborum lanugine necitur. Possunt tamen ad oras texti auro serico ornarique lapillis pretiosis. Ita Concil. Remense. Notat Tolet. *li. 2. c. 2.*

9 QVÆST. Oportetne, ut duo prima linteum, tobalia scilicet, & aliud, quod nostrates vocant, Guarda, sint consecrata per Episcopum? RESP. Minime. Ita omnes Doctores.

10 Estne idem dicendum de corporalibus? RESP. Minime quidem. Potest tamen illorum consecratio committi presbyteris, & de facto commissa est praelatis Religionum mendicantium.

11 QVÆST. Quale peccatum est facere sacram sine his linteis? RESP. Sine tobalia, & corporalibus esset mortale: cum tobalia, & corporalibus sine secundo linteum, esse veniale. Ita Emanuel *in sum. c. 246. n. 17.* cum D. Thom. *3. p. qu. 83. art. 3. ad. 8.* & Suar. *ibid. disp. 81. sect. 6.* Tolet. *li. 2. c. 2.*

12 QVÆST. Quatenus manent corporalia benedicta? RESP. Quatenus possunt recipere calicem, & patenam cum hostia, licet aliis in partibus sint disrupta. Ita Sylu. *corporal. q. 2.*

13 QVÆST. Lapis ara non est tantus, ut totum capiat calicem, & patenam cum hostia superposita, sed solum maiorem calicis partem, & paternam, est ne aptus, ut in eo fiat consecratio? RESP. Satis. Ita Palud. *in 4. dist. 13. quest. 2. ar. 4. Sor. artic. 3. eadem dist. Alenf. 4 p. 4. q. 38. memb. 3. alias memb.*

Medull. Casuum.

85

5. q. 10.

§. 9. 10. ar. 2. Sylu. alt. ar. Nau. ca. 45. nu. 83. quos refert
man. cap. 246. sum. nu. 15.

14 QVAEST. Quale peccatum esset celebrare cum his
reus notabiliter sordidis? RESP. Mortale. Ita Palud. in 4. d. 1.
q. 2. ar. 6. concl. 6. Caietan. verb. miss. & ibi Sylu. 1. q. 1. Tole.
lib. 2. cap. 2.

De calice, patena, & candela. §. 12.

- 1 Ex qua materia debeat esse calix.
- 2 Qua fuit materia calicis, in quo Christus Dominus
consecrauit.
- 3 Quid significent calix, & patena.
- 4 An requiratur, vt calix sit consecratus, & patena.
- 5 Quamdiu maneant calix, & patena consecrata.
- 6 An amittant consecrationem calix, & patena
quando post consecrationem inaurantur.
- 7 Quid dicendum de calice inaurato, cuius aurum
absumptum est.
- 8 Quid dicendum de calice tornatili, cuius partes artificiose
opere separantur.
- 9 An debeat esse consecrata, vel benedicta pyxis, in qua
Christi corpus seruetur.
- 10 Ex qua materia debeat esse pala.
- 11 An requiratur candela accensa ad celebrandum.
- 12 Ex qua materia debeat esse candela.
- 13 Quot candelae sint necessariae.
- 14 Quod peccatum sit, celebrare sine missali.
- 15 Anteneatur sacerdos celebrans cum Diacono, &
subdiacono secreto Epistolam, & Euangelium
recitare.

1 QVAESTIO. Quoniam ad ornamentum altaris pertinet
calix, patena & candela, de ijs statim te rogabo.
Ex qua igitur materia debet esse calix? RESP. Calix
olim

olim propter Ecclesiæ inopiam erat ligneus. Postea Zepherinus Papa decreuit, vt esset vitreus, rexit autem Ecclesiam ducentesimo anno, post Christi passionem. Paulo post sanxit Urbanus Papa, vt calix, & patena essent argentea; teste venerabili Beda *cap. 2. de loc. sanct.* Postea vero in Conciliis decretum est, vt calix sit, vel aureus, vel argenteus, vel saltem stanneus. *cap. calix. de consecr. d. 1.* Non vero ex alia materia. *cap. Vasa capit. Calix. eadem dist.* Quod decretum intelligendum est de culpa calicis, non vero de pede, iuxta omnes. Qui tamen Sacerdos modo in calice ligneo celebraret, deponitur ab officio, & beneficio *c. ult. de celob. Miss.*

2 QVÆST. Ex qua materia erat calix, in quo Christus Dominus consecrauit? R E S P. Ex argento. Ita venter. Beda. *c. 2. de loc. sanct.*

3 QVÆST. Quid significat calix, & patena? R E S P. Calix Christi Domini Sepulchrum. Patena lapidem magnum, quo signato monumentum clausum est; de cuius magnitudine conquerebantur sanctæ mulieres cum vellent Magistri cadauer vnguentis condire, dicendo: quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti? Ita Toler. *li. 2. c. 2.*

4 QVÆST. Requiritur ne, vt calix sit consecratus, & patena? R E S P. Requiritur. Et solus Episcopus potest calicem, & patenam consecrare, *cap. unico. de sacra unctione. §. ult.* Notantque Sylu. & alii Summistæ. *ver. Calix.* Potest tamen hæc benedictio committi Presbiteris, vt notat Roderic. *c. 2. 46. n. 21.*

5 QVÆST. Quamdiu manent calix, & patena consecrata? R E S P. Quamdiu seruant integram formam, & ideo fractus calix, iterum est consecrandus. Ita Palud. *in 4. d. 13. q. 2. art. 3. Cop. 2. Sylu Calix.*

6 QVÆST. Non erant calix, & patena aurata, sed post consecrationem inaurantur: Aut si erant inaurata, iterum inaurantur, amittuntne consecrationem? R E S P. Amittunt, & ideo oportet, vt iterum consecrentur, ita omnes cum Roderic. *loco proxime citato.*

7 QVÆST. Consecratus est calix inauratus, sed decursu temporis absumptum est aurum, manetne consecratus? R E S P. Manet. Ita Rod. *proxime.*

8 QVÆST. Est calix tornatilis, cuius partes artificia
separantur inuicem, manetne consecratus, si partes inuicem
separantur? RESP. Manet. Ita Eman. loco proximo.

9 QVÆST. Oportetne ut pyxis, in qua Christi corpus
uatur in sacrario, sit consecrata, vel benedicta? RESP. Quod
non oporteat esse consecratam, tenent omnes Doctores.
Nec etiam benedictam, tenet Palud. in 4. d. 13. quæst.
art. 4. Sylu. Euch. 3. quæst. 4. Oppositum tamen dicendum
cum Soto in 4. d. 13. q. 1. ar. 3. circa benedictionem.

10 QVÆST. Ex qua materia debet esse palla? RESP. In
lino, iuxta Suarj sententiam. 3. p. quæst. 83. artic. 3. disp. 8. q. 1.
6. Ratio eius est, quia olim tegebatur calix parte corpo-
ralis, palla vero successit loco corporalis: corporale
tamen oportet esse lineum; ergo & palla. facitque probat
opinionem Innocent. li. 2. de misc. 56. Oppositum docet
in 4. d. 13. q. 2. art. 3. & iam obtinuit Ecclesiæ usus, qui
ritur has pallas ex auro, serico, rate, quem quidem mi-
ro non audet refellere Roder. in sum. c. 24. n. 18.

11 QVÆST. Requiritur candela accensa ad celebrandum
sacrum? RESP. Requiritur capitulum Finali, de celebrat. missæ
peccatum mortale, celebrare absque ea. Ita Nauar. in
sum. capit. 25. quia itur contra graue præceptum.

12 QVÆST. Ex qua materia debet esse candela? RESP. Et
cera, iuxta Ecclesiæ morem, peccaretque mortaliter, qui
cum candela ex feuo, aut adipe facta, etiam data quæ
necessitate, celebraret, quidquid dicat Toler. l. 2. c. 2. 1.
tis tamen esset, urgente tali necessitate lumen forum
leo oliuarum. Ita Suar. 3. p. q. 38. ar. 3. disp. 8. 1. sect. 9.

13 QVÆST. Quot candelæ sunt necessariae? RESP. Vna
est. Ita Gratius c. 42. n. 1.

14 QVÆST. Quod peccatum esset facere sacrum absque
missali? RESP. Si esset periculum obliuiscendi, mortale,
eo tamen amoto & sine scandalo astantium, veniale. Ita
Nau. c. 25. n. 84. & 85. & Suar. proxime cum communi.

15 Teneturne sacerdos cantans missam cum diacono, & sub-
diacono secreto recitare epistolam, & Euangelium? RESP. 1.
Negat Nau. de orat. miscel. 27. quia non est textus id præ-
cipiens: & ex opposito tenetur sacerdos etiam recitare
passionem feria quarta maioris hebdomadæ. Opposi-
tum tamen docent Missalis rubricæ, & seruant, qui ro-
bit.

bricarum studio, intellectuque incumbunt, quibus quidem potius in hac re credendum, quam Nauarro.

De vestibus, quibus indutus sacerdos, accedere debet ad altare. §. 13.

- 1 *Qua sunt vestes sacrae celebrantis.*
- 2 *Quod est peccatum facere sacrum, sine aliqua sacrarum vestium.*
- 3 *Qua censura innodatur sacerdos in Diocesi Bracharensi celebrans absque vestibus sacris.*
- 4 *Quod peccatum est non recitare orationes appositas, in Missali pro induendis vestibus.*
- 5 *De celebrante cum immundis vestibus.*

1 **Q**VAESTIO. *Quibus vestibus induendus est sacerdos sacrificaturus?* RESP. Amictio, alba, cingulo, & casula. Oportet autem, ut huiusmodi vestes, sint benedictae per Episcopum, aut alium ad id pollentem iurisdictione. Ita Scrut. tract. 2. tit. de sacrificio Miss. Tol. lib. 2. c. 1.

2 **Q**VAEST. *Quod peccatum est facere sacrum sine aliqua harum vestium?* RESP. Mortale. Ita Nauarr. c. 25. n. 84. cū D. Anton. 3. p. tit. 13. c. 6. Direct. lib. 1. tit. 7. c. 55. Tol. lib. 2. c. 2. adeo, ut deficiente harum aliqua vestium, deobligemur à dicendo, & audiendo sacro, etiam in diebus festis. Ita Direct. loco citato. Addit Caet. 1. 2. q. 96. art. 4. etiam naturaliter possit quis mortem vitare, quam faciendo sacrum sine tali veste. Dura tamen est sententia, ut bene aduertit Nau. citatus, nisi mors obijciatur in contemptū Ecclesiae. Potest tamen in necessitate sacerdos uti manipulo pro stola, & stola pro cingulo. Ita Palud. in q. 4. d. 13. q. 2. Cingulum etiam non benedictum satis est. Ita Richard. in 4. d. 13. q. 4. art. 3. Scot. ibid. q. 2.

3 **Q**VAEST. *Qua censura innodantur Sacerdotes, qui in Bracharensi Archiepiscopatu celebrant absque sacris vestibus?* RESP. Maioris excommunicationis. Ita Concil. Brachar. tertium. Can. 3.

4 QVÆST. Quod peccatum committit Sacerdos, qui dum induit, non recitat orationes ab Ecclesia signatas pro singulis ornamentis? RESP. Si omittit ex contemptu, mortale; ex negligentia sola, veniale. Ita Henric. li. 9. de mis. c. 2. Rod. in sum. c. 246. n. 12. & sic intelligendus Nau. in consil. tit. de celebrat. Mis. consil. 2. absolute loquens de mortali.

5 QVÆST. Quod peccatum est celebrare cum immundis personis notabiliter? RESP. Mortale. Ita Tolet. li. 2. c. 1. R. est, quia magna irreuerentia fit sacramento mundano.

De hora, in qua licet incipere, & finire
Missam. §. 14.

1 Qua parte diei licet celebrare.

2 Quale est peccatum celebrare extra tempus.

3 Qua hora intelligenda est pro aurora.

QVÆSTIO. Qua parte diei licet missam celebrare?
RESP. Ab aurora usque ad meridiem inclusive.
Ita omnes Doctores & Victor in sum. tit. de Euchar. numer. 97. Non ante auroram. Ita D. Thom. in 1. 2. q. 1. ar. 2. vbi omnes Doctores. Gabr. lect. 14. in can. Anton. p. tit. 1. cap. 6. §. 4. Impendet meridies, postquam eadem accipere missam, quam finiturus sum post meridiem. Ita Gabr. lect. 14. in can. Maior. in 4. d. 13. qu. 4. ibid. Soc. ar. 2. & lib. 10. inst. q. 5. ar. 4. Durand. de redditibus Eccl. c. 7. Et ideo meridies inclusive intelligendus est quo ad inceptionem, non autem quo ad finitionem. Hæc communis opinio. Ioannes tamen Andreas cap. 1. de celebrat. sar. posse affirmat incipi missam, non multo post factam meridiem. Nauarrus vero in sum. cap. 15. affirmat semoto scandalo posse missam celebrari à meridie usque ad horam tertiam, quod spatium olim appellabatur hora noua. Ratio eius est, quia non est textus id prohibens; deinde, quia missa, est quædam Christi passionis representatio, & propriissime representatur in illo spatio quo Christus Dominus pependit in cruce. Eandem opinionem sequitur Vivald. de Euchar. tit. de sacerdot. no. 10. Hæc tamen opinio nequaquam admittenda: quippe quæ

grauiter prohibetur in Conc. Apostol. Pij V. *const. 1. qua incipit sanctissimus in Christo, Patër. &c.* Quæ quidem constitutio directe prohibet antiquum vsus, & frequentiam ita presumentium celebrare, non tamen tollit euentus fortuitos, in quibus adhuc iuxta Nauar. opinionem licet per id spatium celebrare, vt notat Emanuel *loco citato.* & Vinald. *de Euchar. tit. de prepar. numero 50.* Ex hac generali regula excipitur Episcopus, qui potest noctu celebrare, iuxta Palud. *in 4. d. 13. q. 2. concl. 2. art. 2. post Gloss. e. fin. de priuileg. lib. 6. quos sequitur Nauar. citatus.* Et is, qui de licentia Episcopi, urgente necessitate, pro, scilicet, communicando infirmo nocte celebrat. Ita D. Anton. 3. *p. tit. 13. c. 6. §. 4.* Et per epicheam, absente Episcopo, etiã absque tali licentia oblata tali necessitate, vt aduertit Nauar. *citato loco. arg. c. Quod non est de reg. iur.*

2 QVÆST. *Quod peccatum committit, qui celebrat extra hoc tempus?* RESP. Mortale. Ita Nauar. *cap. 25. & omnes Summistæ cum D. Thom. in 4. d. 13. quest. 1. art. 2. Gabriel. lect. 14. in can. D. Anton. 3. p. tit. 13. cap. 6. §. 4.*

3 QVÆST. *Qua hora intelligenda est pro aurora?* RESP. Spacium horæ, & dimidiæ horæ ante radios solares manifestos. Ita Suar. 3. *p. disp. 80. sect. 4.* Palud. vero *in 4. d. 13. quest. 1.* & Vict. *in sum. num. 97.* addunt vterius posse missam incipi eo spacio, ante vt finiatur hora, & dimidia incipiente ante solis radios manifestos. Hinc colligit Emanuel *in sum. cap. 247. numer. 1.* posse missam incipi duabus horis, ante solis radios apertos, quia ad faciendum sacrum, requiritur dimidia hora.

Quo pacto subueniendum defectibus, qui in missa accidere possunt. §. 15.

- 1 Quid faciendum in defectu vini.
- 2 In defectu panis.
- 3 In defectu formæ.
- 4 In venenosis speciebus.
- 5 In effusione sanguinis.
- 6 In deliquio sacerdotis.

- 7 Cum in tali deliquio, non inuenitur sacerdos iu-
nus.
8 Cum non inuenitur omnino sacerdos.
9 Cum cecidit araneus in calicem.
10 Cum apparet per miraculum caro, seu puer,
11 An liceat omittere inceprum sacrum.
12 Cum superuenerit excommunicatus.

1 **Q**VAESTIO. Sunt plures euentus, qui in Missa acci-
pi re possunt, ideo oportet, ut remedia praesto sint, ad quae
ueniendum, dic igitur: Qui inuenit vinum cum ho-
stia vitur, esse corruptum, vel esse aquam, quid est facturus? *Resp.*
Accedat ad cornu altaris, & tanquam ablutionem sum-
pturus, accipiat verum vinum, & nemine conscio, reci-
piat verba consecratoria ab illo loco. Simili modo potest
quod, &c. Et proferat verba reliqua consecrationis ca-
licis, nec est necesse ut consecret nouam hostiam. *Idem*
Scot. in 4. d. 8. Nau. c. 25. nu. 91. Suarius 3 p. dist. 85. Totus
libr. 2. cap. 9.

2 **Q**VAESTIO. Inuenta est hostia corrupta, aut hordeacea? *Resp.*
Accipienda alia, & aliud nouum vinum, & ambo conse-
cranda denuo, sumendaque & simul species vini con-
secrata: Ita Suarius loco citato. Verum tamen, si ex noua
vini consecratione sequeretur populi scandalum, dicentem
sacerdotem parum aduerisse sacrificio, satis est, si non
consecret hostiam. Ita Palud. in 4. d. 11. q. 1. art. 2. Angeli
missa. num. 17. quos sequitur Eman. c. 248. n. 1. ex parte
re rationis superioris dubitationis.

3 **Q**VAESTIO. Ex probabilibus coniecturis inuenit sacerdos
non protulisse verba consecratoria, vel ita mutasse eorum for-
mam, ut mutata sit forma? *Resp.* Proferat verba consecra-
toria super eandem hostiam, & idem vinum, nemine in-
telligente. Ita Suar. & Eman. loco citato.

4 **Q**VAESTIO. Inuenit quis in speciebus consecratis
venenum, quid facturus est? *Resp.* Eas species minime
sumpturus, sed hostia reponenda in sacra-
rio, quo ad corrumpatur: species vero vini linteo, vel
stupa, exsiccandæ, & postea hostia corrupta, & stupa
ita

seu linteum comburenda, cineresque mittendi sunt in piscinam. Aliud vero vinum, & alia hostia consecranda, vt sacrificium perficiatur. Ita communis Doctorum opinio, quam refert Rod. cap. 248. num. 3.

5 QVÆST. *Cecidit pars vini consecrati, quid facturus est sacerdos?* R E S P. Circa hunc euentum est declaratio cap. Si per negligentiam, de consec. d. 2. his verbis. Si aliquid de sanguine Domini stillauerit in terram, lingua lambatur, & tabula radetur: si non fuerit tabula, vt non conculcetur locus, corraderetur, & igne consumatur, & cinis intra altare recondatur: si super altare stillauerit calix, sorbeat minister Stillam: si super linteum, sorbeat minister, & tribus vicibus abluat calice supposito, & aqua ablutionis sumatur, & iuxta altare recondatur. Non quidem recitauit omnia verba textus; sed quæ modo seruanda sunt in praxi: nam pœnitentiæ appositæ disuetudine antiquatæ sunt. Hinc merito inferunt Nauar. cap. 25. non esse corporalia, super quæ ceciderit sanguis cremanda, sed tantummodo abluenda. Quod idem dicendum est, de tapete, vel alio pretioso peristromate, super quod ceciderit hostia; satis est. n. vt locus, quem tetigit sacra hostia, aqua abluatur, & aqua ablutionis mittatur in piscinam.

6 QVÆST. *Accidit sacerdoti sacrificanti deliquium, vel quid simile impedimentum, ita vt nequeat sacrificium absolueri; quid faciendum?* R E S P. Vel illud impedimentum accidit ante, vel post consecrationem. Dico primum. Si post consecrationem, absoluat alius sacerdos. Ita habetur 7. quæ. 1. can. nihil. ex Conc. Tolet.

7 QVÆST. *Non est alius sacerdos ieiunus, sed omnes cibo refecti?* R E S P. Absoluat non ieiunus. Ita Sot. in 4. d. 13. quæ. 2. art. 6. contra Sylu. Euchar. 2. §. 12. quia, vt rectè aduertit Toletus lib. 2. cap. 9. minus est præceptum de non omitendo sacrum imperfectum, vbi autem est maius, cessat minus.

8 QVÆST. *Non inuenitur alius sacerdos, nec ieiunus, nec non ieiunus?* R E S P. Reponendum est sacramentum in sacriario, vt altera die sumatur à sacerdote. Ita omnes.

9 QVÆST. *Cecidit animal in calicem consecratum haustum difficile?* R E S P. Extrahatur, & abluatur, ablutioque vel lumatur, vel exsiccetur stupa, & stupa comburatur, &

cineres mittantur in piscinam. Ita omnes.

10 QVÆST. *Accidit miraculum in hostia, ita ut appareat caro, vel puer, ut saepe accidisse constat ex certissimis testimonijs, quid faciendum?* R E S P. Reponenda est hostia in sacro, & de miraculo certior faciendus Episcopus: nec nova consecranda. Ita communiter Doctores cum D. Thom. 3. p. quest. 82. art. 4. Ratio est manifesta, quia sacrificium rectissimè peractum est.

11 QVÆST. *Licetne facili de causa relinquere incipere sacrificium?* R E S P. Minime. Ita prohibetur ea. Nihil consec. d. 1. & ideo grauius, & mortaliter peccat: nonnisi aliquando innodatur censura, ut adnotat N. N. miscel. de orat. 142. Eman. cum Salzedo in pract. crim. cap. 45. pag. 116. Dixi facili de causa, quia propter grauem, & urgentem necessitatem id licet, iuxta eisdem Doctores.

12 QVÆST. *Ingressus est Ecclesiam excommunicatus, & declaratus, nominatim denunciatus. Quid faciendum sacrificii celebranti?* R E S P. Si sacerdos nondum Canonem incipit, omittat sacrificium, amoueatque se ab altari, si iam Canonem incepit, pergat ulterius, & sacrificium perficiat usque ad assumptionem corporis, & sanguinis Christi. Ita Eman. in sum. cap. 246. num. 8.

Qua reuerentia accedendum ad audiendum sacrificium. §. 16.

1 QVÆSTIO. *Qua reuerentia adesse debemus sacrificio?* Magna, Ita aequitas postulat, cum enim filij Israel Deum miserum fuisse eorum, & misisse Moysen ad eos ab Ægyptia oppressione liberandos adorantes proni. Exod. 4. Verba autem textus sunt hæc. *Audierunt quod visitasset Dominus filios Israël, & quod respexisset in afflictionem, & adorauerunt proni.* Quia igitur maiori ratione tenemur sacrificium audire proni, cernui, & deuoti: nihil est aliud Euangelium, quam bonum nuncium, quod ternus Pater nostri miseris misit per filium suum, ad peccati seruitute vindicandum. Rem miram hæc de re narrat Abulen. in introduct. in Matth. qu. 18. Irreuerenter se quis gerebat in sacro, neque genu, cum illa proferebantur sacrosancta verba: *Et Verbum caro factum est, & habitabat, accessit semel Dæmon in procera hominis similitudine*

forma, & alapam misero grauiſſimam impegit, dicens: Ecce impropere genu miser homuncio. Si enim, vt Ioannes dixit, *Verbum caro factum est*, diceret, *Verbum dæmon factum est*, nunquam nos a terra dæmones leuaremus.

Additio ad §. 1. §. 17.

I *Cur sacrificium altaris appelletur Missa.*

QVÆSTIO. *Cur hoc sacrificium appellatur missæ*
RESP. Aliqui deductum arbitrantur nomen à verbo mitto, quoniam in hoc sacrificio fit Christi Domini oblatio Deo Patri, mittiturq; ministerio Angelorum in cœlum. Ita habetur *cap. Quid si sanguis, de consec.* adnotauitq; *Scrutin. de miss. sacrifi.* Est ramen missa nomen hebraicum, *missach*, quod idem est atq; oblatio, seu sacrificium: nam vbi legimus. *Elevatio manuum mearum sacrificium vespertinum*, hebraica radix habet *missach*, & D. Hieronymus vertit, oblatio manuum mearum, vt adnotauit Tolet *in sum. lib. 2. ca. 4.* recteque definit missam: *Est oblatio corporis, & sanguinis Domini sub speciebus panis, & vini facta sacrificij à Christo semel exhibiti expressiva.*

Additio ad §. 8. §. 18.

I *An excommunicatus toleratus fiat irregularis celebrando.*

QVÆSTIO. *Licetne excommunicato non vitando circa censuram irregularitatis aliquando celebrare?* RESP. Si non adsit alius sacerdos, nisi excommunicatus non euitandus, & nullum scandalum scientium excommunicationem, & dispensationem noui iuris per *Extrav. Ad euitanda*, vrgeatq; dies festus, vel alia necessitas, possunt alij talem sacerdotem inuitare ad celebrandum, neq; ipse celebrans peccabit, aut incurret irregularitatem. Ita *Suar. disput. 11. de excomm. sect. 4. num. 13.* probatq; verbis. *Extravag. Ad euitanda.* Possunt cōmunicare (quibuscunq; diuinis) qua huiusmodi facultatē concedunt fidelibus respectu excommunicatorum, non euitandorum. Ita dicendum de sacerdote excommunicato occulto, qui nisi celebret, sequetur scandalum, vel infamia illius apud eos, qui nesciunt causam, & vident illū abstinere à celebratione.

bratione missæ. Neque in eo euentu ipse se detegere
netur, sed potest absque peccato, & censura celebrare
illa incommoda fugienda. Ita idem Doct.

CAPVT VI.

De Sacramento Pœnitentiæ.

Quoniam huiusmodi Pœnitentiæ sacramentum pœni-
tentiis & confessariis est frequentissimum, illiusque notitia
maxime pernecessaria, impensius laborandum duximus, ut doc-
trina ab Auctoribus de eo tradita, clariori methodo, quam
tunc ab eisdem obseruari intelleximus, à nobis in communi
commodum inculcetur. Igitur prius sacramenti definitio-
nem, & necessitatem: deinde materiam: tertio for-
mam: quarto ministrum, & si qua alia occurrerint, præsertim
de effectibus, quaestiones in disceptationes afferemus.

De Pœnitentiæ Sacramenti defi- nitione, institutione, ac ne- cessitate. §. 1.

- 1 Quo pacto definitur.
- 2 A quo fuit institutum,
- 3 An sit ad salutem necessarium.

1 **Q**VAESTIO. Quo pacto defini potest pœnitentiæ
sacramentum? **R**ESP. Pœnitentiæ est sacramentum
in quo sacerdos sibi subditum, & confitentem
legitime sua peccata cum iusto dolore, & proposito
satisfaciendi ab eisdem peccatis absoluit. Ita Nau. cap. 20.
num. 1. Sorus verò in 4. d. 14. qu. 1. art. 2. ita illud definit.
Pœnitentiæ sacramentum, est sacramentum remissionis
peccatorum, quæ post baptismum committuntur. Clarus
ita defini potest. Pœnitentiæ est absolutio pœnitentis, facta à
sacerdote iurisdictionem habente, sub certa verborum forma,
cum debita intentione prolata ex institutione diuina signifi-
cans, & effectiua absolutiois animæ à peccatis.

1. QVAEST.

2 QVAEST. *A quo fuit institutum?* RES P. A Christo ser-
uatore. Ita Conc. Trid. *sessio. 7. can. 1. & sessio. 14. ca. 1.*
Probat Sot. *in 4. d. 14. quest. 1. artic. 1.* Illud verò Christus
Dominus instituit, quando post resurrectionem in Dis-
cipulos insufflando dixit: *Accipite Spiritum-Sanctum; quo-
rum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinue-
ritis, retenta sunt.* *Ioann. 20. Matth. 16. 18.* Ita habetur *capit.*
Ve constitueretur. 50. d. declaravit Conc. Trident. *sess. 14.*
ca. 1. & can. 8. Probat Vict. *de pœn. num. 104.* Sot. *in 4. dist.*
8. quest. 1. art. 1. Catech. Roman. *pagin. 294.* Finis autem
huius institutionis fuit, vt per hoc sacramentum pecca-
tor, qui per culpam à Deo recesserat, per gratiam in prio-
stinam amicitiam rediret. Ita D. Ambros. *lib. de pœn. Ca-
nif. de doct. Christi tit. de pœn. cap. 2.*

3 QVAEST. *Estne hoc sacramentum ad salutem necessari-
um?* RES P. Dupliciter potest hoc sacramentum esse ne-
cessarium: nimirum, vel susceptum realiter, vel susce-
ptum intentionaliter, vt ita dicam: Theologi dicunt
susceptum in re, vel in voto. Dico igitur *primum.* Pecca-
tori lapsò in culpam lethalem ita hoc sacramentum est
necessariũ in re, data copia confessarij idonei, vt quãuis
iam per veram contritionem talis peccator redierit in
gratiam Dei, illam iterum ex culpa non confitendi peccata,
amittat, & ex consequenti damnetur. Iustificatio
verò per actum contritionis consecuta etiam datur, quia
talis contritio includit votum, hoc est, voluntatem con-
fitendi data copia idonei confessarij. Hæc est Catholica
veritas supposita institutione huiusmodi sacramenti. Ita
Doctores *in 4. dist. 14. & 17. D. Thom. 3. p. quest. 89. art. 2.*
Oritur verò hæc necessitas non ex solo præcepto confi-
tendi ecclesiastico, vt falso crediderunt Hugo Victorin.
lib. 2. de sacram. part. 14. cap. 1. Alensis. *4. p. quest. 79. memb.*
3. art. 2. Bonauent. *in 4. dist. 17. p. 2. art. 1. quest. 3.* & probabi-
le existimauit Scot. *ibid. quest. 1.* Sed ex vi ipsius instituti-
onis à Christo Domino factæ. Ita decernitur in Conc.
Constantiens. & Florent. & Trident. *sessio. 14. can. 6.* Tra-
ditur à Sixto IV. *in Extrauagan. contra Petrum de Osna.*
quam refert Castro *verb. confessio.* Ratio est, quia Christus
Dominus constituit in Ecclesia hoc vnicum tribunal.
*Ioann. 20. cum dixit: Quorum remiseritis peccata, remittun-
tur eis.*

zur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt. Docetur haec veritas ab Augustin. lib. 50. homil. in hom. 49. referuntur etiam capit. Agite poenitentiam de poena. di. 1. Dico secundum. Cum deest copia confessarij, satis est ad gratiam comparandam, & venia peccati obtinendam poenitere de peccato commisso propter Deum offensum, cum intentione confitendi tale peccatum data opportunitate confessarij. Theologi in 4. d. 14. & 17. D. Thom. 3. p. quest. 89. artic. Leo Papa epist. 1. cap. 3. Sumitur ex Conc. Caecil. Decernitur in Conc. Tri. sess. 14. ca. 4. vbi ait, contritionem perfectam informari charitate ante confessionem remissa factam. Dico tertium. Cum per hoc sacramentum in voto tantum susceptum, remittitur culpa peccatori habenti verum contritionis actum, non est necesse, vt tale votum sit explicitum, sicuti falso arbitrati sunt aliqui cum Cap. Relect. de poenitentia, sed satis est votum implicitum, hoc est, inclusum in generali proposito seruandi omnia precepta. Ita sumitur ex D. Thom. in 4. d. 17. quest. 1. artic. 1. quest. 1. Richard. & alijs ibidem. Maiore, & Sor. d. 1. Nau. in sum. cap. 1. num. 15. fauet Concil. Tridentin. decreto. Dico quartum simpliciter rogationi occurrente Sacramentum poenitentiae est necessarium ad salutem re susceptum, cum datur copia confessarij. Est vero licet in voto ad salutem, cum confessarius deest. Hanc propositionem claret ex tribus praecedentibus, ideo probatio non indiget.

CAPVT VII.

De Materia sacramenti poenitentiae. §. 1.

- 1 An hoc sacramentum constet materia & forma.
- 2 Quotuplex est materia sacramenti poenitentiae.
- 3 Materia remota Poenitentiae alia necessaria, alia sufficiens.

1 QVASTIO. Constatne hoc sacramentum Poenitentiae forma, & materia, sicuti constant alia sacramenta.

R E S P. Negat Scot. in 4. d. 14. quest. 4. & d. 16. qu. 1. Maior
 4. 14. quest. 2. & ibidem Gabr. aiuntque essentiam huius sa-
 cramenti constare ex solis verbis sacerdotis. Dicendum
 tamen cum D. Thom. & communi Theolog. in 4. d. 14.
 & 3. p. qu. 84. Alenf. 4. p. qu. 60. hoc sacramentum consta-
 re essentialiter ex materia, & forma, tanquam ex parti-
 bus essentialibus. Probatur ex Conc. Florent. statuente
 omnia sacramenta. Nouæ legis esse quadam arte facta, &
 constare materia, & forma: & Conc. Trident. sessi. 14. vbi
 dicit materiam in hoc sacramento esse partem eiusdem
 sacramenti.

2 **Q V A E S T.** Quotuplex est materia in hoc sacramento?
R E S P. Duplex remota scilicet, & propinqua. Ita distingu-
 unt Theolog. D. Thom. 3. p. qu. 84. art. 2. Summistæ Pœ-
 nitentia sacram. Angel. & Syl. num. 2. Viçt. num. 165. Nau.
 ea. 22. nu. 1. Sot. in 9. d. 14. qu. 1. art. 2. Conc. Trid. sessi. 14. ca.
 4. can. 1. & 3. Catec. Rom. pagi. 295.

3 **Q V A E S T.** Estne adhuc huiusmodi materia remota mul-
 tiplex? **R E S P.** Maxime. Nam alia est necessaria, alia suf-
 ficiens. Ita communiter Theologi.

De materia remota sacramenti

Pœnitentiæ. §. 2.

- 1 Peccatum actuale est materia remota Pœnitentiæ.
- 2 Quale peccatum actuale est materia remota pœ-
 nitentiæ necessaria.
- 3 Quod peccatum est materia sufficiens tantum.
- 4 Cur peccatum veniale, & rite mortale confessum,
 dicitur materia tantum sufficiens huius sacra-
 menti.

1 **Q V A E S T I O** Qua est materia remota sacramenti Pœ-
 nitentiæ? **R E S P.** Est peccatum actuale, commis-
 sum post baptismum. Ita communiter Theologi.
 Hinc fit, vt non sit materia huius sacramenti, nec pecca-
 tum originale, nec peccatum actuale commissum ante
 baptismum; quia per baptismum omnino deletum v-
 trumque est. De actualibus vero peccatis, aliud est ma-
 teria huius sacramenti necessaria, aliud sufficiens.

§. 2 **Q V A E S T.**

2. QVÆST. Quod peccatum actuale commissum post baptismum est materia remota huius sacramenti necessaria? R. S. P. Omne mortale, nondum ritè confessum. Ita definit Conc. Trid. sessio. 14. dicamque larius, cum me de integritate confessionis interrogaueris. Dicitur verò peccatum materia necessaria, quia tolli non potest, nisi per hoc sacramentum, cum oportune datur copia suscipiendi illud, hoc est, tolli non potest, nisi per confessionem, cum datur oportuna copia illud confitendi.

3. QVÆST. Quod peccatum actuale commissum post baptismum est materia remota huius sacramenti sufficiens? R. S. P. In primis est peccatum veniale. Ita Conc. Trident. sessio. 14. ca. 5. & can. 7. Leo Papa in Bull. contra Lutherum. D. 1. mas. Papa rom. de vinculo anathem. Deinde est peccatum quodlibet iam rite confessum. Ita Benedict. XI. Extravag. 1. de priuileg. contra quam falso opinatus est quidam Gouilhelm. de Rubion. d. 15. quest. 2. asserens peccatum iam confessum, non posse iterum confiteri.

4. QVÆST. Cur peccatum veniale & peccatum mortale ritè confessum, dicitur huius sacramenti materia sufficiens? R. S. P. Quia vt deleatur veniale, non est necessarium vt de eo fiat sacramentalis confessio: & tamen de eo atque de peccato mortali ritè iam confessio, potest iterum tanquam ex vera materia, confici sacramentum Pœnitentiæ. Ita communis sensus Catholicorum, & videri colligiturque ex verbis apertis sacri Conc. Trident. citati, & Benedict. XI. Extravag. 1. de priuileg. Docet etiam probat doctissimus Suarius disputat. de essentia sacramenti. sect. 1.

De materia proxima Sacramenti Pœnitentiæ. §. 3.

1. QVÆSTIO. Qua est materia proxima huius sacramenti? R. S. P. Est actus pœnitentis. Hic autem triplex est, nimirum cordis contritio. Oris confessio. Operis satisfactio. Ita Conc. Florent. & Trident. loci citatis. Sunt autem partes huius materiæ essentielles. cordis contritio, & oris confessio, Ita Conc. Trident. sessio. 14. ca. 5. & can. 6. asseruit de oris confessione, cum dixit illam

illam esse de necessitate sacramenti. De cordis contritione ita loquuntur Concil. Colon. Senonens. & Mogont. Cath. Pij V. in doctr. de pœnit. Leo X. contra Luther. artic. 15. in quibus omnibus locis docetur dolorem de peccato esse de essentia huius sacramenti. Ratio est circa oris confessionem. Nam de ratione iudicij, est accusatio, & probatio, iuxta illud Prou. 12. *Qui iudicat, quod nouit iudex iustitia est, sed in hoc sacramentali iudicio, cōfessio oris, est pœnitentis accusatio, testificatio, & probatio iuridica: ipse. n. pœnitēs simul est reus, accusator, & testis, vt docet D. Chrysoptom. libr. 2. de sacerdot. Innoc. 1. epistol. 1. capit. 7. Diu. Ambrosii. epistol. 3. Ergo & cetera. circa contritionem est ratio, quia confessio absque dolore interno, aut est vana quædam commissi sceleris gloriatio, aut simplex quædam narratio, neutra vero est satis ad veram sacramentalem accusationem. Satisfactio, est solum pars integralis huius materiæ proximæ pœnitentiæ. Ratio est, quia absolutione facta supra veram materiam, ante impletam impositam à confessario satisfactionem conficitur verum sacramentum, ergo satisfactio non est de illius essentia. Antecedens est certum, & apud omnes receptum, consequens clarissimè infertur. Necessè tamen est, vt talis satisfactio impleatur, vt ostendam in rogationibus proprijs de hac parte; ergo, & c.*

De contritione, parte prima essentiali
materiæ proximæ sacramenti

Pœnitentiæ. §. 4.

- 1 Quid significat hoc nomen Contritio.
- 2 De peccati odio, & proposito non peccandi amplius.
- 3 Qui dolor cordis appellatur contritio, qui attritio.
- 4 De motu contritionis, & attritionis.
- 5 Quid est contritio.
- 6 An oporteat toties dolere de peccato, quoties illud memoria occurrit.
- 7 An dolor contritionis debeat esse sensitiuus.
- 8 An ad contritionem debeamus pœnitere etiam de ipsa actione peccati.

Medull. Casuum.

K k

9 An

- 9 An oporteat odisse effectum subsequutum commisso peccato.
- 10 An vere contritus, statim gratiam acquirat.
- 11 An iustificatus per contritionem, teneatur peccata de quibus doluit, confiteri.
- 12 Quid est attritio.
- 13 De motivo attritionis.
- 14 An præter duo motiva assignata à Conc. Tridentino nimirum metu gehenna, & foeditatem peccati sint alia etiam supernaturali motiva.
- 15 An ad consequendum effectum huius sacramenti hoc est gratiam, & absolutionem peccati sufficit, si requiratur contritio, vel sit satis attritio, & ignita ut attritio.
- 16 An ad veritatem, valoremq; sacramenti Penitentiae requiratur vera, & supernaturalis attritio.
- 17 In quo conveniat, & in quo differant contritio, & attritio.

QUÆSTIO. Quid significat hoc nomen Cordis contritio.
RESP. Significat cordis dolorem quo quidem maxima quasi teritur. Sumitur vero à Theologis in loco pro cordis dolore, per quæ peccatori displicet peccatum à se ipso commissum in Dei optimi maxime contemptum. Quoniam verò dolere possumus de peccato dupliciter, sc. vel quia offendimus Deum, quæ summe dolere debebamus: vel quia commisimus re secundum se turpem, factam, & inhonestam, duplici nomine appellantur Theologi huiusmodi animi dolorem. Priorem appellantur contritionem. Posteriores appellantur attritionem, ut dicam, cum utriusq; apposuero definitionem.

2 QUÆST. Estne de ratione doloris huiusmodi aliquid amplius. **R**ESP. MAXIME. Oportet enim ut cum dolemus peccatum, illud detestemur supra omne detestabile: habeamusq; firmum animum illud vitandi supra omne vitandum. Ita D. Tho. 3. p. qu. 8. & 86. & 3. cont. gent. c. 158. & li. 4. q. 72. & in 4. d. 17. qu. 2. Alb. Mag. ibid. d. 14. art. 11. D. Bonaventura & Alex.

& Alenf. 4. p. qua. 12. & 16. An vero hoc propositum debeat esse formale, hoc est, debeat fieri alio actu distincto ab actu doloris an satis sit virtuale, hoc est virtualiter inclusum in ipso doloris actu, controuertunt Theologi. Formale, & expressum requirunt Caie. tom. 1. *Opusc. tract. 4. qu. 1. Scot. in 4. d. 15. qu. 1. art. 2. & d. 17. qu. art. 1. & lib. 2. de nat. & grad. ca. 14.* vbi contrarium vocat perniciosum errorem, Cano. *de poen. par. 1. Ruard. ar. 8. cont. Luth. Bellarm. li. 2. de poena. ca. 6. & 7.* Ratio eorum est, quia tam Scripturae Sacrae testimonia, quam sacri Canones, insuper sacrorum Patrum dicta hoc propositum postulant. Postulat etiam Cont. Trid. *sessi 14. ca. 4.* ait contritionem esse detestationem cum proposito. Oppositum tamen docent Maior, & Almain. *in 4. d. 14. quast. 1. Veg. li. 13. in Trident. cap. 21. Medina. de poen. tract. 1. qu. 3. Pet. Scot. lect. 17. de poen. Nauar. in sum. ca. 1. num. 15. Adrian. in 4. qua. 1. de poen.* Harum opinionum dissidium doctissime componit Suarius *disp. de contrit. sect. 7.*

3 QVAEST. *Quem talem dolorem appellarunt Theologi contritionem, quem attritionem. Quod est idem atque querere, in quo differt contritio, ab attritione?* RES P. Nonnulli Theologi posuerunt discrimen in gradibus doloris, vt loquuntur Physici: atque dolorem hunc summe intensum appellant contritionem: remissum vero appellant attritionem. Ita Adrian. *in 4. qu. 2. de poen.* tribuitur D. Thomas *in 4. d. 17. quast. 2. & Alenf. quastio. 17.* Veruntamen est opinio improbabilis: imponit enim peccatori grauissimum onus: & difficillimam reddit contritionem sine Conciliorum, & Scripturae auctoritate, imo contra illam, vt statim ostendam. Fundamentum vero illorum est falsum: nimirum, quia non potest Deus summe diligi, nisi summa intentione actus diligatur: potest enim summe diligi, & quauis actus intentione diligi, vt *infra* dicam, cum Doctiss. Suario. D. Thomas, & Alenfis; aliud verbis ianuunt, aliud quidem sensu docent, qui ex antecedentibus, & consequentibus facile eruitur. Alij Theologi dicunt, non requiri ad vera contritionem, summam actus intentionem: requiri tamen certum ad intentionem gradum, quem Deus nouit. Ita indicat Scot. *in 4. d. 4. qua. 2.* Est tamen opinio similiter improbabilis, & sine fundamento

ullo asserta. Contra quam æque pugnant argumenta e-
 tra primam sententiam allata. Alij Theologi dicunt re-
 quiriri ad veram cōtritionem intentiorem dolorem, qu-
 uis alio, quā habeamus pro alio quouis malo detestabili
 insuper requiri intentiorem amorem, quouis alio, qui
 quoduis aliud bonū præter Deum diligamus. Ita Pet. Soc.
lect. 14. & 15. de pœnitent. innuunt verbis Dur. in 4. d. 17. q. 1.
4. Rich. art. 1. quæst. 5. art. 3. D. Bonau. art. 2. Fundamentum
 est, quia ad veram contritionem tenemur detestati pec-
 catum supra omne detestabile, & Deum diligere supra
 omne amabile. Hæc sententia, æque est difficilis creditur
 atque duæ præcedentes, vt latè docet, & ostendit Scotus
in citato loco. Scotus in 4. d. 14. quæst. 2. inter contritionis,
& attritionis actum solius moræ differentiam agno-
uit, dixitque ad contritionem veram requiri, vt per illam
quam temporis moram daret. Hæc autem mora quæ
esse debeat, dixit solum Deum nosse. Hanc opinionem
probabilem putat Almain. in 4. d. 14. & ex parte sequuntur
Gaiet. tom. 1. Opusc. 4. quæst. 1. Veruntamen eorum funda-
 mentum est pene nullum. Illud est, Contritio est dispositio
 ad gratiam: sed dispositio debet antecedere formam
 ergo contritio debet antecedere gratiam. Concessa ma-
 iore, distinguenda est minor, dispositio antecedens, &
 præuia, debet antecedere formam tempore, concessa
 minorem, dispositio vltima debet antecedere tempore
 formam, nego minorem. Contritio vero est vltima dis-
 positio ad gratiam, & ideo non est necesse, vt illam præ-
 cedat tempore: sed est satis, vt præcedat natura. Hæc
 tamē Metaphysicis relinquamus. His præmissis dico
num. Discrimen inter contritionem, & attritionem, pos-
 est intensio doloris summa, vel aliqua certa, sed satis est
 substantia doloris talis (qui qualis esse debeat mox dicitur)
 in quocunque gradu intensiōnis, vel remissionis habere
ur, vt appellatur vera contritio. Ita Gabr. in 4. d. 14. quæ-
1. art. 2. conclus. 5. Scot. d. 17. quæst. 2. Medin. de pœnitent. tract.
1. quæstion. 5. Veg. libr. 13. in Trid. cap. 24. Nau. in sum. cap.
1. numer. 9. D. Leo Papa epistol. 91. ita inquit. Nec memo-
ricordia Dei mensuras possumus ponere, nec tempora desinere,
apud quem nullas patitur moras vera conuersio. D. Chrysostomus
epist. 5. ad Theodorum. Quantulamcunque & quamlibet
 breui

brevi tempore non despiciat pœnitentiam. Non patitur exiguæ pœnitentiæ amitti mercedem. Fundamentum eorum est, quia scripturæ sacræ conversioni in Deū absolute promittunt remissionem peccati, sine vlla intentionis limitatione. Quem modum loquendi, seu promittendi servat Conc. Tride. *sess. 14.* Cum vero aliqui sancti Patres hanc summam videntur postulare in peccatore intensionem doloris, eam requirunt non ad veniam culpæ consequendam per veram contritionem, & ex consequenti gratiam, & Dei amicitiam, sed ad obtinendam remissionem totius pœnæ, cui vt deleatur, debet proportionari dolor. Ita loquuntur D. Ambros. *lib. ad virg. laps. cap. 8.* & *lib. 2. de pœn. ca. 10.* D. Gregor. 4. *Moral. cap. 17.* D. Cyprian. *lib. de lapsis.* In hoc sensu reprehenduntur tepidi *Apoc. 3.* & postulatur dolor partus *Mich. 4. dole, & satage quasi parturiens.*

Dici etiam potest, sanctos Patres, & scripturas postulare summam intensionem non præcipiendo, sed constituendo. Locum autem Apocalypsis explicat D. Thom. *qu. 3. de malo arti. 13. ad 1.* de eo, qui cum fidem habeat, charitate caret. Exponi potest rursus de eo, qui modo bona, modo mala opera operatur. Dico *secundum.* Actus doloris, vt sit contritio, nulla indiget temporis duratione: sed simul ac elicitur, est, & dicitur vera contritio. Ita D. Tho. 3. *p. qu. 89. art. 2.* & *1. 2. qu. 113. art. 5. & 7.* Gabr. *in 4. d. 14. qu. 1. ar. 2. concl. 5.* Sor. *d. 17. qu. 2. ar. 4.* Medin. *tract. 1. de pœn. qua 5. ad finem.* Vega *lib. 13. in Trid. cap. 23.* Colligitur aperte ex *Ezech. 33. in quacunque hora ingemuerit peccator.* Docent hanc veritatem D. Leo, & D. Chrysostom. quos retuli in proxima conclusione. D. August. *de verb. & fals. pœn. ca. 17.* Cypr. *li. de lapsis circa finem. & epi. 28.* Hiero. *epi. 46. & 48.* Pacian *epist. 3. ad Simpronium.* Cœlestin. *Papa epi. ad Episcopos Gallie cap. 2.* Vera conversio, inquit, mente potius, quam tempore metienda est. Iulius. 1. *refertur. 26. quæst. 5.* Ratio est, quia ille actus, per quem infallibiliter peccator iuxta promissionem diuinam iustificatur, est, & dicitur vera contritio: sed per veram conversionem quamcunque siue longam, inquam, siue breuem peccator iustificatur: ergo talis conversionis actus, dicendus est, vera contritio. Dico *tertium.* Actus contritionis, &

attritionis differunt essentialiter, suntq; specificè distincti. Hæc est contra Auctores opinionum impugnati. Insuper contra Caietanum, qui assignat contritionem & attritionem in eo differri, quod hic dolor acceptetur Deo, ut ultima dispositio ad gratiam, & tunc dicitur contritio: ille vero minime, & tunc dicitur attritio. Ratio est quia hi Auctores solum accidentariâ, & extrinsecam differentiam assignant inter contritionem, & attritionem. Cum tamen assignanda sit differentia essentialis. *Deo quartum.* Actus doloris de peccato commisso, sumit in specificam differentiam ex motiuo, propter quod peccator dolet de peccato commisso, & sic actus specificè distinctus, dicitur contritio, alius vero attritio.

4 QVAEST. *Quod est motiuum, propter quod dolet contritus: quod est propter quod dolet attritus tantum?* Vere contritus dolet, quod offendit Deum, quem summe diligere debebat (appellatur communiter dolere propter Deum summe dilectum.) Attritus vero dolet de peccato, quia propter illud manet obnoxius pœnis inferni, vel dolet, quia comisit rem secundum se turpem, fœdam, & indecoram. Hæc motiua appellat *Con. Tra.* dolere propter pœnas inferni, vel propter fœditatem peccati. Ita Suar. loco citato.

5 QVAEST. *Quid est contritio?* RESP. Est dolor, quem nobis displicet peccatum à nobis commissum, pra omne odibile, cum proposito vitandi illud supra omne vitabile, quia est culpa contra honestatem Dei commissa, eiusq; dissoluit amicitiam, qui summe diligere debet. Hunc autem dolorem appellant Doctores perfecti. Breuius illam definiuit Toletus *lib. cap. 5. num. 1.* Contritio est præteriti peccati, ut est Dei offensa voluntaria, & per omnia detestabilia detestatio, cum proposito vitandi illud super omnia vitabilia, insuper cum proposito illud confitendi, data copia oportuni Confessarij. Colligitur hæc descriptio ex Concil. Colon. *tit. de pœn. pœnitent.* inquit, *est displicere id quod antea placuit.* Colligitur etiam ex August. *lib. de ver. & fals. pœn.* quem citat D. Thomas in *Addit. quæ. 4. art. 1.* ait enim dolorem esse comitè contritionis: Requiritur autem ad veram contritionem, ut dolor sit de omnibus peccatis antea commissis. Ita colligitur

ex doctrina Sanctorum Patrum, quorum testimonia referuntur in decretis de pœnit. d. 1. 3. 5. & 6. Item ex Ezech. capit. 18. & 33. Non tamen requiritur, vt de singulis, singulos habeamus dolores, sed est satis ex parte voluntatis vnico actu doloris pœnitere de omnibus simul sumptis. Ita communiter Theologi, quos sequitur Suar. *disp. de contrit. sect. 6.* contra Sylu. & Angel. & Caietan. verb. *contritio* oppositum asserentium. Ratio est, quia nullum datur præceptum talium contritionum, & pœnitentiarum, sed solius contritionis, & pœnitentiæ. Ex parte vero intellectus, requiritur recordatio, & memoria peccatorum, vt à me commissorum. Colligitur hæc veritas expresse ab Ezech. 18. ait enim. *Considerans peccata sua*, id est, a se commissa. Vtrum vero ad contritionem veram requiratur omnium omnino singulorum, non solum in specie, sed in indiuiduo recordatio. controuertunt Theologi. Illum in indiuiduo postulat D. Tho. 3. p. qu. 87. ar. 1. & 1. 2. qu. 113. ar. 1. & in 4. d. 17. qu. 2. ibi Palud. & Durand. Item d. 16. Richard. Bonauent. & Gabr. Sylu. Ang. verb. *Contritio*. Sor. in 4. d. 17. quast. 2. Medin. tract. 1. de pœn. qua. 3. Ruard. artic. 5. contra Luther. Eruitur fundamentum huius sententiæ ex dictis Isai. 38. *Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine anima mea.* Eruitur ex dictis Sanctor. Patrum. ex Chrysostom. pluribus locis homil. 9. ad Hebr. homil. 46. ad popul. homil. 4. de Laz. & diu. libr. 1. de compunct. cord. August. de ver. & fals. pœn. capit. 17. Gregor. 4. Moral. capit. 15. & lib. 8. capit. 11. Ambros. in præf. Psalm. 37. Ratio eorum est, quia ad iuste imponendam pœnam, debet iudex in singulari cognoscere culpas: item ad applicanda medicamenta debet chirurgus in singulari cognoscere vulnera; sed peccator in cōuersione, & detestatione peccati est sui ipsius iudex, & medicus, ergo, &c. Oppositam sententiam tenent Maior in 4. d. 27. quast. 3. Cathar. lib. 5. contra Caiet. rit. de contrit. Vict. in sum. 4. numero. 116. de pœnit. Ledesm. 2. 4. quastio. 1. art. 6. Veg. libro 13. in Trident. cap. 25. Nauar. ca. 1. num. 25. Est expressa opinio D. Thom. qu. 28. de ver. ar. 1. ad 3. & 4. Ratio eorum est, quia talis recogitatio sæpissimè est impossibilis simul, vt experimèto comprobatur in assiduis peccatoribus: & aliunde non datur locus scripturæ, vnde colligatur tanta obligatio. San-

Si vero Patres docent sapius, non quo necessarium est sed quod melius, & perfectius. Hæc secunda sententia est verior, atque iuxta illam, veram habet contritionem qui vnum peccatum memoria occurrens detestatur et motiuo generali, id est, quia est contra bonitatem Dei quem summe diligere debemus, eiusque dissoluit amicitiam. Ratio est, quia illa actualis detestatio vnius peccati in memoria præsentis ex motiuo generali complectente omnia peccata, est virtualis omnium peccatorum detestatio.

6 QVÆST. Oportetne toties dolere de peccato, quoties ipsius memoria occurrit? RESP. Si de illo iam habita est veritas, minime. Ratio est, quia Deus non iudicat, nisi ad idipsum; oportet autem de eo nullam iterum habere complacentiam, nam ipsa complacentia, est culpa lachryalis. Ita Med. tract. 1. de pœn. qua. 6. Adrian. quodl. 5. qua. 1. 2. Sol. in 4. d. 17. art. 6. Caietan. 3. p. qua. 84. art. 9. No. uar. cap. 1. num. 32. Singularis fuit sententia D. Thomæ 4. d. 17. qua. 3. art. Gabr. & Palud. ibid. atque d. 14. Bonæ 16. Alenf. 4. p. qua. 68. Memb. 2. arbitrari enim sunt debere esse recordari, & non dolere de peccatis, atque de illis iterum complacere. Veruntamen infirmo fundamentum nequit firma niti sententia.

7 QVÆST. Dolor contritionis debetne esse sensitivus, an sufficit intellectivus? RESP. sufficit intellectivus. Ratio est, quia dolor de peccatis, est cum auxilio Dei ordinatio nostra potestate: sed dolor sensitivus non est in nostra potestate: nam lachrymas fundere, & alia mœrotis signa habere nequimus sæpe cum volumus.

8 QVÆST. Requiritur ne ad veram contritionem, ut dolamus etiam de actu ipsius peccati, an est satis dolere de eo tantum? RESP. Affirmat absolute Vega loco citato, atque necesse est dolere etiam de actu peccati: distinguit opinione Suarius: nam vel actus est intrinsece malus, vel bonus, vel indifferens. Si est intrinsece malus, etiam est detestandus secundum se; si est intrinsece bonus, sed ex conscientia erronea exercetur ut malus: vel si est indifferens, & ex malitia operantis deducitur ad malum, detestandus est, quo ad modum.

9 QVÆST. Tenetur ne vere contritus detestari effectum bonum

bonum subsecutum ex malo actu peccati: RESP. Minime. Sed potest de illo complacere. Notat Suarius loco citato. Itaque potest aduiter complacere de filio suscepto ex maculato toro. Ideo complacemus de CHRISTI seruatoris redemptione subsecuta ex impia Iudæorum occisione, & sic de aliis effectibus.

10 *QVÆST. Estne vere contritus iam in gratia repositus, antequam accedat ad suscipiendum sacramentum Pœnitentiæ? RESP. Maxime. Ita communis schola certo, & indubitanter asseuerat cum D. Th. 1. p. q. 62. ar. 2. ad 4. & 1. 2. q. 109. art. 6. & q. 113. ar. 2. 3. & 4. & 3. p. 89. ar. 2. Capreol. in 4. d. 1. q. 2. art. 8. ad 1. Henric. & Bonau. in 4. d. 17. art. 1. q. 2. ac Reliquorum nullus negat. Est iam veritas certa ex Conc. Trid. sess. 14. c. 4. Ratio est, quia faciens, quod in se est, Deus non denegat gratiam: sed qui se per veram contritionem conuertit ad Dei amicitiam, facit, quod in se est; ergo illi non denegatur statim gratia.*

11 *QVÆST. Iustificatus per contritionem, indiget ne sacramento pœnitentiæ, hoc est, tenetur ne eadem peccata, de quibus est contritus in sacramento pœnitentiæ detegere? RESP. Indiget. Ita decernitur in Concilio Constantiensi, & Florêt. & Trid. sess. 4. can. 6. Traditur a Sixto V. Extrau. contra Pœnitentiam de Osna. quam refert Castr. verb. Confessio. Ratio est, quia actus contritionis includit votum confitendi peccata, de quibus conterimur, data oportuna copia confessarij. Ideo reiicienda omnino opinio Hugonis de sanct. Viêt. lib. 2. de sac. p. 14. cap. 1. Alenf. 4. p. 70. memb. 3. art. 1. D. Bonau. in 4. d. 17. p. 2. art. 1. q. 3. Scot. ib. q. 1. Caiet. cap. 20. super Ioan. oppositum, sine fundamento asserentium. Hinc fit, vt sacramentum Pœnitentiæ appelletur a Theologis cum D. Hieronym. epi. 64. secunda tabula post naufragiũ, sine qua non remanet salus. Appelletur clavis, sine qua nemo aperit, ab ipso Christo Domino, cũ dixit Petro. Tibi dabo claves regni cœl. vt notauit D. Aug. l. 6. 50. hom. & refertur c. Agite pœnitentiã de pœn. d. 1.*

12 *QVÆST. Quid est attritio? RESP. Difficillima est in hac questione resolutio. Recte tamen sic potest constitui. Attritio est dolor, per quem nobis displicet peccatum a nobis commissum supra omne odibile, cum proposito vitandi illud supra omne vitabile, propter ali-*

quod motium supernaturale, quod non sit Deus ipse, quatenus est summe bonus, à quo peccatum auerget. Quem dolorem appellant Theologi imperfectum, quia per eum non statim iustificatur attritus, ve iustificatur per contritionis perfectum dolorem. Hec est descriptio, per quam melius declaratur essentia attritionis quam alia descriptione. Circa eam multa sunt adnotanda certa, & indubitanter asserenda. Primum est, hanc contritionem esse dispositionem ad gratiam. Ita Concil. Trident. sess. 14. c. 4. Secundum est, hanc attritionem non posse esse ex aliquo turpi motiuo. Notat Rupertus *lib. 11. de glor. filij hom. & lib. 2. in Ionam.* vbi vocat talem penitentiam exitiosam. Tertium est, hanc attritionem non posse esse ex motiuo temporali, aut humano. Notat Aug. *lib. de ver. & fals. pœn. capit. 2.* vbi talem dolorem vocat inutilem, & sine spe veniæ. *Lib. vero de carnib. & indis rudib.* vocat penitentiam fictam. Neque item ex aliquo motiuo naturali. Oppositam docuit Sor. *in 1. 17. qu. 2. art. 5. & lib. 2. de Nat. & gratia ca. 14. & 15. Caus. Relect. de pœn. quod assertum impugnat Suar. tom. 3. disp. 28. sect. 3. & merito, quia nostra assertio est Concil. Araucani 2. Milen. & Trident. assertentium attritionem, quæ pars est sacramenti pœnitentiæ esse donum Spiritus sancti. Ita loquuntur D. Tho. 3. p. q. 85. art. 5. Bonavent. *in 4. d. 17. ar. 2. q. 2. Alens. 4. p. q. 17.* aiunt enim attritione christianam esse, ex gratia gratis data, hoc est, ex auxilio diuino supernaturali. Vnde manifeste apparet esse actum supernaturalem, & quidem sit ex auxilio supernaturali.*

13 QVAEST. Quod est hoc motiuum supernaturale attritionis? RESP. Duplex, nimirum, metus gehennæ, & factus peccati. Ita Concil. Tridentin. sess. 14. cap. 4. Quoniam dolet de peccato propter metum gehennæ, vel propter turpitudinem ipsius peccati, vere contritus est. Nam timor pœnæ à Deo infligendæ, præsertim timor æternæ damnationis, & operatio ex hoc timore est actus bonus & opus bonum. Ita de fide certum conc. Trid. sess. 6. can. 8. & probatur 2. 2. quest. 19. à Theologis asseritur ab *Eccl. 26. Domine in angustia requisuimus te.* vbi Septuaginta translalerunt. *Domine propter timorem requisuimus te.* Notat ibi eleganter D. Hieron. Item Proverb. 15. Propter timor

timorem Domini, declinat omnis à malo Defenditur à San-
 ctis Patribus Chrysolom. hom. 1. ad Rom. Aug. serm. 18. de
 verb. Apostol. Gregor. 2. mor. capit. 6. Bernard. ser. 37. in
 Cant. Fremant licet hæretici neoterici, & quamuis ex
 parte negent aliquot catholici Gregor. in 2. d. 26. quæst.
 1. artic. 3. ad 1. princ. Almain. tract. 1. moral. capit. 3. dub. ult.
 Adrian. quodlib. 4. quæst. 2. Dupliciter vero potest timor
 mali euitandi concurrere ad operationem aliquam,
 nimirum, vel vt occasio excitans sopitam cogitatio-
 nem, & torpentem ad operandum, vel vt finis, quem o-
 perans intendit, scilicet, euitatio talis mali. Vtroque i-
 gitur modo metus gehennæ concurrens ad dolorem,
 quo peccatum detestamur, est sanctus, & honestus. De
 priori modo concurrenti indubitanter loquitur Con-
 cil. Trident. sess. 6. cap. 6. iuxta illud: *Initium sapientia timor*
Domini. docuit August. relatus cap. sicut seta de pœn. quæst.
 2. vbi confert timorem setæ sutoris, quæ introducit fi-
 lum, sic timor introducit charitatem: *perfecta autem cha-*
ritas faras mittit timorem, non vt malum, sed vt imperfe-
 ctum De secundo modo concurrenti, loquuntur asse-
 ueranter D. Thom. 3. p. qu. 87. art. 5. Alrithod. lib. 3. sum-
 tract. 1. capit. 1. qu. 1. Alen. 3. p. quæst. 84. m. 1. & 2. Dionys.
 Carthul. in 3. d. 3. q. 3. Sor. Ledesm. & alij moderni. 1. 2. q.
 art. 2. Quod vero etiam vt finis proximus concurrat me-
 tus gehennæ ad attritionem Christianam, dixit Conc.
 Trid. loco citato. Ita illud interpretatur Suar. Ratio eius
 est. Quia causa excitans externe, non specificat actum:
 Conc. vero dixit actum contritionis esse specificè di-
 stinctum à contritione, quia fit propter metum gehennæ:
 nam præpositio, Propter in rigore significat finale
 motuum finalemque causam. Colligo autem ex doctri-
 na tradita, neminè detestari peccatū propter metum ge-
 hennæ, vel propter foeditatē peccati Christiana attritio-
 ne, & dispositione ad gratiā, nisi Dei auxilio supernatu-
 rali adiutū; quia talis detestatio est actus supernaturalis.

¶ QVÆST. Suntne alia motiua supernaturalia, propter
 quæ detestemur peccatum vera, & Christiana attritione?
 RESP. Sunt quidē. Verumtamen ad duo posita, & assigna-
 nata per Conc. Trid. reducuntur. Nā si quis detestetur pec-
 catū ex amore vitæ æternæ (vt quidē detestari sancte pō-
 test)

est) amore inquam, concupiscentiæ, non amicitie, vere
arteritur. Hoc tamen motuum reducitur ad metum ge-
hennæ. Ad eundem metum reducitur motuum aliarum
pœnarum propter quas aliquis detestatur peccatum.
Quæ pœnæ quamvis temporales sint, si considerantur
inflictæ à Deo, Deique iram ostendunt, & quodam-
modo inchoant æternum supplicium, mouere possunt sa-
pernaturaliter, & ex auxilio gratiæ. Ita explicat Doctri-
simus Suarius opinionem Vegæ li. 13. in Trid. c. 14.

15 QVAEST. Qui horum duorum dolorum est necessarius ad
consequendam gratiam in hoc sacramento pœnitentiæ, prop-
rius, an imperfectus: Hoc est, estne pars huius materiae con-
tritiõis, an attritiõis: hoc est, requiritur ne ad hoc sacramentum con-
tritiõis, an satis est attritiõis? RESP. hac in re grauissime con-
uertit Doctores. Sũt multi, quia affirmant ad hoc Sacra-
mentum non requiri vel contritiõem, vel attritiõem, sed
esse satis voluntatem confitendi, & aboliuendi post con-
fessionem absque displicentia, vel complacentia pecca-
ti. Ita Sylu. confessio. 1. quæst. 25. & tribuit Scot. in 4. d. 4.
quæst. 4. artic. 3. ait enim Scotus pœnitentem, licet parum
attritus accedit ad hoc sacramentum, iustificari. Hæc o-
pinio est temeraria contra alios Theologos, & Doctores.
Videtur aperte damnata in Concil. Trident. sess. 6. cap.
7. & 14. quia requirit ad remissionem peccati, etiam in
Sacramento proprium dolorem pœnitentis. Sess. vero 14.
capit. 4. ait Ecclesiam nunquam docuisse, vel sentisse Sa-
cramentum pœnitentiæ conferre gratiam, sine proprio
motu pœnitentis. Alii dicunt sufficere ad hoc Sacramen-
tum displicentiam, quam habet peccator ex eo, quod non
habet dolorem de peccatis commissis. Ita indicat Palud.
d. 17. quæst. 1. artic. 5. Nau. in sum. cap. 1. nu. 21. & c. 10. nu. 4.
Est etiam opinio falsa. Ratio est, quia illa displicentia
est quædam velleitas, quæ quidem nunquam sufficit ad
mutandam voluntatem. Scotus vero libr. 2. de nat. & grat.
cap. 15. & 17. 4. d. 18. quæst. 3. art. 2. affirmat, sufficere attritiõ-
nem naturalem existimatam à peccatore attritiõnem
supernaturalem. Cano. de pœn. p. 5. & Veg. libr. 13. in Tri-
dent. ca. 3. 4. aiunt sufficere bonam existimationem pœni-
tentis, qua credit se esse vere contritum, licet in re nec
contritus sit, nec attritus. Ratio eorum est, quia tunc satis
101.

colitur obex ad gratiam, & iustificationem. Alij Theologi asserunt partem materiæ proximæ Sacramenti Pœnitentiæ essentialem, esse solam veram contritionem, hoc est dolorem perfectum, quem contritionem appellamus. Ita Magist. sent. in 4. d. 6. & 18. Alef. Alenf. 4. p. quæst. 80. alias 21. ment. 1. D. Bonau. in 4. d. 13. art. 2. quæst. 1. Gabr. q. 2. & d. 14. quæst. 2. Maior ibidem. q. 2. & d. 18. quæst. 1. Adrian. quodlib. 5. q. 3. & clarius q. 1. de confess. Petrus Soto de pœn. lect. 7. & de confess. lect. 4. Ratio eorum est, quia contritio in lege Naturæ, ex lege ipsius Naturæ, erat medium necessarium ad salutem: sed lex gratiæ nõ destruit Naturam; ergo nec medium ab ipsa necessario ordinatum. Maior est certa ex testimonijs Scripturæ sacræ postulantibus in peccatore dolorem ad obtinendam veniam peccati. *Nisi pœnitentiam egeritis, omnes simul peribitis.* Illa vero testimonia postulabant ante legem gratiæ contritionem: nam attritio nunquam fuit per se satis ad remissionem peccati. Minor est Theologorum proloquium, igitur conclusio est necessaria. Alii dicunt ad hoc sacramentum satis esse attritionem in re, existimant vero contritionem. Ita Vict. de potest. Eccles. q. 2. Sor. lib. 3. de Nat. & Grat. cap. 15. & in 4. d. 18. q. 3. art. 2. in fine. Ledesm. 2. 4. q. 20. artic. 1. Veg. lib. 13. in Trident. cap. 34. Cordub. qu. lib. 1. qu. opin. 3. Nauar. 6. i. num. 38. citantur etiã pro hac opinione. Bonau. Durand. & Richard. in d. 17. sed falso, nihil enim hac de re aiunt, vel negant. Ratio eorum est, quia peccator tenetur quantum in se est facere, ut accedat contritus: ergo saltem debet putare se esse contritum, ut digne accedat.

Dico primum. Non est necessaria vera, & realis contritio, ut materia proxima huius sacramenti pœnitentiæ, sed satis est vera, & realis attritio. Ita aperte decernere videtur Concil. Trident. sess. 14. c. 4. vbi appellat attritionem, contritionem imperfectam, atque talem contritionem imperfectam esse donum Spiritus Sancti, disponenteque hominem ad impetrandum gratiam in hoc sacramento. Ratio sã priori est, quia si contritio esset in re necessaria ad hoc sacramentum, cum contritus sit in gratia, semper accederet ad hoc sacramentum, in gratia: hoc autem repugnat institutioni huius sacramenti

menti

menti: fuit enim institutum à Christo Domino ad dandum gratiam amissam per peccatum commissum: aliter qui institueretur ad effectum, quem supponeret semper factum: essetque inutilis, & vana institutio. Quod quidem nullatenus cogitandum, ne dicam asserendum.

Dico *secundam*. Vt attritio sit pars materiæ huius sacramenti, per quod iustificetur peccator, non est opus, ut existimetur contritio, sed sufficit cognita attritio. D. Thom. 3. p. q. 80. art. 3. & 4. ad 2. & in 4. sem. d. 17. q. 22. & 24. & Opusc. 22. cap. Sumitur ex Scot. d. 14. q. 4. Palud & Capreol. d. 17. Anton. 3. p. tit. 14. cap. 19. §. 5. Confessio 1. qu. 2. Ruard. artic. 5. contra Luth. Can. de pen. p. 5. Eruitur hæc veritas ex doctrina dict. Concil. Trident. absolute asserentis attritionem esse sufficientem materiam huius sacramenti, & dispositionem ad gratiam consequendam. Si vero opus esset, ut existimeretur vera contritio, Concilium declararet talem conditionem. Ita illud interpretatur Suar. *disp. de attritio. sect. 1.*

Dico *tertium*. Attritio necessaria ad hoc sacramentum poenitentiae, debet esse actus supernaturalis. Hoc aper- colligitur ex doctrina generali Conciliorum, præcipue Arausiaci, & Mileuitani definitum dispositionem ad gratiam debere esse supernaturalem. Concilium vero Tridentinum *sess. 6. cap. 7.* addit etiam dispositionem ad gratiam cum sacramento. Specialius vero loquens de attritionis dispositione ad gratiam in sacramento poenitentiae, definit esse donum Spiritus Sancti. Ita decretum *sess. 14. c. 4.*

Dico *quartum*. Dolor, ac detestatio peccati, qui reuera non est attritio, sed solum existimatur vincibiliter vel etiam inuincibiliter attritio, non est sufficiens materia ad hoc sacramentum. Ita Doctbr. Suar. *lecto præparato. citato*. Probatum efficaciter, quia attritio est medium necessarium cum sacramento; error vero existimationis non facit illum dolorem veram attritionem, ergo &c. Atque per hæc soluta manent aliarum opinionum fundamenta.

16 QVAEST. Dixisti de necessitate attritionis ad gratiam consequendam in hoc Sacramento poenitentiae: sed quia

adhuc Doctores controuertunt, an requiratur huiusmodi attritio supernaturalis, ad valorem solummodo Sacramenti. Profert in medium aliorum opiniones, & quid pro certo asserendum in hac dubitatione? R. S. P. Satisfaciam pro virili. Aliqui dicunt sufficere voluntatem confitendi, & affluendi absolutionem. Ita Gab. in 4. d. 14. q. 2. ar. 1. Durand. d. 16. qu. 1. & d. 17. q. 13. Palud. qu. 8. Maior. d. 1. qu. 2. Alij dicunt sufficere displicentiam quamcunque cum uelleitate non peccandi. Ita Caiet. tom. 1. Opusc. tract. 5. q. 5. & in sum. verb. confessio. cond. 12. Vict. Can. Ledesmi Palud. & Syl. citati. Alij dicunt sufficere quemcunque dolorem, & detestationem naturalem ex motiui humano. Ita Sor. d. 18. q. 3. ar. 3. Nau. in cap. Fratres de pecc. d. 5. nu. 35. Alij dicunt sufficere quemcunque dolorem, dummodo talis dolor existimetur vera attritio, quamuis ex ignorantia vincibili. Alij tamen requirunt ad hanc existimationem ignorantiam inuincibilem. Fundamenta, & rationes horum Auctorum ferme sunt eadem. Nimirum, quia si bene se accusat peccator.

Nihilominus dico *primum*. Eadem attritio requiritur ad perficiendam substantiam sacramenti, quæ requiritur ad in eo consequendam illius effectum, hoc est gratiam. Ita Gab. in 4. d. 17. qu. 1. articul. 3. dub. 2. Maior. quæst. 3. & 9. Adrian. quæst. 5. de confess. dub. 4. ad 5. Medin. q. 2. de confess. fict. iteran. Vaga. libr. 13. in Trid. c. 26. 34. 35. Probatur efficaciter per Conc. Trident. sess. 14. c. 3. contritionem esse partem huius Sacramenti, nihil distinguens inter contritionem ad effectum Sacramenti sufficientem, atque ad substantiam Sacramenti conficientem. Dico *secundum*. Dolor est de essentia materię huius sacramenti penitentię. Ita D. Th. 3. p. q. 84. art. 1. ad 1. & q. 86. art. 6. p. & q. 90. ar. 2. & 3. & in 4. d. 14. q. 1. art. 1. D. Anton. 3. p. tit. 14. c. 19. §. 5. plures referunt lib. 9. in Trid. ca. 5. & Cordub. lib. 9. q. 2. opin. 3. Dico *terium*. Dolor necessarius ad hoc sacramentum debet habere displicentiam de peccatis commissis, & propositum nunquam alia committendi. Ita Conc. Trid. sess. citata. Dico *quartum*. Dolor necessarius ad substantiam sacramenti, debet esse supernaturalis. Ita Conc. Trid. loco citato. Unde manifeste infertur falsam esse opinionem supra positam, de

de quouis dolore existimato attritione, ex ignorantia
sive vincibili, sive invincibili:

17 *QVÆST. Dic igitur uno verbo in quo conveniant, in quo
discrepent contritio & attritio: RES P. Vterque actus est su-
pernaturalis, factus cum auxilio supernaturali, cadens
supra omnia peccata commissa, & nondum rite confessus
cum dolore præteritorum, & proposito firmo cavendi
in futurum. Specificantur vero ex motibus: nam con-
tritio dolet de peccatis, quia sunt Dei offensa, quem sum-
me diligere debemus: attritio vero dolet propter me-
ritum gehennæ; vel ob fœditatem peccati. Differunt in
effectu: nam contritus ante sacramenti Pœnitentiæ sus-
ceptionem, reponitur in gratia per votum suscipiendi
sacramentum data oportunitate & ideo per contriti-
onem remittitur tota culpa. Attritus vero ante sacra-
menti Pœnitentiæ susceptionem manet adhuc in peccato
neque illius absolutionem accipit, nisi per ipsum sacra-
mentum, recipiendo gratiam sacramenti. Ideo Doctores
dicunt attritum recipiendo hoc sacramentum ex atto-
to, fieri contritum, hoc est, recipere gratiam, & absolu-
tionem peccati, quam recipit vere contritus. In effectum
vero remissionis pœnæ, æquales sunt contritio, & attritio:
per utramque enim semper remittitur pars pœnæ: nec
tamen semper tota. Ita definiuit Conc. Trid. sess. 6. c. 13.
& can. 30. & sess. 14. cap. 2. & 8. can. 12. 13. & 14. Dixi
semper remitti totam pœnam, quia tanta esse potest con-
tritio, & attritio, ut tota pœna per eam remittatur, cum
ipsius doloris habitus. Ita D. Thom. 3. p. q. 68. art. 4. & lab. 4.
son gent. c. 72. cum communi Theologorum.*

De confessione ori. parte secunda essentiali
materia proxima sacramenti
Pœnitentiæ. §. 6.

- 1 *Quid est confessio sacramentalis.*
- 2 *Quæ integritas confessionis necessaria est.*
- 3 *An numerica distinctio peccatorum in peccatio-
nis, sit de integritate confessionis.*

4 Quid

- 4 Quo pacto aperienda sit in confessione numerica distinctio peccatorum.
- 5 De circumstantijs aperiendis in confessione.
- 6 Vnde colligenda sit circumstantia notabiliter aggrauans.
- 7 Quot sunt circumstantia peccati.
- 8 An peccata iam semel confessa, sint aliquando de integritate alterius confessionis.
- 9 Quando est confessio nulla.
- 10 Quomodo prior inualida confessio, est iterum facienda.
- 11 An confessio, in qua prius à peccatis, quam ab excommunicatione excommunicatus fuit absolutus, sit inualida.
- 12 An confessio fuit inualida in qua ex culpabili moraliter negligentia peccatis fuit per obliuionem omissum.
- 13 An ratiōe pœnitentiæ è memoria defluentis, teneatur pœnitens præteritam confessionem repetere.
- 14 An teneamur confiteri peccata venialia.
- 15 Quo pacto dicenda sint in confessione peccata dubia.
- 16 Quæ confessio non integra, est sufficiens.
- 17 Ob quas causas fieri potest confessio dimidia.
- 18 An sit valida confessio per nutus, cum aliter fieri nequit.
- 19 An sufficiat dare materiam confessionis in absentia confessoris.
- 20 An liceat dimidiare confessionem ratione nocuementi proprij vel alieni inde prouenturi.
- 21 An liceat omittere omnino confessionem ratione
Medull. Casuum. l. l. nocu-

- documenti proprii, vel alieni ex ea pronuntiari.
- 22 Quod peccatum est addere, vel demere de numero peccatorum, negando factum, affirmando namquam commissum peccatum.
- 23 An sit adhibenda diligentia in examinanda conscientia & qua adhibenda est.
- 24 Quid dicendum sit de confessione reservatorum parte poenitentis.
- 25 Qua peccata reservari solent, & possunt.
- 26 Qua peccata reservantur in Dioecesi Paderbornensi.
- 27 Quas condiciones habitura est sacramentalis confessio.
- 28 De conditione Secreta.
- 29 An poenitens possit, & teneatur confiteri per scriptum, cum aliter confiteri nequit.
- 30 An valida sit materia in scripto relicta, vel in testimonio, absente confessario ad hoc sacramentum, accedente confessario.
- 31 An fieri possit confessio per interpretem, & cum aliter fieri nequit.
- 32 An propter solam integritatem confessionis teneatur poenitens detegere personam compunctam.
- 33 An propter integritatem confessionis teneatur poenitens detegere personam, & peccatum tertie personae, de qua detraxit.
- 34 An propter integritatem confessionis teneatur poenitens scribere peccata, ne desluant à memoria.

2 QVAESTIO. *Quid est confessio sacramentalis?* RESP. Est integra peccatorum cum suis circumstantiis ab ipso peccatore ultro suscepta. Ita colligitur ex Doctoribus, qui agunt de hac accusatione sacramentali. Magist. in 4. d. 17. Hug. Vict. tom. 2. de sacrament. p. 14. Alex. Alenf. 4. p. 9. 76. alias 1. Altrifiodorēsi lib. 1. sum. tract. 6. Iuris peritis cap. Omnis vltimusque de poen. & remiss. & in Decreto. de dist. poen. ibi. Nau. d. 5. 6. 7. Summist. verb. confessio. Waldens. lib. 1. tom. 1. Ruard. cont. Luth. art. 5. Vega. lib. 13. in Trid. Bellarm. lib. 3. de poen.

2 QVAEST. *Quae integritas confessionis necessaria est?* RESP. De necessitate, & valore sacramenti poenitentiae est, ut poenitens omnia peccata mortalia, nondum confessa eidem sacerdoti in eadem confessione, seu in ordine ad eandem absolutionem confiteatur, quantum moraliter meminisse potest, ita ut nisi urgeat necessitas, nullum occultet voluntarie. Ita definiunt Concil. Cautloense cap. 32. Lateran. cap. omnis vtriusque sexus. Florent. in decreto. Eugenij, quatenus praecipunt omnia peccata eidem confiteri. Clarius id decreuit Conc. Trident. dicens. *Qui retinet scienter aliquid, nihil divina bonitati per sacerdotem remittendum proponit.* Haec fuit semper totius Ecclesiae traditio, hic usus constat ex Clem. prim. epist. prim. ex Leon. epist. 78. alias 80. Cyprian. lib. de lapsis. vbi Pamel. sess. 11. Titul. lib. de poenit. cap. 10. Paciano. in parentesi. de poen. Clarius ita docuit August. libr. de vera, & fals. poen. cap. 15. Dividere, inquit confessionem, ni aliud est, quam venia carere. Plura referunt Burcar. lib. 19. Decret. capit. 34. & Canisius in Catechis. Ratio huius conclusionis traditur a D. Thom. in quarto dist. 17. quaestione. tertia articulo. quarto. Quia vnum peccatum morale remitti non potest sine alio: in hoc vero sacramento non remittitur nisi peccatum confessum, & accusatum: ergo si omnia simul remittenda sunt, omnia simul sunt confitenda, & accusanda. Dico secundum: De necessitate huius integritatis est, ut omnes peccatorum species morales explicentur distincte in confessione. Hic est antiquissimus Ecclesiae vniuersalis usus. Ita sexta Synodus in can. 102. Titulano Conc. Florent. & Later. trident. sess. 14. cap. 5. & canon. 7. Ratio a Conc.

Tradita est, quia ad iustitiam seruandam in hoc iudicio
 & ad curationem satisfactionemque proportionate ad
 hibendam oportet, vt confessor cognoscat species crimi-
 num. Neque in hac Ecclesie vniuersalis confes-
 sione admittenda est opinio Caiet. *tom. 1. Opusc. tract. de
 confess.* asserentis tunc solummodo hoc esse necessarium
 quando distinctio specifica est clara, & nota omnino
 insuper est tanta, vt multum variet iudicium confessum.
 Quæ doctrina displicet Cano. *relict. de pœn. p. 6. & Nauar.
 cap. consideret. num. 8. 19. de pœn.* Est enim opinio
 singularis, quæ rem magni ponderis, & ad salutem neces-
 sariam relinquit arbitrio pœnitentium, facitque diffi-
 cilem, quam non fecerunt Concilia. Hinc tam
 aperte colligitur circumstantias mutantem speciem pec-
 cati, esse de necessitate huius integritatis. Ita docent
Conc. Trident. loco citato. Ratio est, quia illæ circumstan-
 tiæ constituunt multas species peccatorum. Dico
 tium. De necessitate huius integritatis est numerum pec-
 catorum singularium distincte explicare. Ita supponit
 antiqui Theologi, docuit D. Thom. *Opusc. 12. q. 6. de
 verb. & fals. pœn. ca. 14.* Videtur decernere *Conc. Trid.*
 dicit. *Sigillatim dicenda esse peccata.* Vnde colligitur modum
 Theologi nunc rem esse certam, contra Syluest. *confessio-
 num. prim. & Archidiaconum* atque Angel. *confessio-
 numer. 20.* oppositum asserentes. Difficile vero est
 nare, vnde colligenda sit distinctio numerica pec-
 catorum, vt explicetur in confessione. Dico tamen collige-
 da ex temporis interruptione. Ita Cano. *de pœn. Cas.
 tom. 1. Opuscul. tract. ultim. respons. 15. & 2. 2. q. 66. n.
 3. ad 3. Ledesm. 2. 4. q. 9. Nauar. cap. Consideret. n. 1.*
 Itaque idem peccatum censetur, quatenus continuatur
 absque temporis interruptione. Exempli gratia, cogi-
 tavi, de homicidio perpetrando per horam, vult
 peccatum. statui necum hominem occidere, post
 hanc voluntatis determinationem anno integro
 reuocaui hæc voluntatem censetur idem peccatum. Di-
 ficilius tamen est assignare, quænam temporis inter-
 ruptio satis sit ad diuersificanda peccata. Veruntamen
 missis metaphysicis considerationibus in excogitatione
 inueniendaque numerica peccatorum distinctio
 (qua

(quia nostri instituti non sunt) loquendo moraliter in ordine ad confessionem, necessaria est ad multiplicationem peccatorum interruptio moralis. Hæc interruptio moralis tripliciter fit. In primis, cum quis voluntaria deliberatione cessat ab actu peccandi, & postea noua deliberatione, voluntarie peccat in eodem peccato: siue tempus, quo cessauit, longum sit, siue breue. Deinde, cum quis ab actu peccandi, seu à voluntate peccandi cessat absque vlla deliberatione cessandi, sed naturali quadam lassitudine potentia, interposito autem longo tempore ad eundem actum peccati, redijt. Hoc autem longum tempus censeretur hora. Tertio modo colligitur hæc numerica distinctio peccatorum ex consummatione totali vnius actus: sunt enim in actibus humanis nonnulli, qui habent certum terminum, in quo consummantur. v. g. vna copula maris, & femina, vna occisio. Hæc autem actus consummatio ita distinguit peccatum, vt licet immediate post aliud subsequatur, duo sint, non vnum peccatum. Ita Suar. *disput. de integrit. confess. sect. 3.* Ratio eius est, quia præceptum confessionis solum obligat ad aperiendum numerum peccatorum, qui moraliter sciri potest, eamque postulat integritatem, qua satis iudicium confessarij verum sit erga peccatoris conscientiam, sed hæc supra dicta integritas, satis est ad firmandum iudicium confessarij, ille insuper tantum numerus moraliter sciri potest; ergo, &c.

3 QVÆST. *Estne hac numerica distinctio necessario aperienda in peccatis omissionis?* RESP. Negauit Nau. cum Gabr. in 4 d. 15. q. 2. ar. 2. Affirmandum tamen est, dicendumque in peccatis omissionis, quæ (vt aiunt Theologi) actum habent successiuum, diuturnamque durationem, non satis esse dicere in confessione, ego nõ restitui, quod debebam, deinuique alienum vno anno: sed debeo dicere; & teneor. Ego deinui alienum vno anno, & toties proposui illud non restituere. nam poteram restituere. & nolui. Ratio est, quia hæc peccata sunt moraliter multa. Voluntatis autem multiplicatio colligi potest ex vsu rei alienæ, nam quoties illa vsus sum, & cum possem illam, non restitui, toties volui moraliter illam non restituere.

4 QVAEST. Quo pacto aperienda est haec numerata dicitur in confessione? RESP. Dico primum Quando peccatum constat de certo numero peccatorum, ille certus numerus dicendus est, nec maior, nec minor. Dicendum autem rem vnico verbo: decies verbi gratia vel vigesies, cum do indiuidua peccata sunt eiusdem speciei. Exemplum: septies commisi adulterium. Ita Caietan. *tom. 1. p. 1. tract. 3. q. 6. Nau. in sum. cap. 6. nu. 14.* Narratio historica singulorum peccatorum est confessoribus testis, & aliquando tam confessori, quam poenitentibus. Ita aduertunt citati Doctores, in super vterque sermo & Cano locis citatis Dico secundo. Quando facta non diligenter in examinanda conscientia occurrit numerus tantummodo dubius, sub dubio aperiendus est, et minusve. Si vero post confessionem veniant memoriae alia, singularim distincta peccata ab aliquibus circumstantia non declarata in praeterita confessione iam inclusa fuere in illo numero incerto, ac poenitentia tenetur poenitens ea singularim, & speciatim declarare. Hoc tamen non intelligo, quando illa occurrence peccata, occurrunt in magno numero: tunc enim lenius aperienda, quia non censentur inclusa in illo paruo. Inuenit Doctor Suarius loco citato. Dico tertium. Quando occurrit numerus certus, nec dubius peccatorum declarandum est in confessione tempus, quo quis poenitauit in peccato. Item declaranda frequentia actus. Ita citati omnes Doctores.

5 QVAEST. Quae circumstantiae aperienda sunt in confessione? RESP. Quadrupliciter considerari possunt circumstantiae peccati. In primis. Sunt circumstantiae mutantis speciem peccati, hoc est, nouam alterius speciei peccati malitiam inducentes. *verb. grat.* circumstantia adhibita addita fornicationi, quae facit, vt praeter peccatum fornicationis noua malitia adulterij inueniatur in eodem actu libidinis. Deinde aliae sunt circumstantiae quae intra eandem speciem notabiliter augent peccati malitiam. Tertio sunt aliae, quae notabiliter minuunt malitiam. Dico igitur primum. De necessitate integritatis confessionis est, circumstantias mutantis speciem

stincte aperire. Hic est sensus vniuersalis Ecclesiæ. Ita definitur in 6. Synod. & Conc. Trident. *ses. 14. c. 5. can. 7.* Hæ autem circumstantiæ aperiendæ sunt non solum circa actum externum, sed circa actum etiam infernum. Ita adnotauit D. Anton. 3. *p. tit. 5. cap. 1. §. 6.* Nau. in sum. c. 6. nu. 4. Ledesm. 2. 4. *qu. 8. art. 2.* Satis vero est has circumstantias peccati declarare, vt peccata distincta, si moraliter satis explicari possint. Ita Doctissimus Suarius loco citato. Dico *secundum.* Circa notabiliter aggrauantes circumstantias fuit opinio negans. Ita D. Thom. in 4. d. 16. *quest. 3. art. 2. quest. 15.* Alb. Mag. ib. *art. 24.* Palud. *quest. 3. articul. 3.* Durand. *quest. 4.* Bonau. d. 17. *q. vlt.* Almain. *q. 1. art. 2.* Carthul. *q. 2.* Adrian. *q. 4. de cōfess. ar. 2.* Medin. ib. *q. de circumst. Anton. 3. p. tit. 14. c. 13. 19. §. 7.* Nau. in sum. c. 6. *§. c. Consideret num. 6.* Couar. *Epitom. 4. Decret. 1. p. ca. 1. nu. 14.* Turrecr. c. 1. *in principio de pœn. dist. 6.* Angel. Armil. & alij summistæ. *verbo confessio, & verb. circumstantia.* Prima huius opinionis ratio sumitur ex Concil. Trident. *sess. 14. cap. 5.* Nam decernit, esse de necessitate confessionis, confiteri circumstantias speciem mutantem nihil vero dicit de circumstantiis aggrauantibus. Probabilior tamen est opposita sententia. Ita Altifiodorensis *lib. 4. sum. tract. 6. cap. 3. quest. 3.* Alenf. 3. *p. q. 77. memb. 3. art. 2. §. 1.* Marsil. in 4. *q. 12. art. 1.* Maior. in 4. d. 17. *q. 4.* Richard. *art. 2. quest. 8.* Caiet. 1. 2. *qua. 7. & in sum. verb. confessio. condit. 15.* Vict. in sum. nu. 13. *de pœn.* Cano Ledesm. vterque Sor. *locus citatis.* Sumitur ratio huius opinionis ex usu conscientiarum timoratarum; quem quidem approbat 6. Syn. *can. 102.* in Trullo. Concil. Bormaciense. c. 25. c. *Consideret. de pœn. dist. 5.* Auct. *de vera & fals. pœn. cap. 14.* & *lib. de visit. infirm. cap. 1.* Secunda ratio sumitur ex pœnitentijs per sacros canones appositis grauioribus intra eandem speciem, quas videre est apud Gratianum *can. 2. & 22.* Anton. Aug. *tit. 3. cap. 3.* quæ pœnitentiæ imponi iubebantur à confessarijs, etiam in foro interiori, vt videre est apud Bureardum *lib. 19. Decreti. cap. 5.* Tertio denique, quia si hæ circumstantiæ taceantur, an format cōfessarius plenum iudicium peccati, quo possit, vt æquus iudex imponere satisfactionem, & vt sapiens medicus adhibere remedia curationis. Cōc. vero Trid. quæ-

uis circa has circumstantias nihil definiuit, nihil tamen negauit, sed adhuc eas opinioni reliquit. Dico *tertium*. Circumstantiæ notabiliter minuentes peccatum in eandem speciem, non sunt de necessitate confessionis. Ita D. Bonau. citatus. Nau. in sum. ca. 6. nu. 6. Doct. Sotum & alij contra Sotum, Canum, & alios. Ratio eius est, quia in circumstantijs minuentibus, non variatur iudicium confessarij, sicut variatur in circumstantijs notabiliter aggrauantibus. Dico *quartum*. Circumstantiæ, quæ mutant speciem, neque intra eam peccatum augent, neque minuunt, non sunt de necessitate confessionis. Hæc est certa, vt non indigeat probatione.

6 QVÆST. Vnde colligenda est circumstantia notabiliter aggrauans? RESP. In hac re non potest certa regulatio dari. Ideo totum negotium relinquatur prudenti conscientiæque exulcerationi existimantis decessisse ordinarium modum peccandi. Ita Doctor Sotus.

7 QVÆST. Quot sunt circumstantiæ? RESP. Septem quæ Doctores vnico versu comprehenderunt.

Quis, Quid, Vbi, Quibus auxilijs, Cur, Quomodo, Quando.

Quis, id est, quæ persona. *Quid*, id est, quod crimen magnum, vel paruum circa quantitatem. *Vbi*, hoc est, quo loco. *Quibus auxilijs*, id est, quibus instrumentis, quibus locis, seu auxiliarijs. *Cur*, id est, propter quem nem. *Quomodo*, hoc est, quæ ex passione, quo affectu, intentione, quæ ignorantia, & scientia. *Quando*, id est, quo tempore. Circa circumstantiam, *Quis*, nota da est qualitas personæ, nimirum, an soluta, an iurata, an voto constricta, an in religione professæ, an publica, an subdita, an ex officio, solæ caritate obligata: hæc enim circumstantia sæpius mutat speciem peccati. Circa circumstantiam, *Quid*, notanda est quantitas, & qualitas peccati. Circa circumstantiam, *Vbi*, dicendum est, an locus fuerit sacer, tunc est furtum in eo factum: vel humana copula habita, si non humani seminis voluntaria effusio, habet malitiam sacrilegij. Circa circumstantiam, *Quibus auxilijs*, in instrumento dicendum est, an fuerit lege prohibendum.

vel nocumentum intulerit grauius ordinario. De con-
causa, seu complice dicendum, an alium induxerit ad
peccandum, quia tunc nouam habet malitiam scandali,
& hoc debent confessarij semper habere præ oculis. Cir-
ca circumstantiam, *Cyr*, norandus est finis, propter quē
eligitur medium. Et hæc circumstantia sæpius mutat
speciem peccati, quia sæpius medium, quod eligitur
propter illum finem, non est medium à natura ipsa ordi-
natum ad talem finem. *Verbi gratia*, eligitur machia ad
furtum. Si enim media, licet secundum se mala sint ab
ipsa natura ordinata ad talem finem, ille finis consequatur,
satis est explicare finem. *Verbi gratia*, vsus est quis
tactibus impudicis ad libidinis actum, adepto actu satis
est illum explicare, nec est opus tactus impudicos confiteri.
Circa circumstantiam, *Quomodo*, explicanda est di-
uinitas propositi committendi peccatum: & frequens
de eo cogitatio: insuper patrati criminis rati habitio, seu
complacentia: per hæc enim omnia colligitur mentis
intentio, Si vero quis peccauit ex consuetudine, hoc
est, post iam multa commissa peccata eiusdem spe-
ciei, & confessa, eam consuetudinem dicturus est
confessario, quia ex ea colliget confessarius morale peri-
culum perseuerandi in eo, & applicabit efficaciora reme-
dia. Circa circumstantiam, *Quando* dicendum est, an lege
prohibitum sit, vt tale opus fiat tali tempore. An vero
omne peccatum ex eo quod fiat in die festo grauius red-
datur, affirmarunt Alenf. D. Bonauer. & alij, quos refert
Cordub. lib. 1. *quæst.* 6. Oppositum tamen est verum. Ita
Sor. lib. 2. *de iust. quæst.* 4. *art.* 4. Couar. *cap. Alma* p. 1. §. .
num. 3. Nauar. *cap. Confidret. nu.* 12. & *in sum cap.* 6. num.
9. traditurque 2. 2. *quæst.* 122. Ratio eorum est, quia licet
finis diei festi, sit diuinus cultus: & qui peccat hunc di-
uinum cultum violet, cum tamen finis præcepti de san-
ctificando festo, non cadat sub præceptum, nullum qui
peccat in die festo, frangit præceptum, ac proinde non
tenetur illam circumstantiam in confessione aperire.

8 QVAEST. *Estne opus ad integritatem confessionis dicere
peccata iam semel confessa?* R. S. P. Dico primum. Cum con-
fessio fuit inualida, requiritur ad integritatem subsequē-
tis confessionis, peccata iam confessa iterum confiteri.

Hæc propositio adeo certa est, vt licet ex malitia confessarij intentionem non habentis absoluendi, inualida sit confessio, tenetur peccata iterum clauibus Ecclesie subijcere. Dico secundum. Cum valida fuit confessio peccata semel confessa, non sunt amplius ex necessitate confitenda. Ita Benedict. XI. *Extravag. Inter cunctas de privileg.* Ioan. XXII. *Extravag. Vas electionis de hæres.*

9. *QVAEST. Quando est confessio nulla?* RES P. Quando defuit dolor necessarius, cum proposito cauendi in posterum: vel integritas confessionis: vel intentio absoluendi: vel formæ prolatio: vel prolatio verborum eo modo vt sensum formæ mutaret: vel iurisdictio ad absolendum. Non est autem inualida confessio facta sacerdoti habenti iurisditionem, ita tamen indocto, vt nesciat adicare inter mortale aut veniale peccatum, inter reueruatum, aut non reueruatum (quanquam nonnulli Theologi id dixerint, vt refert Gabr. in 4. d. 17. qu. 1. art. 3. ab 2. Anton. 3. p. tit. 14. cap. 19. Sylu. confessio. 1. quæst. 6. Victor sum. num. 168.) si pœnitens bona fide apud illum confiteatur. Dixi bona fide, quia si mala fide id faciat, hoc dolens, & prudens eligit talem ineptum confessarium, & remedia pœnitenti adhibenda, inualida erit confessio in indispositione pœnitentis. Ita ex Caiet. Pet. Sor. *lib. 4. de confess.* cum alijs, quos refert Cord. in *summ. vulgari. quæst. 6.* & sequitur Doctor Suarius.

10. *QVAEST. Quo modo facienda est iterum inualida confessio?* RES P. Dico Primum. Si fit alteri confessario, distinctè omnia sunt repetenda. Dico secundum. Si fiat eadem confessario, & ille meminerit peccatorum omnium, non verbo potest fieri accusatio, Sicut fieri potest, cum confessor omnia nouit extra confessionem. Si vero confessarius peccatorum sit oblitus, dubitant Doctores, an sufficiat illud vnum verbum, nimirum si sufficiat dicere. Accuso me reum omnium peccatorum, quæ tibi Pater confessus sum. Negat Cord. in *summ. quæstion. 6.* Ratio est, quia ad imponendam pœnitentiam, oportet meminisse peccatorum. Affirmat Medin. *Codic. de confess. quæ. de circumst. & quæstion. de confessio. facta malo sacerdoti.* Adrian. *quæstion. 4. de clauib.* Ratio eorum est, quia memoria confessarij non requiritur ad absolutionem im-

peritendam: nam si quis dies plurimos consumat in confessione facienda, & confessarius die ultimo non recorderetur peccatorum, illum potest absolueret. His non obstantibus dico sic. Si confessarius nec distincte, nec confuse habet notitiam status conscientie pœnitentis, & in præterita confessione pœnitentiã non imposuit, requiritur, vt distincte fiat mentio peccatorum. Secus dicendum est, si saltem confuse recordatur: vel pœnitentiã in præterita confessione imposuit. Ita sumitur ex Palud. in 4. d. 17. quæst. 5. num. 22. Syluest. confess. 1. qu. 3. Nauar. in summa. ca. 9. nu. 19.

11 QVÆST. Estne confessio inualida, ac proinde nulla, & ideo iteranda, si pœnitens excommunicatus prius à peccatis, quam à censura fuit absolutus? RESP. Si censura non erat reseruata, ea reseruatione, vt priuaret confessarium iurisdictione in foro sacramentali: & talis confessarius tam super eam, quam supra peccatum habebat iurisdictionem: & pœnitens bona fide ex parte sui fuit absolutus, valida fuit confessio & ideo non est iteranda. Ita Suarius cum veriori sententia. Dixi, Si censura non erat reseruata ea reseruatione, vt tolleret à confessario iurisdictionem circa peccata, quia ita aliquando ferri potest. Dixi, si pœnitens bona fide fuit absolutus, quia si mala, hoc est, sciens prius perendam absolutionem à censura, quam à peccatis, peccauit grauiter in recipienda absolutione à peccatis, & ideo fecit inualidam, & sacrilegam confessionem. Dixi, ex parte sui, quia si mala fides fuit ex parte confessarij volentis illum non absolueret à censura, absolueno à peccatis, adhuc valida est confessio.

12 QVÆST. Omisit quis peccatum in confessione, ex ignorantia vincibili oblitus, in qua obliuione peccauit lethaliter, nimirum, quia non adhibuit diligentiam necessariam in examinanda conscientia, rogo, an talis confessio fuerit inualida, & ideo sit iteranda? RESP. Res est controuersa. Pars affirmans defenditur à Suario disp. de integ. confess. sect. 5. Licet oppositum multis teneatur.

13 QVÆST. Oblitus est pœnitens satisfactionis imposita, teneturne iterum peccata confessio, propter qua fuit imposita pœnitentia iterum confiteri? RESP. Videntur affirmare Palud. in 4. d.

in 4. d. 17. quest. 5. art. 3. Richard. artic. 2. quest. 8. ad 4. De Anton. 3. p. tit. 14. cap. 16. Syluest. confessio. 1. quest. 3. Oppositum tamen est practice verum, & absque villo scelerato tenendum. Ideo, quocumque modo poenitens, culpabiliter, inquam, vel inculpabiliter oblitus fuerit poenitentia, non tenetur repetere praeteritam confessionem. Ira Gabr. in 4. d. 17. quest. 1. Caietan. verb. confessio. in 4. d. 20. art. 2. ad 1. Medin. de confess. rep. confessio. Sot. in 4. d. 20. art. 2. ad 1. Maior. d. 17. quest. 6. dub. ult. Nau cap. 9. num. 17. Per. de lect. 2. de satisfact. Ratio est, quia per priorem confessionem culpa omnino fuit remissa, absque vlla dependentia a satisfactione implenda: satisfactio autem potest impleri alijs poenis ab alio confessario impositis pro peccato commisso in culpabili obliuione.

14. QVÆST. *Estne de necessitate integra confessio, cum peccata venialia?* RES P. Minime. Ita decreuit Conc. Trident. sess. 14. cap. 7. Et can. 7. Et hæc fuit Christi Domini institutio, iuxta Ecclesie traditionem. Ideo vel tota, vel aliqua possunt a poenitente omitti.

15. QVÆST. *Quid censes de peccatis dubijs?* RES P. Dico primum. Peccata moralia dubia sunt de necessitate confessionis. Ita D. Thom. in 4. d. 17. quest. 3. artic. 1. & 2. quest. 2. art. 3. Palud. quest. 2. circa finem. Rich. dist. 16. num. 5. quest. Sot. d. 18. quest. 2. art. 4. Med. de confess. facta per sacerdoti Nau in sum cap. 9. numer. 14. Sylu. Verbor. Summistæ. Ratio est, quia in dubijs tutior pars est eligenda. Dico secundo. Hæc dubia peccata, vt dubia sunt confitenda non vt certa.

Ratio sumitur ex Concil. Trident. decernente esse confitenda peccata, quæ sunt in conscientia: ergo vt sunt in conscientia sunt confitenda. Deinde quia dicere certum esse, quod scio esse dubium, ex se est mendacium Tertio, quia si grauius deciperetur confessarius. Dico Tertium in confessione peccati dubij, semper adiungenda est materia certa. Hæc autem potest esse quodlibet veniale peccatum. Ratio est, quia aliter conficiendum esset Sacramentum sub conditione: hoc autem nunquam est admitterendum, nisi cum aliter fieri non possit. Ita Doctor Suarez loco citato.

Quale verò oporteat esse hoc dubium, controuertunt Doctores

Doctores. Dicendum vero tunc esse hoc dubium quando peccator probabiliter iudicat se peccasse mortaliter: de alia vero parte solum habet quandam suspicionem. Deinde cum peccator habet pro vtraque parte probabiles rationes dubitandi; & pro neutra potest iudicium ferre. Ita Navarr. *in sum. cap. 9. num. 14.* Quæstio grauis est an tale dubium dicendum sit, in quo est peccator, qui pro vtraque parte habet probabiles rationes. quamuis in alteram cum maiori, vel minori probabilitate inclinet nimirum se peccasse, & non peccasse mortaliter? Negat Suarius, atq; peccatorem tuto se posse conformare iudicio probabili, quo iudicat se non peccasse, & ideo nõ teneri tale peccatum confiteri. Ita etiam Sylu. *confessio. 2. quæst. 2.* Ratio eius est: quia homo in rebus practicis, potest sequi opinionem probabilem, non obstante probabili, vel etiam probabiliore, quando in rebus ipsis non imminet aliquod periculum vt traditur 1. 2. *quæst. 29. c. 20. in materia de conscientia.* quoniam in hac vita nequit haberi certitudo, & propterea, cum pro vtraque parte controuertunt Doctores, possum tuto sequi probabilem aliquorum opinionem, & confessarius tenetur, si velim, illi opinioni conformari.

16 QVAEST. *Quæ confessio non integra est sufficiens?*
 RESP. Dico *primum.* Confessio in qua aliquod peccatum omisum est propter obliuionem naturalem, aut ignorantiam inuincibilem, valida est, & integra formaliter, licet materialiter diminuta. Ita communiter Doctores. Ratio est, quia illa ignorantia antecedens, facit inuoluntariam omissionem, vt traditur 1. 2. *quæst. 6.* Dico *secundum.* Confessio in qua omisum est peccatum propter culpabilem moraliter negligentiam non est, integra, & ideo iteranda. Ratio est, quia illa negligentia culpabilis non excusat voluntariam omissionem: ac proinde illa culpabilis ignorantia æquipollet scientiæ. Dixi propter culpabilem moraliter negligentiam, quia non sufficit negligentia venialis, vt notat Doct. Suarius. Resolutio est Caietan. *verb. confess. cond. 10.* Pet. Sot. *lect. 10. de pen. Nau. in sum. cap. 9. num. 16.* Medina. *de confess. quæstion. de confess. dim. iteranda.* Sumitur ex Conc. Trident. *session. 14. capit. 3.* vbi ter ait necessario adhibendam diligentem

tem examinationem conscientiae ad digne accedendum huic sacramento recipiendo, ergo, qui non adhibita necessaria diligentia, accedit ad hoc sacramentum mortaliter peccat, & proinde nullum recipit sacramentum.

17 **QVÆST.** *Ob quas causas fieri potest confessio diminuta*
RE SP. Ob tres. Propter defectum vitæ propriæ, nam quis est morti vicinus, satis est dicere vnum tantum peccatum. Secunda propter assistentiam aliorum, qui accedere nequeunt, vt contingit in naufragio, vel in bello, statim conficiendo. Tertia, cum sacerdos peccatorem auditurus timet contagium infirmitatis, vt contingit in peste. Aduerte tamen in prima; & tertia cauendum esse peccatum, quod grauius pungit conscientiam. In secunda vero, quod minus gignat scandalum. **Doctor. Suar.**

18 **QVÆST.** *Quid censes, cum poenitens explicare non potest conscientiam, nisi per nutus, vel signa aliqua, qua ostendit animi dolentis peccatum à se commissum in communi*
RE SP. Negat **Sot. in 4. dist. 18. quæstion. 2. artic. 5. Ledesma. quæstion. 8. artic. 4. Canon. relect. de poenitent. p. 5. Nauar. capit. 26. sum. num. 27. cum Abulens. quem citat. quæst. 4. in capit. 16. Matth.** Ratio eorum fundamentum habet in **Concil. Trident.** quia **Conc. Trident.** damnat confessionem in genere, atque faciendam esse in specie, hoc est damnat confessionem, qua quis fateretur se esse peccatorem, atque necesse esse dicere se esse peccatorem aliquo genere peccati. Talis autem confessio, est confessio in genere, neque nouum circa talem poenitentem generat confessario iudicium, sed quod habet de omnibus confessione vtentibus, omnes enim peccatores sumus, iuxta illud **Ioannis. Si dixerimus, quod peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est.** Nihilominus opposita sententia practicè est vera in presentia confessarij, secuta & exercenda. Ita **Palud. in 4. d. 23. quæst. 2. D. Anton. 3. p. tit. 10. ca. 2. Sylu. confessor. 3. quæst. 15. Ang. confess. 4. num. 8. Medin. de confess. quæ de pec. oblitus. Reu. art. 3. cont. Luth. pag. 140. Cord. lib. 5. de indulg. quæ 19.** Ratio est, quia est in necessitate vera accusatio specialis. **Conc. autem Trid.** locutum est de materia certa, quæ voluit

titie omittitur, quæ quidem omnino danda est, & communis non sufficit, cum certa & particularis dari potest. Itaque asserendum est, si propter temporis angustias, vel impedientem aliquam necessitatem, pœnitens nequit plusquam signa contriti animi peccantis ostendere, volens per ea signa peccatum a se commissum, & recognitum, quodcumque fuerit, iudicio sacramentali subijcere, esse talem pœnitentem absolvendum.

19 QVAEST. Sufficiunt ad veram confessionem hæc signa dare in absentia confessarij, si confessarius in presentia pœnitentis adhuc vili sufficientia habeat testimonia de prateritis signis habitis & in ordinem ad confessionem præbitis, petendo confessionem, qua illi non est adhibita propter absentiam confessarij? RESP. Affirmant suarius de pœnitent. disput. de confess. dimin. & sufficiente, atque confessarium teneri talem pœnitentem absolueri subintellecta conditione, si absolui possit. Hoc intelligit, vt proposuisti, si ea signa contritionis de die in ordinem ad confessionem, petendo, vt illi vocetur confessarius. Aliter, quamuis se deuotum, & contritum præbeat infirmus, non est absolvendus. Aliquæ difficultates, quæ opponi possunt, soluit idem Doctor, quas breuitatis causa prudens omitto, & sciens.

20 QVAEST. Quid dicendum arbitraris, cum ex reuelatione peccati in confessione graue sequetur nocumentum proprium, vel alienum? RESP. Dico primum. Nemo tenetur confiteri peccatum, ex cuius confessione sequetur graue nocumentum proprium. Ita D. Tho. in 4. d. 17. qu. 3. ar. 3. qu. 4. ad 5. Palud. ibi. qu. 5. Maior. qu. 5. Alens. 3. p. qua. 77. memb. 3. ar. 1. ad 1. Altiusod. in sum. tract. 6. ca. 3. q. 3. Pet. Sor. lect. 10. de conf. Can. de pœn. p. 5. Nau. in sum. ca. 7. nu. 3. & 4. Ratio est, quia hoc præceptum non obligat cum tanto periculo. Dico secundum. Nemo tenetur confiteri peccatum, ex cuius confessione sequetur graue periculū alterius tertie personæ. Ita citati Doctores. Ratio est, quia eadem charitatis lex erga nos quæ vnūquemq; de obligat a seruando hoc præcepto, cū illius obseruatione sequetur graue nocumentum proprium, de obligat nos ab eodem seruando cum sequitur graue nocumentum proximi, si quidem illum ac nos diligere iubet. Dico tertium. In his

euentis

eventus timor non satis est quavis, sed debet esse probabilis, & cadens, (vt grauiter aduertit Doctor Suarez) In prudentem vitum. Nam cum omittenda sit grauidam præcepti executio, non quavis causa debet esse efficiens.

21 QVÆST. In superioribus euentis, quomodo faciendæ confessio? RESP. D. Thom. in 4. d. 17. quæst. 3. art. 3. Vig. Inst. catho. cap. 26. §. 4. vers. 17. arbitrantur tunc omnimodam esse omnino confessionem, debereque poenitentem se gerere, ac si non haberet copiam confessoris. Dicuntur tamen. In ijs euentis faciendæ est confessio de cæteris relictis, tacendaq; peccata, ex quorum reuelatione conueniens periculum nocenti prædicti. Ita docent Soc. & Nauar. ex Alenf. & Palud. locis citatis sup.

22 QVÆST. Estne contra confessionis integritatem negare factum, vel affirmare quod poenitens non fecit? RESP. D. Thom. primum. Dicere aliquod mendacium in confessione, est peccatum veniale, grauius quidem eo, quod esset dictum contra confessionem. Ita Suarez. Ratio est, quia irreuerentia non est tanta, vt culpam inducat mortalem. Dico secundum. Negare in confessione aliquod peccatum veniale non est plus quam veniale. Ita Suarez, propter supradictam rationem. Si vero quis prudenter amphibologia utatur (qua quidem in hoc casu uti potest; quia non iurandum interrogetur à confessore, siquidem rogatur de re, quæ non dicitur, dicere minime tenetur, peccata enim venialia, non tenentur de necessitate confessionis, vt iam supra respondi) negare veniale peccatum erit. Dico tertium. Affirmare in confessione aliquod peccatum veniale, quod poenitens non commisit, non dando aliam materiam, est peccatum mortale, & graue sacrilegium. Ita Suarez. Ratio est, quia forma profertur irrita, & nulla, vt pote non habens materiam, quâ informet. Dico quartum. Affirmare aliquod veniale, quod poenitens non commisit, simul cum aliquo à se commissis, peccatum est mortale, docuit Palud. d. 21. quæst. 2. num. 12. D. Bonau. art. 2. quæst. 2. Caiet. de confess. cond. 4. Arm. num. 5. Ledesm. 2. 4. quæst. 5. art. 4. Ratio eorum est, quia cadit forma supra falsam materiam partialem. Nihilominus non esse peccatum mortale tenentur.

nuit Ang. *confess. 1. num. 16. & 17. Sylu. qu. 8. Sot. d. 18. qu. 2. art. 4. Pet. Sot. lect. 10. de pœn. Nau. capit. 21. num. 37. Suar. disp. de integ. conf.* Ratio eorum est, quia defectus est in materia non necessaria, deceptio autem confessoris est in re leui, & ideo sacramento non fit grauis irreuerentia, confessoris autem iudicium non immutatur notabiliter. Contra hanc secundam, & veriolem sententiam opponitur grauis obiectio. Si quis inter hostias triticeas ponat alius hordaceas, & super omnes proferat formam Eucharisticam, peccaret sine dubio mortaliter, ex eo quod veræ materiæ sacramenti Eucharistiæ apponit falsam, ergo similiter peccabit, qui veræ materiæ sacramenti Pœnitentiæ, apponit falsam: hoc autem facit, qui confitetur peccata verè à se commissa, & simul peccatum à se nunquam commissum, ergo, & cetera. Obiectionem sic soluit Suar. concedendo assumptum, negando consequentiam: quia forma Eucharistiæ per se primo designat materiam præsentem, & sortitur effectum circa illam quam significat: forma vero pœnitentiæ per se primo designat personam pœnitentis, & effectum circa illam, nimirum remissionem peccatorum: quæ remissio non impeditur propter aliquod veniale peccatum. Deinde, quia peccata sunt materia remota Pœnitentiæ. Materiæ autem remotæ veræ miscere aliquam falsam, non est mortale, vt non peccaret mortaliter, qui aquæ veræ ad Sacramentum Baptismi misceret rosaceam, ex ignorante deuotione. Dico *quartum*. Negare in confessione, seu tacere aliquod peccatum mortale, reuera à se commissum, est grauissimū sacrilegij peccatum. Hæc est Catholica veritas à nemine negata. Dico *quintum*. Affirmare ex malitia in confessione à se commissum fuisse aliquod peccatum mortale, quod reuera pœnitens non commisit, arbitratus est *Syl. loco proximo* esse tantum culpam veniale. Ratio eius est quia non est mendacium perniciosum: graue sibi, non facit iniuriam, non iustæ infamiæ, quæ quidè leuis videtur. Oppositum est omnino asserendum cum citatis Doctor. insuper cum D. Bonau. *in 4. d. 17. qu. ult. Vlt. in sum. nu. 130. Nau. cap. 27. nu. 248.* dicendum quod esse graue sacrilegium, contra veritatē iudicij sacramentalis, decipiendo in materia graui, & necessaria iudicem

Medull. Casuum.

M m illius

illius sacratissimi foro pernicioso mendacio, erga verissimum sacramenti tribunal. Ita Doctor Suarius.

23 QVÆST. *Estne diligentia adhibenda, in examinanda conscientia, ut satis fiat præcepto confessionis?* R. S. P. Bli. quæ. Ita docuerunt omnes Catholici Doctores, Eamque quamcumque volunt, sed grauem, & necessariam. Scot. in 4. d. 17. art. 2. Gab. quæst. 1. Maior. quæst. 3. Socin. quæst. 2. art. 4. Ledelm. 2. 4. quæst. 5. art. Caiet. tom. 1. Conf. tract. quæ 3. Vict. in sum. num. 178. Pet. Sor. lect. 10. de confess. Sylu. conf. 1. quæst. 3. Nau. cap. 9. num. 16. &c. Fræ. pœn. d. 5. num. 66. & Conc. Trid. sess. 14. cap. 5. exactissimis verbis id declarans. Quam vero grauis, & necessaria adhibenda, colligendum est ex conscientia cuiuslibet, & latetibus, quas quidem explorare iubet Cœl. Cauendum tamen est, ne sit nimia sollicitudo, & curitas in certo omnino peccatorum numero inuestiganda. Ratio Suarij est, quia præceptum de integritate confessionis, non obligat ad summam diligentiam, sed tantum ad moralem. In nimietate vero sollicitudinis peccata interuenire docet. Nau. cap. Fratres. num. 72. quia nimis perturbat conscientiam. Hinc manifestè apparet peccata lethaliter pœnitentem, qui ad pœnitentiæ Sacramentum accedit, non præhabito diligenti, & necessario examine ad peccata inuenienda, ut certus eorum numerus minusve aperiri possit in confessione. Ad vero, quæ hac mortali negligentia accedit, recipiat verum Sacramentum, controuertunt Doctores. Inter eos alij Scot. d. 8. qu. 3. ar. 3. Cano. de pœnitent. p. 3. con. 3. Vict. in sum. num. 148. atq; in hoc euentu concedunt Sacramentum pœnitentiæ informe, hoc est, verum absque effectu. Negandum tamen est cum Caietan. verb. conf. cond. 10. Opus. obscurius loquatur. Pet. Sor. lect. 10. de pœn. Nau. cap. 9. num. 16. Medin. cod. de confess. tit. de confess. dim. iterum. Ratio est, quia non est vere attritus, qui peccando mortali ter accedit ad Sacramentum: sed ad essentiam sacramenti requiritur vera attritio, ergo, &c.

10 QVÆST. *Quoniam una ex præcipuis difficultatibus est, possit pœnitens facere non integram confessionem propter quod peccatum reſeruaturn, supra quod non habet confessionis iurisdictionem, & hac materia de reſeruaturn est valde notanda.*

necessaria, profer quid dicendum sit de ea? RE SP. Dico primū. De hęc est posse valide, & licite peccata referuari. Ita definiuit Con. Trid. ex perpetua traditione Ecclesie. Fremat heretic⁹ Wicleff. vt refert Wald. 10. 7. sac. c. 149. Ratio est, quia iurisdicctio inferiorū ministrorum, manat à superioribus Prælati, & ideo potest ab eisdē largius, vel stricti⁹ cōmunicari, pro vt expedire iudicauerint cōmuni vtilitati fidelium. Dico 2. Quicumq; delegans iurisdicctionē, potest delegato iurisdicctionē dare circa hęc, & non circa alia peccata. Hęc est certa, etiam circa quosuis parochos, vt in particulari de illis adnotauit Maior in 4. d. 17. qua. 5. Quanquā, vt docet Suar. non sit in more eos vti hęc, qua polsūt, autoritate. Dico tertiu. Referuatio peccatoru fieri potest ob solam meram voluntatē referuantis, absq; vlla causa. Ita Suar. cū cōmuni. Dico quartū. Iurisdicctio postquam semel delegata est absolute, etiam potest postea coarctati particulariter, & ideo erga talem delegatū polsunt referuari peccata. Ratio est, quia delegatio, non est, absoluta donatio, sed quadam concessio, pendens à voluntate delegantis. Dico quintum. Peccant grauitex Prælati, qui absque vlla rationabili causa, sed ob suum commodum, vel contumaciam sibi multa peccata referuant cum immodico grauamine subditorum. Veruntamen talis adhuc referuatio valida est, & tenet. Ita Suar. doctē, & grauitex. Ratio prioris partis est, qua Prælati Ecclesie positi sunt ad regendam Ecclesiam Dei in ædificationē, non autem in destructionem. Ratio secundæ partis est, quia alioqui liberum maneret pœnitentibus, & confessorijs iudicium de iniusta referuatione, & inualida: quod quidem conscientijs maximo foret noeuimento. Dico sextum. Prælati ordinarij superiores, polsūt referuare sibi peccata erga pastores Ordinarios inferiores. Ita videtur de sine certum ex Conc. Trid. & ex traditione, & perpetuo vlu Ecclesie. Ideo Papa potest referuare erga alios quoscuq; inferiores. Episcopi erga parochos, &c. Dico septimum. Hanc referuatiōem Ordinariōrum erga alios inferiores ordinarios, polsunt superiores non solum sibi, sed etiam tertiæ alij personæ a se electæ referuare. Conclusio est contra Sot. in 4. d. 8. q. 2. Veruntamen eam tuetur Suar. & probat ex praxi. Nam Papa interdum referuat

sibi, interdum Episcopis, & Conc. Trident. *sessi. 24.* quaedam reseruat Episcopo vel vicario Episcopi, quibus soli Episcopo. Dico *octauum.* Reseruatio facta ab Ordinarijs, erga Ordinarios praelatos vt iusta sit, debet esse rationabili causa. Si vero sine causa iusta fiat, arbitrium Sotus, & Ruardus *locis citatis*, eam esse inuvalidam, & nullam. Affirmat veruntamen Syllu. *confessor. 1. quastum. 17.* Henricus *quodlib. 27.* Alij loquuntur cum distinctione, utuntque summum Pontificem posse reseruare absque causa, erga omnes omnino alios Ordinarios; Episcopum vero non posse erga parochos. Ira Maior *in 4. d. 17. quastum.* Angel. *verb. casus.* Ratio eorum est, quia iurisdictio parochorum, non est ab Episcopis, sed a Papa; & ideo Episcopi nec parochias diuidere, nec mutare proprietate queunt, sed tantum vt Apostolicæ sedis Legati, uti notauit Concil. Trident. *sessi. 21. cap. 4. de reform.* Hæc distinctio non displicet Suario. Dico tamen (quid quid reulatiue defendi possit) practicè semper reseruatorem esse seruandam, recurrendumque ad superiorem paratum ordinarium reseruantem.

23 QVÆST. Quæ peccata reseruari solent, & possunt reseruari. Dico *primum.* Peccata uenialia non solent reseruari. Reseruentur quidem, quia ad ea remittenda in sacramento penitentia, etiam requiritur iurisdictio, quæ negari potest; & negata est aliquando inter Religiosos: uenialia tamen huiusmodi reseruatio esset inuutilis, quia uenialia peccata remittuntur extra hoc sacramentum. Dico *secundum.* Peccata mortalia purè interna, non solent reseruari. Possent quidem, quia ad ea remittenda in hoc foro, requiritur iurisdictio, quæ negari potest. Dico *tertium.* Si Prælati inferiores Papa reseruent peccata purè interna, reseruatio est nulla. Ita Doctores. Ratio est, quia ex tacito Ecclesiæ consensu peccata purè interna incapacia sunt, reseruationis. Dico *quartum.* Quoduis peccatum externum reseruari potest. Ita sentiunt Catholici. Ratio est, quia ad quoduis peccatum externum, requiritur iurisdictio, quæ quidem ex iustis causis negari potest. Dico *quintum.* Ex uicarijs communis nullum peccatum reseruatum est Papa, quod non habeat annexam excommunicationem. Ita

qua reservatione non solum referuatur censura, vt volu-
it Duran. in 4. d. 17. quest. 15. & Caietan. in summ. verb. ca-
sus. & Ruard. artic. 3. contra Luther. sed & culpa, vt censuit
D. Thom. in 4. d. 17. quest. 3. artic. 4. quest. 2. ad 4. Palud.
quest. 1. art. 1. Gabr. qua. 1. art. 3. dubio 2. Maior. quest. 5. Sor.
d. 18. quest. 2. art. 5. Nauar. capit. 27. numer. 261. Dixi, ex vi
iuris communis, quia ex motu proprio Xixti V. de male
promotis per saltum, referuatur peccatum, & non ap-
ponitur censura. Dico sextum. Modo, ex vi iuris com-
munis nullum peccatum est referuatum Episcopis. Ita
Doctor Suarius. Dixi Modo, quia olim referuata erant
aliqua per *extrauag. Super cathed. de priuileg.* sed haec reuo-
cata est per *Clement. Dudum. de sepult.* vt docet Suarius
contra Gloss. *ibid.* & Sylu. *verb. casus.* Nam verba reuoca-
tionis absoluta sunt, nimirum. Omnino cassamus, atque
per singulos casus discurrendo, late & doctè probat Sua-
rius. Dico septimum. Ex vi Constitutionum cuiusque
Diocesis, & ex consuetudine seruata, nonnulla peccata
referuata sunt; standum igitur est constitutionibus, &
consuetudini.

26 QVÆST. *Qua peccata referuantur in hac nostra Dice-*
cesi Bra-harenfi. RES P. Ea, quæ continentur tit. 3. de *sacra.*
confess. Const. 6. hisce Lusitanis verbis: *Os casos que à Nos, ou*
nosso Prouisor, ou Vagairo referuamos são os seguintes. Con-
tem à saber. Heresia Blasfemadores publicos. Eriticeiros, ou Fe-
iticeiras. Homicidio voluntario, posto em exccucano, incen-
dio feito acinte por fazer dano. Item Sacrilegio. Ex commun-
hano maior, posto por homem, ou por direito. Item auer alheo,
cuyo dono nano he sabido, que passe de cen reis, e' nano passando
os ponderano absoluer, com tanio que primeiro façano entregaro
dito dinheiro para à fabrica dessa igreja donde forem freiguejes.
E sendo mais contia de cen reis se for no lugar onde estiuer na-
se Prouisor, ou Vigairo, ou no termo, entregar selhes'a com o es-
criuano do seu carrego, para o mandar distribuir em obras pias.
E sendo fora do dito lugar, e' termo se entregar à o dinheiro, ou
censa alhea ao cura do lugar ao qual mandomes sob pena de ex-
communhano. E de pagar todo o que assi retiuer cõ outro tanto,
que o entregue ao Visitador, que primeiro vier visitar à dita I-
greia O qual pregunt ar à por isto na visitaçano, e' o que achar
mãdara gastar em obras pias, não achando certa informacano

de cuius seia. Itē dizimos nao pagos as Igrejas onde se heu
 passẽ de valia de cẽ reis, & nao passando os ponderão
 com tanto, que satisfacão à passõa à que assi foram deuõs. E
 algũ sacerdote em outra maneira absoluer em este caso de
 mos, conuẽ à saber, sendo de maior contra de cen reis, ao di
 nor. sen primorro satisfazer à quem per temçano pouca em
 pessoa pena de excommunhão maior nestes escriptos. Item
 meros clã. stinos, & testemunhas delles. Itē cometaçães de
 tos, qualesquer que seiano. Itē manos violentas em clã. stinos.
 o que se orde nou per salto ou com licença falsa au. que se cap
 furtiuamente. Item testemũb. falso em actos, ou em iuro
 ptura falsa. & por que he cousa trabalhosa, & perigosa tem
 Arcebispo por absoluçães de todos os casos Pontificas. Nao
 est à Constituçães todos os outros à Nes por direito re. pado
 virando estes assina conteudos. cum metemos aos Prior. Ab
 bades, Rectores, & curas de noço Arcebispo, & lhes damos
 der, que passano delles absoluer, como õ Nos por direito pã
 fazer.

27 QVÆST. Quas conditiones habet sacramentalis
 confessio? RESP. Sexdecim, quas Doctores his versibus
 prchenderunt.

Sit simplex, humilis, confessio, pura, fidelis.

Sit nuda, discreta, frequens, libens, verecunda,

Integra, secreta, lachrymabilis, accelerata,

Fortis, & accusans, quæ sit parere parata.

Quarum conditionum explicatio claret ex terminis
 ferme per se notis; licet aliquæ ad substantiam: alia
 perfectionem confessionis spectent, ut ex tota materia
 de poenitentia facile apparet.

28 QVÆST. Grauis est controuersia de conditione secreta,
 scilicet necessaria sit ad substantiam confessionis sacramentalis,
 ut fiat ab ipso met poenitente coram solo sacerdote secreto,
 est, ab/que alio arbitro, & secreto, quam confessionem Doctores
 appellant auriculam, dic igitur quia censet? RESP. Dicitur
 primum. Secreta, ut modo exposuisti, confessio, quæ
 particularis appellatur, honesta est, & sancta. Ita Conc. Trident.
 sess. 14. c. 5. vbi oppositum errorem hæreticorum hæreticorum
 ætatis damnauit, ex sacris canonibus, & consuetudine per
 petua Ecclesiæ erucando veritatem, Docuit eam Conc.
 Cabilon. ca. 33. Leo Papa. epis. 18. Cypri. lib. de lapsis, & 9. c. 14.

14. h. 3. Hier. in illud Eccl. 10. si momorderit serpens. Ang. cap. 10. de ver. & fals. pœn. Basil. in psal. 32. & in reg. breuior. 288. Chryl. ho. in illud Isa. Vidi Dom. sedent. & Ioan. 20. Ratio, quia cum in hoc foro explicanda sunt peccata, nō solum publica, sed secreta, congruū erat, vt secreta foret cōfessio. Dico 2. Non potest Ecclesia per humanā legē præcipere confessionem non secretam. Ita Con. Trid. supra citatum. Ratio est, quia publica confessio, est res difficillima: ad rem vero difficillimā, non extenditur lex humana. Dico 3. Non est de necessitate confessionis, vt fiat secreto. Ita Rich. in 4. d. 17. ar. 2. qu. 8. Palu. qu. 2. ar. 1. Sor. li. 18. q. 2. a. 6. Castro. cōtta hære. verb. confe. Caie. tom. 1. opus. tract. ult. resp. 5. Cano. Relect. de pœn. p. 5. Docet eam Cōc. Tri. sess. 14. c. 1. Ratio est, Quia institutio sacramēti debuit occurrere casib⁹ frequentibus, sed frequētes sunt euetus in quibus non potest fieri confessio nisi publice: ergo, &c. Dico 4. Non est præceptum diuinum, aut humanum, obligans pœnitentem, vt secreto confiteatur. Ita Doctor Suar. De præcepto diuino patet ex proxima conclusione. Præceptum humanum nullibi inuenitur. Consuetudo tamen Ecclesiæ obtinet, vt sine urgente causa, & necessitate cōfessio secreto fiat: contra quam ire, peccatum est. Ita Ric. supra citatus, & Syl. confessio. 1. qu. 20. Suar, & alij.

20. QVÆST. Quoniam scriptura videtur dici publicum testimonium, rogo, verum pœnitens possit, & teneatur confiteri per scriptum cum aliter confiteri non potest? R E S P. Dico primum. Urgente magna necessitate, & præsentente confessario, confessio fieri potest per scriptum. Urgens autem necessitas erit, cum voce ipsius pœnitentis nequaquam fieri possit confessio. Vel cum confessor nequaquam audit vocem humanam, sed legere adhuc potest. Hæc conclusio est D. Thom. in 4. d. 17. quæst. 3. ar. 4. ad 2. quæst. 3. D. August. cap. 10. de ver. & fals. pœn. asserentium non esse de ratione huius sacramenti, vt confessio fiat voce humana. Neq; de ratione præcepti; non enim præcipitur talis confessio præcepto diuino, aut humano, vt ostendit, & probat Suar. de pœnit. d. 21. sect. 1. conclu. 1. numer. 5. Eam asseruit Alenf. 4. p. quæst. 18. memb. 4. §. ult. Palud. in 4. d. 17. quæst. 2. numer. 7. Richard. articul. 2. quæst. 4. ad 4. Maior. quæ. 1. Adrian. qu. 1. de confess. Medina. conc. de confess. qu. de modo sacr. confite.

confit. Soc. d. 18. quest. 2. articul. 6. Ledesm. 2. 4. quest. 1. artic. 3. dub. 5. & 6. Pet. Soc. lect. 2. de confess. Cano. Riba pœn. 2. p. 5. Dixi presenti confessario, quia absenti equam fieri potest. Ita tenuit olim Scot. in 4. dist. 17. quæ unica & modo Cardin. Tolet. libr. 15. capit. 4. Nunc non solum est verum, sed oppositum omnino falsum & contra diploma Pontificium S. D. N. Clementis Pape VIII. cuius sequens est tenor. S. D. N. Re mature, ac diligenter considerata hanc propositionem, scilicet, licere per litteras seu internuncium confessario absenti peccata sacramentaliter confiteri, & ab eodem absente absolutionem sacramentaliter obtinere, ad minus vti falsam temerariam, & scandalo damnauit, ac prohibuit, præcipitque ne deinceps ista propositione publicis, priuatisve lectionibus, concionibus, & congregationibus ceatur, neue unquam tanquam aliquo casu probanda edocetur, imprimatur, aut ad praxim quouis modo data. Causa insuper vrgens apud Suarium loco citato, etiam in veracundia pœnitentis, quam patitur, si culpæ actum voce propria declarat. Hinc fit, vt vigente magis necessitate (quæ prouenire potest tam ex parte pœnitentis, quam ex parte confessarij) satis est, si pœnitens presenti confessario scripturam peccata continentem præbeat, humiliterque significet in ea contineri peccata, quibus vult, & petit sacramentaliter absolutionem, sed dum legit sacerdos, pœnitens annuit, vt vult Sotus, non annuit, vt vult Suarius.

30 QVÆST. Estne valida confessio per scriptum, in presentia testium fide dignorum, facta vrgente necessitate absentia confessarij, accedente forma prolata ab ipso presenti, supra presentem pœnitentem? R E S P. Valida quædam. Ita Sylu. confessor. 3. question. 13. August. confessarium. 8. Cord. lib. 5. de indulg. quest. 39. Habetur explicitè in Conc. Arausic. 1. cap. 12. & 26. qu. 6. cap. Qui recedunt. Item 26. qu. 6. Item ca. 15. qui. & cap. Illi qui. ex Conc. Carthage. 4. cap. 76. ex Leone. epist. 89. vel 91. Qui distincte ait, huiusmodi ægrotus nullum signum exhibere potest in presentia sacerdotis, si testimonium aliorum habet non esse illi pœnitentiā denegandam. Eadem veritas habetur in cap. Aegrotantes de conse. d. 4. ex Conc. Carthage. ca. 34. Item docet Aug. li. 1. de adult. coniug. ca. vlt. & li. 1. de

hunc in hom. 41. Quæ loca contra Sorum, & Canum oppositum asserentes adducit Suar. loco citato. Soluitque eorum obiectiones, assignatque discretimen inter materiam, & formam huius Sacramenti circa requisitam præsentiam. Nam forma requirit, ut in præsentia pœnitentis & confessarij proferatur; materia vero minime. Et hoc iuxta Ecclesiæ interpretamentum in sacris Canonibus, & nouissime in diplomate sanctissimi D. N. Clementis Pape VIII. edito super hanc quæstionem, decernens de præsentia absolutionis, de materiæ vero præsentia relinquens antiquæ determinationi, ut legenti clare constabit.

31 QVÆST. *Estne valida confessio per interpretem, vel per nutus, cum aliter pœnitens nequit sacerdoti conscientiam aperire?* RESP. Valida quidem. Ita communiter Doctores, ut ait Suar. Ratio est, quia ad explicandam conscientiam in hoc Sacramentali iudicio, non est aliquod determinatum signum: sed satis est quod uis conscientiam declarauit. Hoc intelligo cum aliter se pœnitens declarare nequit, quia si potest, graue peccatum est ex genere suo ordinem Ecclesiæ inuertere, ut animaduertit Suarius.

32 QVÆST. *Licetne pœnitenti propter integritatem confessionis, reuelare confessario personam, & peccatum complicitis?* RESP. Duæ in hac controuersia sunt extremæ sententiæ. Prima in hac reuelatione, etiam sine causa, nullum agnoscit peccatum, saltem mortale. Ita Caiet. 2. 2. quæst. 73. art. 2. fundamentum eius est, quia infamare apud vnam tantum personam grauem, non est grauis infamia iuxta illius opinionem, etiam extra confessionem. Altera extrema opinio asserit hanc reuelationem, etiam ex quauis causa factam, esse intrinsece malam, & peccatum mortale. Tribuitur D. Bonau. opusc. de ratione confitendi. tom. 1. opusc. Ratio huius sententiæ est, quia demere famam alienam, est intrinsece malum ex quacunque causa: sed detegere complicitis personam, & peccatum est illi famam auferre, ergo, &c.

Dico tamen *primum* Reuelare peccatum, & personam complicitis in confessione absque vlla urgente causa, est peccatum mortale. Ita Doctores 2. 2. q. 73. cum agunt de

detractione in genere. Eos refert Sotus *lib. 5. de iust. q. 1. art. 2.* Ratio est, quia inferitur proximo grauis iniuria. Dicitur intelligi, cum reuelatio fit de peccato graui de ex malitia: non vero cum fit de peccato leui, ignorante vel inaduertentes. Dico *secundum*. Ex legitima causa, & citum est personam complicitis, & peccatum eius in confessione reuelare. Ita docet communis sententia: sumitur conclusio ex D. Thom. *2. 2. q. 73. art. 2.* vbi detractio ex iusta causa appellat materialem, & licitam: nam que est Dominus suæ scientiæ, & notitiæ, ergo illi re-ri potest, quoties occurrit rationabilis causa. Dico *tertium*. Legitima causa reuelandi in confessione personam complicitis, & illius peccatum, est magna utilitas pœnitentis, quæ ex reuelatione tali sequeretur. Ita Richard. *in 4. d. 21. ar. 5. q. 1.* Sylu. Armil. Medin. & alij. *Nov. c. 7. num. 7.* Bernard. Senens. *form. de confess.* Ratiō Thom. est, quia tunc temporis potius utilitati anime propriæ, quam proximi utilitati potest pœnitens consulere. Dico *quartum*. respondendo directe ad præcipuam quæstionem, an scilicet, cum non superest aliud medium ad integram materialiter faciendam confessionem, quam reuelare complicem possim, & teneat dimidiare confessionem, vel potius possim, & teneat complicem detegere. Posse, pœnitentem, & teneri dimidiare confessionem sensit Marsilius *in 4. q. 12. art. 1. ad 7. dimil. verb. confess. n. 11.* Nauar. *cap. Consideres. de pœn. d. num. 93. & in sum. cap. 7. num. 3.* Ratio eorum est, quia ex duobus præceptis positiuo, & naturali, naturale est implendum, sed integritas materialis confessionis est de præcepto positiuo, præceptum vero de seruanda pœnitimi fama est naturale, ergo, &c. Sufficiet igitur in euentu, facere confessionem formaliter integram. E contra ratio vero posse pœnitentem, & teneri confessionem facere materialiter integram, detegendo complicem docuit D. Thom. *opusc. 12. qu. 6. & in 4. d. 16. quæst. 3. art. 2. ad 4.* D. Anton. *3. p. tit. 14. cap. 19. §. 11.* Adria. *quæst. 1. de confess. §. sed oritur dubium.* Durand. *in 4. d. 16. q. 4. Palud. q. 1. artic. 3. & d. 21. quæst. 3. art. 2.* Richard. *art. 1. qu. 2. Major. qu. 2. ad finem & qu. 3. Gab. d. 17. q. 1. ar. 2. & d. 21. art. 3. sub. 2. Almain. d. 17. q. 1. art. 1.* Gerson. *in tract. de præcepto*

Dialog. 1. p. q. c. 17. & 2. p. c. penult. & in quodam serm. de coe-
 Dum. Caieta. verb. confess. cond. 3. & tom. 1. opusc. tract. 31.
 resp. 5. Medin. de confess. quest. de circumstantijs loc. & temp.
 Sylu. confess. 1. quest. 24. Angel. eodem verb. num. 3. Ro-
 fel. num. 6. Victor. in sum. 184. Per. Sor. lect. 2. de con-
 fess. Cordub. in sum. q. 1. Sor. d. 18. q. 2. art. 5. ad 4. Ratio D.
 Thom. & aliorum ferme est. Quia cum subest pericu-
 lum salutis spiritualis propriae, & damnum temporale
 proximi tenetur quisque potius sibi, quam proximo con-
 sulere: sed in dato euentu subest periculum salutis spiri-
 tualis propriae, & damnum infamiae, proximi: ergo, &c.
 Maior ita est vera, vt eam in periculo aequali incommo-
 di temporalis potius sibi quam proximo quisque pro-
 uidere possit: & aliquando teneatur. Veruntamen minor
 propositio, in qua totius negotij cardo vertitur, non
 probatur à D. Tho. neque ab alijs. Sed supponunt, quod
 oppositae sententiae Auctores constanter negant, nimi-
 rum periculum salutis aeternae poenitentis, tacendo com-
 plicem, & ex consequenti peccatum, quod detegi ne-
 quit sine reuelatione complicitis. Dico igitur. Vtra-
 que opinio est probabilis, secunda tamen commu-
 nior & probabilior. Illi adhæret Suar. Suarii est ratio
 huiusmodi, Nam hoc sacramentum poenitentiae est iu-
 dicialium spirituale, sed in omni iudicio socius criminis
 pertinet ad eundem iudicem criminis qui iudicet po-
 test interrogare de socijs, & reus tenetur in consci-
 entia veritatem dicere, & socios detegere, & socijs nul-
 la sit iniuria tam interrogando de illis, quam detegendo
 illos, quia libere per commissum crimen se iudici sub-
 iecerunt, ergo, &c. Est deinde aliud fundamentum e-
 ritum ex utilitatibus poenitentis, si palam detegat com-
 plicem: nimirum liberatur onere iterum confitendi
 eam circumstantiam, quam tacuit protegendo compli-
 cem, quam quidem raro dicere poterit absque noua
 peccati totius confessione. Deinde, quia inseruit mag-
 nopere ad confusionem peccati, & ad comparandum ne-
 cessarium dolorem. Vnde constat illam infamiam com-
 plicitis non fieri contra iustitiam, neque esse detractio-
 nem formalem, sed tantum materialem. Cum igitur iu-
 ste poenitens possit facere integram materialiter con-
 fessio:

fessio:

confessionem, & præceptum integritatis eius obligatum iuste, & licite impleri potest, fit, ut pœnitens non solum possit, sed & teneatur complicem detegere iuxta communioem sententiam.

33 QVÆST. Non fuit quis socius criminis, sed obicitur circa quod versatum est crimen, ex malitia tantum criminis rogo, an ad confitendum integre peccatum, possit pœnitens, & teneatur personam illam in confessione detegere. verbi gratia obiectationibus corrosit quis famam certæ personæ, scelus cui illa persona commisit, nescientibus detegendo: detractio gratissima est ex gravitate personæ, de qua est detractum: rogo, an pœnitens possit, & teneatur illam personam confessario declarare, ut integram malitiam detractiois explicet? RESP. Sicut dubium tractum fuisse à Sor. atque decisum, ut de complice dixerat in superiori puncto. Negat tamen rectissime Suarius posse talem personam a pœnitente detegere in confessione, & iterum apud sacerdotem infamari. Ratio est, quia tota malitia fuit pœnitentis, non concurrens voluntarie illa tertia persona. Si ergo ex dimidiata confessione sequuntur illa pœnitenti incommoda, quæ redimus sequi ex dimidiata circa complicem, & socium criminis, sibi imputet, qui solus crimen commisit.

34 QVÆST. Teneturne oblitus propter integritatem confessionis scribere peccata, ne eorum multitudo excidat à memoria? RESP. Minime quidem. Ita Sorus loco cit. Caeter. conf. condit. 11. & Suar. Ratio est, quia ad hoc sacramentum, non requiritur diligentia extraordinaria, sed tantum est moralis, quæ humano more adhiberi solet ab omnibus: non possunt vero omnes adhibere diligentiam scribendi peccata quia non omnes sciunt scribere, ergo diligentia non est necessaria ad sacramentalem confessionem.

De satisfactione, tertiâ parte integrali sacramenti Pœnitentiæ. §. 7.

- 1 Quid est satisfactio,
- 2 An post remissam culpam adhuc maneat reatus ad aliquam pœnam.

- 3 *An confessarius possit satisfactionem pœnitenti imponere.*
- 4 *An liceat aliquando confessori pœnitentiam non imponere.*
- 5 *An post, antequam absolutionem, imponenda sit pœnitentia.*
- 6 *Qua opera imponi possunt in pœnitentiam.*
- 7 *An possit imponi pœnitentia publice facienda.*
- 8 *An confessor possit imponere pœnitentiam implendam à pœnitente, non per se, sed per aliam personam.*
- 9 *An imponi possit pœnitentia conditionalis.*
- 10 *Anteneatur pœnitens acceptare pœnitentiam à confessario impositam.*
- 11 *An teneatur pœnitens acceptatam pœnitentiam implere.*
- 12 *Quo pacto se gerere debet confessarius cum pœnitente, qui non vult acceptare pœnitentiam.*
- 13 *Quando tenetur pœnitens pœnitentiam implere.*
- 14 *Quid acturus est pœnitens oblitus pœnitentiam sibi à confessario impositam.*
- 15 *Ad quid tenetur pœnitens factus impotens ad implendam acceptatam pœnitentiam.*
- 16 *An pœnitens satisfaciat præcepto implendi pœnitentiam sibi à confessario impositam, si petat ab aliquo, ut pro eo faciat eam pœnitentiam.*
- 17 *An satisfaciat præcepto, qui adimplet pœnitentiam in peccato mortali.*
- 18 *Quis est effectus sacramentalis satisfactionis.*
- 19 *An hic effectus redeat recedente obice, in quo fuit impleta satisfactio.*
- 20 *An possit fieri commutatio pœnitentiam ab alio confessore.*

21 *An per pœnitentiam sacramentalem impletur pœnitente existente in peccato mortali, satisfactio pro pœna temporali.*

QVAESTIO. *Quid est satisfactio sacramentalis?* Est offensæ præteritæ quo ad pœnam recompensatio. Ita Tolet. *lib. 3. c. 11. nu. 1.* Huic definitioni addit D. Th. ex sancto Anselmo: est compensatio ad qualitatem iustitiæ. Tradit eam sic Vict. *num. 199.* Scot. *4. d. 19. q. 1. ar. 2.* Nau. vero *c. 3. n. 1.* eam sic definit. Est passio voluntaria pœnæ pro peccato ad placandum Deum cum proposito eum amplius non offendendi. Eam tangit Sylu. *ver. satisf. n. 1.* Iure tamen merito animaduertendum inueni (quod antea iam aduerteram) à Viualdo in *summa delabro tit. de satisfact.* his definitionibus aliquid esse addendum, ut definitio quadret soli sacramentali satisfactioni. Igitur satisfactio sacramentalis sic optime dicitur. *Satisfactio sacramentalis, est passio voluntaria pro peccato à confessore imposita, ad placandum Deum, cum proposito amplius eum non offendendi.* Ratio huius animaduersionis est, quia satisfactio à pœnitente suscepra absq; præscripto confessoris, non est pars huius sacramenti Pœnitentiæ.

2 *QVAEST. Post demissam per contritionem culpam, remanetne adhuc suscipienda satisfactio pro pœna debita tali culpæ.*
RESP. Negarunt hæretici multi, dixeruntq; per pœnitentiam deleri semper totâ culpam, & simul totam pœnam. Oppositum est de hâc definitum in Conc. Trid. *6. c. 4. & can. 30. & sess. 14. c. 2. & 8. can. 12. 13. 14.* Ratio est quia Deus ut misericors, sic iustus est, ideo ut misericors dimittit culpam, ut iustus exigit pœnam. Hæc autem pœna quæ demissa culpa adhuc remanet satisfacienda, non remittitur per in omni pœnitente remanet æqualis, sed maior, minorue pro quantitate contritionis, quæ quidem tanta delinquendo erit, ut per eam tota pœna, simul cum culpa dimittatur. Ita communis Theologorum cum D. Th. *4. cont. gentes c. 72. Cale. 10. 1. Opus. tract. 4. q. 4. Scot. in 4. d. 15. q. 1. Durand. in 4. d. 17. q. 3. Med. tract. 1. de pœn. q. 7.* Quia tamen ut plurimum non ea datur contritio, ut plurimum non remittitur tota pœna, simul cum remissa tota culpa.

sed adhuc remanet aliquid pro ea satisfaciendum, quæ satisfactio, vt sit huius Sacramenti proximæ materiæ pars integralis, debet suscipi ex præscripto confessoris.

3. *Quæ sit. Potestne confessor hanc satisfactionem imponere penitentii?* Res P. Potest. Et conclusio de fide constat ex vfu, & traditione Ecclesiæ. Ex Conc. Florent. & Trid. & Cabilonensi. 1. c. 8. & Cabil. 2. c. 45. Moguntino. 1. c. 32. & alijs, quæ citantur in decreto, d. 90. & dist. de pæn. Dico secundum. Confessor tenetur hanc satisfactionem penitenti imponere. Ita iubetur c. *omnis viriusque de pen. & remiss.* à Conc. Trid. sess. 14. c. 8. Quod ius iam vigeat tempore Cypriani epist. 55. & Theod. lib. 4. *har. fab.* vbi inter hæreticos Andianorum refert, quod peccata sine vlla satisfactione remittebant, contra leges, inquit Ecclesiasticas. Ita docet Aug. li. de ver. & fals. pæn. c. 10. & 15. Ratio est, quia sacerdos in hoc Sacramento est minister, iudex, & medicus: satisfactio est pars integrans huius Sacramenti: est compensatio iniuriæ factæ Deo: est medicina peccatorum: sed minister tenetur integrum facere ministerium: iudex tenetur facere, vt compensetur iniuriæ parti lætæ; medicus tenetur adhibere medicinam agrotis, qui se illi sanandum tradit; ergo, &c. Dico tertium. Tenetur confessor hanc satisfactionem imponere proportionatam culpæ confessis, & accusatis, iuxta suum prudens arbitrium. Ita Concil. Trid. sess. 14. capit. 8. vbi ait: Debent sacerdotes Dei, quantum spiritus, & prudentia subiecerit pro qualitate criminum satisfactiones imponere, ne forte alienorum peccatorum participes fiant. Idem docet. Concil. Mogunt. 2. capit. 3. Conc. Nissen. capit. 12. Habetur c. *Deus. de pæn. & remiss. capit. ex multis de pæn. d. 1. & 26. q. 7.* Insinuat eam D. Aug. in *Euchar. c. 65.* Dixi iuxta suum prudens arbitrium, quia cum hæc satisfactio magis sit pænna medicinalis, quam vindicatiua, attendenda est magis penitentis præsens dispositio, quam culpæ præteritæ grauitas. Quod si antiqui canones sacri certas, ac determinatas pœnas peccatis imponendas certis decreuerunt (quas refert Maria. Vict. in proprio opusc. de hac re, & Burcard. in *Dever. lib. 15. & 9.*) eas decreuerunt peccatis publicis, pro quibus publica fiebat satisfactio, & penitentia. Hinc
Et,

fit, vt non liceat sacerdoti pro grauissima culpa, leuissimam imponere pœnitentiam, sicuti aliquos grauiet reprehendit Conc. Trid. Quanquam ad lenitatem magis propendere debet, vt docet D. Greg. Nazianz. orat. Chrysosto. hom. 43. oper. imperf. & habetur cap. Allega. 26. q. 7.

4 QVAEST. Licetne sacerdoti in aliquo euentu non imponere pœnitentiam? Aut illam minorem imponere? RESP. Licet. Ita Caiet. tom. 1. opusc. tract. 6. q. 2. Per. Sor. lect. 2. de satisfact. Nau. c. 26. n. 20. in sum. Euentus autem multus est. *Primus*, cum pœnitens est in extrema vitæ periodo in qua iam nihil potest pati. Ita habetur ca. *Multiplex pœn. d. 1.* & docet Leo Papa *epist. 89. vel 91.* Ratio est, quia frustra iubetur, quod implet, nequaquam potest. *Secundus* euentus est, cum sacerdoti constat à pœnitente assumptam voluntariam satisfactionem suo iudicio culpa sufficientem. Ita Suar. & Richard. in 4. d. 18. ar. 2. ad 1. *Tertius* euentus est, cum pœnitens accedit nimis contritus contritio enim grandis, multum de pœna debita auferit. Sic Tolet. *Quartus*. Quando pœnitens est ita impetretus, vt timor sit ipsum non acceptaturum pœnitentiam vel si accipiat non impleturum.

5 QVAEST. Estne hac satisfactio imponenda ante, vel post absolutionem? RESP. Ante absolutionem quidem. Ita Glab. in Clem. Dudum de sepult. D. Anton. 3. p. tit. 17. c. 20. Nau. c. 1. de pœn. d. 6. 35. Syl. & alij. Ratio est, quia satisfactio est pars materiae huius Sacramenti, quanquam integralis; ergo rectus ordo postulat, vt supponatur materia.

6 QVAEST. Quae opera imponi possunt in pœnitentia? RESP. Dico primum. Imponi possunt ea omnia, quae pœnitens satisfacere potest ex opere operantis. Et ideo, quia peccator Deo satisfacit, non solum per opus consilij, sed etiam per opus præcepti, imponi possunt satisfactio non solum opera consilij, sed etiam opera præcepti. Ita Suar. & Tolet. ex communi placito. Dico secundum. Satisfacit homo non solum per opera externa, verum etiam per actus internos. Et ideo occurrente necessitate, imponi possunt in satisfactioem actus interni: verbi gratia vt pœnitens ægrotus ter mente profertur.

ferat sanctum Iesu nomen, aut quid simile. Ita Doctor Suar. contra Alenf. 4. p. *quest.* 84. & Almain. in 4. d. 15. Ratio illius est efficax, quia plus requiritur ad essentiam partis essentialis, quam integralis: sed contritio est pars materiae huius Sacramenti essentialis, satisfactio est integralis; ergo plus requiretur ad contritionem, quam ad satisfactionem. Atqui ad contritionem, satis est actus internus; ergo ad satisfactionem. Dico tertium. Opera externa per quae peccator Deo satisfacit, & quae in satisfactionem imponi solent, sunt tria. Ieiunium, Oratio, & Eleemosyna, Ieiunium quidem comprehendit omnia opera poenalia carni. Oratio comprehendit omnia opera spiritualia, ut celebrationes missarum: praedicationum auditiones, peregrinationes, lectiones, & similia. Eleemosyna complectitur omnia opera misericordiarum quatuordecim. sic Tolet. lib. 3. cap. 11. num. 3.

7. *QVAEST. Potestne confessor imponere poenitentiam publice faciendam?* *RESP.* Cum distinctione loquendum cenfeo. Velenim imponitur publice facienda, ut deueniat ad notitiam aliorum ex praescripto confessoris ob culpam, seu occultam, seu publicam: vel imponitur publice facienda, ad publicam aedificationem Ecclesiae, quam videmus sumi a poenitentibus voluntarijs, & non coactis. Si priori modo imponi posse rogas, nego quidem. Ita Nau. in sum. capit. 8. num. 10. Ratio est, quia iuratur contra sigillum sacerrimi secreti Sacramentalis. si vero secundo modo imponatur affirmo: tenetur enim poenitens communi scandalo obuiare, & Dei honorem publice offensum, publice refarcire: sicut licitum est iubere poenitenti, ut famam proximi publice restituat: ita maiori cum ratione dicendum est de restitutione diuini honoris. Atque in hoc sensu affirmant D. Tho. in 4. d. 14. *quest.* 1. *artic.* 5. & dist. 17. *qu.* 3. *artic.* 4. ib. Palud. & Durand. atque D. Anton. 3. p. tit. 14. *capit.* 17. §. 6. Quanquam hi Auctores absolute videantur loqui.

8. *QVAEST. Potestne confessor imponere satisfactionem per alium implendam?* *RESP.* Potest quidem. Sic Tol. lib. 3. c. 13. Ratio est, quia vnus satisfacere potest pro alio: quam-

Modull. Casuum.

N

uis

uis non mereri, vt doceri, & ostendi solet in t. 1. d. 1. Th. Illud vero opus per liberam implentis donationem pœnitentis: per præceptum vero confessarij, sic per sacramenti; ergo, &c. Ita D. Th. in 4. d. 20. & ib. Duran. Palud. Sor. & alij. Alens. 4. p. q. 85. Cord. lib. 5. de indulg.

9 QVAEST. Estne satis ad hoc sacramentum satisfactio posita sub conditione. verbi gratia si ieiunaueris uno die satisfactionem horum, qua accusata sunt peccata: Resp. tis quidem. Ita D. Thom. quod l. 3. art. 22. Palud. in 4. d. 2. quest. 2. art. 2. Victor. Ledesm. Per. Sor. locis supra citatis. Imo fuit opinio multorum Doctorum confessionem non aliter, quam conditionaliter posse imponere satisfactionem, nimirum si hoc facere volueris, si hoc feceris. Ita Sor. in 4. d. 18. q. 1 & ib. Gab. atque etiam d. 16. q. 3. dub. 5. Caiet. tom. 1. Opus. tract. 6. q. 2. ad 2. Medina. 2. de confess. Sylu. & Armil. verb. confess. Nau. in sum. cap. numer. 20. Beia cum pluribus 3. p. casuum q. 3. Fundamentum eorum est, quia homo non teneretur in hac vita peccatis satisfacere, sed potest omnes satisfactioes seruare ad ignem purgatorij alterius vitæ, vt docet d. 20. q. 2. ar. 2. ad 5. Vega. lib. 13. in Trid. ca. 22. Cord. dub. lib. 5. de indulg. q. 5. circa finem & q. 8. & 10. Ruard. 6. Veruntamen hi Auctores loquuntur de satisfactioe secundum se: non vero vt imponitur à confessario in hoc sacramento. Quoniam de satisfactioe secundum se sumpta, nullum est præceptum, vt fiat in hac vita. Et dicunt citati Auctores, contra quos Cano. in 1. de pen. p. 3. & 4. securus Palud. in 4. d. 17. q. 3. art. 1. opus est, quia, inquit, sicut homo peccauit anima, & corpore: ita debet satisfacere anima & corpore: atqui in purgatorio non potest satisfacere corpore, quò caret, ergo. Veruntamen infirmum est argumentum, quia sicut culpa emanauit ab anima, ita tota satisfactio sumpta est ab anima. Sancti vero patres eam consulant, vt dicuntur efficacem ad peccata, quos refert Gratian. in 1. de pen. consulitque Cyprian. l. de lapsis circa finem. Quis igitur verum sit confessorem, posse imponere satisfactionem, vt affirmant mox citandi Auctores, si tamen eam imponat conditionatam, recte impo-
net ex causa.

10 QVAEST. *Teneturne pœnitens acceptare pœnitentiam sibi à confessario impositam?* RESP. Tenetur, si pœnitentia iusta sit, & non adsit rationabilis causa non acceptandi. Ita Magist. in 4. d. 16. ib. D. Tho. q. 1. art. 3 q. 3. Richard. art. 1. q. 1. Maior. d. 17. q. 2. Durã. q. 5. ad 2. Palud. d. 10. q. 2. Scot. ib. q. 2. art. 2. Alenf. q. 80. n. 2. art. 1. Anton. 3. p. tit. 14. c. 19. §. 19. Ledef. Per. Sor. Vict. & omnes fere posteriores Theologi, quos refert, & sequitur Doctor Suarius cum sanctis Patribus Leone, Cypriano, & Augustino. Ratio est manifesta: quia confessarius, ut dixi, tenetur imponere pœnitentiam; ergo pœnitens tenetur impositam pœnitentiam acceptare, alioqui frustra esset pœnitentia, & necessitas ad imponendam ex parte confessoris, si daretur libertas non acceptandi ex parte pœnitentis. Hanc veritatem expressius docuit Conc. Saiegustadiense dicens. *Falluntur stultitia pœnitentes, qui condignas satisfactiones nolunt accipere.*

11 QVAEST. *Teneturne pœnitens acceptatam pœnitentiam implere?* RESP. Tenetur. Ita omnes citati superiori puncto Doctores. Ratio est manifesta, quia frustra necessitas & obligatio ad acceptandum daretur, si daretur libertas ad non implendum.

12 QVAEST. *Quo pacto se gerere debet confessarius cum pœnitente, qui non vult acceptare pœnitentiam?* RESP. Affirmat Nau. loco citato confessorem teneri illum absolovere, atque præterea hanc esse consuetudinem Verbis, & Orbis. Veruntamen iure merito negat Suarius, atque confessorem teneri pœnitentiam lenire, & in aliud satisfactoriũ opus commutare: quam si omnino pœnitens nolit acceptare, tanquam impœnitentem relicturum in absolutum: nam si in eo sit propositum non acceptandi omnino pœnitentiam ab hoc, vel alio confessario, peccat graviter, & est impœnitens, ac proinde indignus absolutiois: ait præterea sibi esse talem consuetudinem ignotam.

13 QVAEST. *Quando tenetur pœnitens implere pœnitentiam?* RESP. Quando à confessario assignatum fuit tempus: quo transacto multo magis obligat præceptum illã implendi, ut in simili docuit Suarius circa præceptum annuæ confessionis, & annuæ communionis.

14 **QVAEST.** *Quid acturus est poenitens, qui sui obli-*
uissimam poenitentiam imposuit? **RESP.** Palud. in 4. d. 17. q. 5. art. 1.
 Anton. supra citatus. Sylu. confessio 1. q. 3. Richard. d. 17. q. 2.
 q. 8. ad 4. affirmant teneri talem poenitentem
 illa peccata confiteri, ut debitam accipiat pro illis poe-
 nitentiam. Alij aiunt teneri pro poenitentia oblita, alia
 satisfactorium opus substituere. Dico tamen, poenitens
 oblitus poenitentiae à confessario impositae, nec tenetur
 iterum eadem peccata confiteri, nec aliud opus satis-
 factorium pro illa substituere, sed si culpabiliter memo-
 rer oblitus fuit, tenetur culpam obliuionis confiteri
 pro ea poenitere. Ita Gab. in 4. distinct. 17. q. 1. Marci
 dub. vii. Palud. ibid. Sot. d. 20. quest. 2. art. 2. Medi. d. 1.
 quest. de poen. iniuncta. Nau. in sum. cap. 9. num. 17. Peñ.
 Vict. & alij communiter Doctores. Ratio est, quia
 non iudicat bis in idipsum: illa autem peccata iam
 à Deo sunt iudicata, ideo non debent iterum in
 sacramentali iudicari. Deinde, quia opus voluntarie
 acceptum ad satisfaciendum, non est pars sacramenti
 confiteri. Solum igitur remanet obligatio confitendi
 culpam (si quae fuit) obliuionis. Dixi, si quae fuit, quia nati-
 lis esse potuit obliuio, & ideo absque culpa.

15 **QVAEST.** *Ad quid tenetur poenitens, factus impotens*
ad implendam acceptam poenitentiam? **RESP.** Non tenetur
 opus aliud satisfactorium pro poenitentia imposita
 substituere. Ita Doct. Suar. Ratio eius est, quia cum pre-
 ceptum versatur circa certam materiam, & actum, qui
 factus est impotens ad illum, non tenetur ad opus aliud
 ut claret in præcepto ieiunij: nam qui est impotens
 ieiunandum, non tenetur ad elemosynam pro ieiunio
 faciendam. Dico secundum. Non tenetur per alium poe-
 nitentiam implere. Ita Doct. Suar. Ratio est, quia opus
 alterius, non est pars sacramenti suscepti.

16 **QVAEST.** *Satisfacitne poenitens præcepto satisfaciendi*
per opus satisfactorium factum ab alio, verbi gratia, impotens
confessarius Petro, ut recitet Virginiæ Mariae Rosarium: Tum
petit à Ioanne, ut pro se Rosarium dicat, satisfacitne præcepto
confessarij? **RESP.** Minime quidem. Ratio est clara: quia
 Rosarium non à poenitente, sed ab alio recitatum, non est
 pars sacramenti præcedentis. Ita communiter Doct.

4. d. 20. præsertim D. Thom. D. Bonau. Durand. Palud. & Soto. Itē Alenf. 4. p. q. 85. Gab. in 4. d. 16. q. 2. dub. ult. Cor- dub. lib. 5. de indulg. q. 5. art. 8. Quos refert, ac sequitur Su- arius.

17 QVAEST. Satisfabitne præcepto confessorie, qui pœnitentiam iniunctam adimplet in statu peccati mortalis: RESP. Satisfacit. Ita Vict. in sum. num. 184. Nauar. in Man. c. 3. n. 6. & de pœn. d. 6. c. 1. n. 48. Ratio est, quia præceptum traditur de substantia, non de modo operis faciendi.

18 QVAEST. Quis est effectus huius sacramentalis satisfactionis: RESP. Dico primum. Primarius effectus ex opere operato huius sacramentalis pœnitentiæ, est satisfactio, & remissio pœnæ temporalis debitæ pro culpa iam remissa in sacramento confessionis, Ita communiter Theologi in 4. d. 16. & 17. D. Thomas quod 1. 3. art. 28. Caietan. tom. 1. opus. tract. q. 2. Canon. de pœn. p. 5. Fauet Cōcil. Trid. sess. 14. c. 2. & 3. Quam communem sententiam immerito dissentit Adrian. q. 2. de satisfact. Ledesma q. 13. art. 3. Soto in 4. d. 19. quasi. 1. artic. 3. quamuis oppositum allerat. d. 20. quasi. 2. art. 3. vt recte adnotat Suar. Ratio est, quia hæc sacramentalis pœnitentia est pars sacramenti, non essentialis, vt censet Palud. in 4. d. ibid. q. 4. sed integralis, vt docuit D. Thom. 3. p. quasi. 20. art. 2. Capreol. Sot. & alij Theolog. in 4. d. 16. ergo debet habere aliquem effectum ex opere operato: non est vero alius, qui primario intendatur per hanc pœnitentiam, quam satisfactio pœnæ temporalis: nam remissio, culpæ, & pœnæ æternæ, facta fuit per essentielles partes sacramenti: ergo, &c. Dico secundum. Per pœnitentiam à confessario impostam, non toti semper pœnæ temporalis pro culpis remissis debitæ satisficit, sed proportionaliter, toti scilicet, si fuit adæquate imposta, parti vero, si fuit inadæquate posita. Ita Doctor Suar. contra duas extremas opiniones. Ratio est, quia causa non habet nisi proportionatum effectum, iuxta pæremiam notam. Non omnia possumus omnes. Dico tertium. Probabile est secundarium effectum huius sacramentalis satisfactionis ex opere operato esse gratiam sanctificantem. Ita D. Thom. p. 3. q. 90. art. 2. ad 2. ibid. Caiet. Sot. in 4. d. 17. q. 1. art. 1. Ratio est cōgruens, quam affert Suarius de pœn. disp. de satisfact. nimirum

rum, quia hæc satisfactio, non imponitur tantum ad prædictam præteritam culpam, sed ad præseruationem futuram ergo sicut primarius effectus, ut satisfactio pœnæ ad prædictam; ita secundarius est infusio gratiæ ad præseruationem.

19 *QVAEST. Scititurne hos effectus huiusmodi pœnitentia recedente obice peccati, in quo adimpleta fuit hæc Negat Adr. q. 2. de satisf. 3. d. in 4. d. o. Ledes. q. 2. & de sup. citatus. Dico tamen: Pars affirmans est probabilior. Ita Caiet. Pet. Sot. Vict. & Suar. Ratio est, quia sacramentum fortitur suum effectum recedente obice, ergo etiam illum sortientur suæ partes: sed satisfactio pars sacramenti; ergo, &c.*

20 *QVAEST. Potestne pœnitentia ab uno confessario posita tolli, vel commutari ab alio confessario in sacramento. RESP. Si fiat iterata confessio eorundem peccatorum coram legitimo confessario, pœnitentia ab alio imponi non potest, diminui, commutari, aut tolli omnino potest, iuxta præsentem pœnitentis dispositionem. Ita Medin. de pœnit. tract. 2. quest. de pœnit. inunct. Vict. n. 194. Ledes. q. 20. art. 4. Nau. cap. 26. n. 22. Sylu. confessor. l. 1. c. 7. Angel. Confess. 6. num. 4. Ratio est, quia prius iudicium iterari potest, & ideo prior pœnitentia iterari potest. Dico tamen: Quando non fit repetita confessio eorundem peccatorum, sed fit confessio aliorum peccatorum, coram eodem sacerdote adhuc memore eorundem peccatorum ab eodem potest minui, vel commutari, vel omnino tolli imposita pœnitentia iuxta præsentem pœnitentis dispositionem. Ita omnes indubitanter. Dico tertium: Quando non fit repetita confessio, sed alia de aliis peccatorum eodem sacerdote, qui pœnitentiam imposuit, obliuio peccatorum, pro quibus illam imposuit, vel eam alio sacerdote, satis probabile est, & practice licitum, posse pœnitentiam talem ab eo minui, mutari, vel omnino tolli, iuxta præsentem pœnitentis dispositionem, si adsit rationabilis causa, & maius spirituale emolumentum pœnitentis. Ita Vict. Nau. & Suar. locis citatis. Ratio est, quia præsens confessor potest, de tota sententia causa pœnitentis iuxta præsentem dispositionem iudicare, prout magis expedire iudicauerit pœnitenti.*

21 *QVAEST.*

21 **QVAEST.** Habetne primarium effectum hæc sacramentalis pœnitentia, nimirum satisfactionem pro pœna temporali, sicut in peccato mortali? **RESP.** Affirmat Matfil. in 4. quæst. 11. art. 3. Medin. tract. 2. de pœn. quæst. de hac re. Fundamentum eorum est, quia ad satisfaciendum non requiritur gratia in subiecto satisfaciente. Quod asserunt de satisfactione ex opere operantis. Scot. & alij Doctores. Opposita tamen sententia est certior, & communior. Nam, ut dixi in materia de contritione: remissio sacramentalis pœnæ, est effectus supernaturalis, remouens impedimentum gloriæ, perficiens & consummans iustificationem, ergo supponit subiectum capax gloriæ, ac proinde gratum Deo.

De forma Sacramenti Pœnitentiæ. §. 8.

- 1 *Quæ est forma Sacramenti Pœnitentiæ.*
- 2 *An de essentia eius sit, ut proferatur voce.*
- 3 *An sit de essentia huius formæ, ut proferatur per modum indicatiuum.*
- 4 *Quæ verba sint de essentia formæ Sacramenti Pœnitentiæ.*
- 5 *An verba huius formæ, sint de eius essentia formaliter, an materialiter sumpta.*

1 **QVAESTIO.** Quæ est forma Sacramenti Pœnitentiæ?
RESP. Est hæc: Ego te absoluo à peccatis tuis in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen.

Vnde claret immerito discessisse à communi sententia Abulensem in defensorio 1. p. c. 6. asserentem dicendum esse: remitto tibi ex eo, quod Christus dixerit: Quorum remisistis peccata, remittuntur eis. Nam etiam dixit Petro: Quodcumq; solueris super terram, erit solutum, & in cœlis.

2 **QVAEST.** Estne de essentia huius formæ, ut voce humana proferatur? **RESP.** Aliqui dixerunt sufficere, ut scripto detur, & imponatur super pœnitentem. Insuper satis esse, ut quouis signo ostendatur secundum solam intentionem absoluentis. Ita Palud. in 4. d. 17. q. 2. artic. 1. num. 7.

Medin. tract. 2. de pœn. q. de modo confitend. Nauar. cap. 36. Pet. Sot. lect. ii. de confess. Ratio eorum est, quod hoc Sacramentum fundatur in ratione iudicij, sed de sententia, & ratione iudicij non est, vt sententia voce propria iudicis proferatur, sed est satis, si scripto exprimat aut nutibus; ergo, &c. Consequentia probatur a similitudine, nam ideo dicimus de essentia formæ Sacramenti matrimonij non esse proferri verbo, sed satis esse proferri nutibus, vt ostendam cum me de matrimonio iulio respondere, quia Sacrament. Matrimonij, fundatur in ratione contractus, de ratione vero, & essentia contractus non est proferri celebratio eius verbo, sed est satis proferri nutibus, vel scripto; ergo, &c. Opposita sententia est communis. Ita D. Thom. 3. p. quest. 84. art. 3. q. 4. dist. 22. quest. 2. Scot. Gab. & Sot. dist. 14. Caier. de similitudinibus. verb. conf. Prob. primo ex Conc. Flor. & Trident. asserentium formam huius sacramenti esse verba iudicis. Si quis autem dicat Conc. Flor. etiam dixisse absolute Sacramenta Nouæ Legis constare rebus, & verbis, & tamen ad Sacram. Matrimonij non requiri verba formaliter, sed aliquid vice verbo um; ergo similitudine Sacramento Pœnitentiæ Respondeo Conc. Flor. sententiam propositionem absolute & in communi prolatam declarasse in particulari, agendo de Sacramento Matrimonij ait n. in matrimonio verba esse, regulariter, formamque modificatione dixit aliquando esse nutus; vel alia canonica signa. Vnde sumitur efficax ad confirmationem argumentum: nam exceptio firmat regulam: cum igitur Trident. solum exceperit matrimonium, omnium quorum forma consistit in verbis. Probatur secundum consuetudinem vsu, & consuetudine perpetua Ecclesiæ. Alius enim modus absolutionis præter verba inauditus est, etiã in quocumque casu necessitatis, vt docte adnotauit Suarius.

3 QVAEST. Estne de essentia huius formæ, vt proferatur per modum indicatum, absoluo te, & non deprecatur, ablatum, &c. R E S P. Maxime. Et oppositum asserere est opinio erronea. Ita D. Thom. in Opusc. 22. Palud. in 4. dist. 22. q. 3. Sot. d. 14. ar. 3. Pet. Sot. lect. 4. de confess. Nau. de pœn. d. 6 c. 1. nu. 9. Ratio est, quia de ratione, & essentia huius Sacramenti, est vt proferatur sententia in ratione & essentia

& essentia iudicij: at vero de ratione potestatis iudicialis est, ut sententia proferatur per modum indicium, non deprecium. Vnde Christus Dominus dixit: *Quorum remisistis peccata, remittuntur eis, &c.* Et ideo Conc. Trident. dixit sacerdotem illo verbo uti potestate iudiciali, & efficere, atque conferre remissionem peccatorum.

4. QVAEST. *Suntne omnia supradicta verba de essentia huius formæ?* RESP. Dico primum. Gabr. in 4. d. 14. quest. 2. & ibid. Maior. Palud. d. 22. quest. 3. Pet. Sor. lect. 4. de confess. dixerunt esse illa verba, à peccatis tuis. Ratio eorum est, quia verbo absolvo, abstrahit ab absolutione peccatorum, vel censura, ideo debet apponi verbum determinans materiam absolutionis. Veruntamen supposita præmissa accusatione peccatorum verborum absolvo cadens super illam determinatam satis habet significationem. Dico secundum. Præmissa peccatorum accusatione in his tantum duobus verbis, absolvo te, consistit essentia huius formæ. Ita communiter Theologi: docuit Leo X. in Bull. contra Luth. art. 11. & 12. diffiniuit Conc. Flor. & Tri. Ratio est, quia in illis duobus verbis tantum satis innuitur, ac significatur effectus huius sacramenti circa determinatam personam, scilicet absolutionem, circa determinatam poenitentem. Probatur deinde à partium adnumeratione. Nam de pronomine Ego, nemo dubitat. De verbis, à peccatis tuis, docuit D. Thom. & Scot. locis citatis. D. Anton. 3. p. tit. 17. cap. 21. §. 1. Sylu. absolutio. 6. qua. 4. Nau. de pœn. d. 6. cap. 1. num. 9. & in sum. ca. 26. numer. 2. Sorus, & alij. Ratio eorum est iam dicta, quia in prolatione sententiæ, non est necesse a iudice narrari crimen, sed supposita sententia criminis, satis est proferri absolutionem. De invocatione sanctissimæ Triadis censuit communis schola cum D. Thom. citato, à quibus absque ratione secessit Duran. in 4. d. 22. quest. 2. & Maior. ibid. Pet. Soto loco citato. opinantes idem esse de poenitentia, atque de baptismatis sacramento dicendum. Cum tamē ster pro baptismo notissima ratio. Nam est ianua, per quam quis Ecclesiam ingreditur, & ideo debet fidē statim profiteri: deinde quia ea verba in baptismatis forma sunt à Christo Domino expressa: *Baptizantes eos in nomine*

Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. De deprecatione verborum hiberi solita, nemo vnquam dubitauit. Dico tertium. Vt licet aliquod supra dictorum verborum demere, aut relinquere absque virginti necessitate. Ita omnes. Ratio nota, quia non licet absque causa recedere ab vniuersa Ecclesie ritum, ac ceremonia.

§ QVAEST. *Suntne hec duo verba, absoluo te, materialiter an formaliter de essentia huius forme?* RESP. Formaliter quidem, non materialiter, hoc est, in sensu, non in sono. Ita Theologi cum Conc. Florent & Trident. Hac contra ex communi doctrina de sacramentis in genere. Opinatio vero Scoti in 4. d. 14. quæst. 4. asserentis de essentia huius forme, non esse determinata verba, intelligenda esse hoc sensu, aliter falsa est omnia.

De ministro Sacramenti Poenitentiae, §. 9.

- 1 An solus sacerdos sit minister sacramenti Poenitentiae.
- 2 Non omnis sacerdos est minister sacramenti Poenitentiae, sed qui habet iurisdictionem ordinariam, vel delegatam in foro sacramentali.
- 3 Quis sacerdos habet ordinariam iurisdictionem in hoc foro.
- 4 Qui habent ordinariam potestatem in hoc foro, quo illam habent.
- 5 An Archiepiscopi habeant iurisdictionem in hoc foro erga subditos suorum suffraganeorum.
- 6 Quis parochus habet ordinariam iurisdictionem erga eum, qui habet domicilium in duabus parochijs.
- 7 Quis sacerdos habet iurisdictionem delegatam in hoc foro sacramentali.
- 8 Quando Papa delegat hanc iurisdictionem, delegat eam etiam repugnantibus parochijs, & Episcopis.
- 9 Quis sacerdos habet iurisdictionem in hoc foro erga Papam.

10 Quid

- 10 Quis sacerdos habet potestatem in hoc foro supra
Episcopos.
- 11 Quis sacerdos habet potestatem in hoc foro supra
pralatos exemptos.
- 12 Quis sacerdos habet potestatem in hoc foro supra
parochias.
- 13 Quis sacerdos habet iurisdictionem in hoc foro su-
per simplices sacerdotes.
- 14 An sit satis ad hoc sacramentum ministrandum
iurisdictione præsumpta.
- 15 An sit satis ad hoc sacramentum ministrandum
iurisdictione petita, & non obtenta.
- 16 De approbatione Episcopi requisita in confessaria
post Concil. Trident. & interpretamento illius
decreti.
- 17 An sacerdos de cuius iurisdictione, & approbatio-
ne controuertunt probabiliter Doctores, possit
hoc sacramentum ministrare.
- 18 An in articulo mortis pœnitentis possit quilibet sa-
cerdos ei ministrare sacrament. pœnitentiæ.
- 19 Vnde habet in articulo mortis pœnitentis quilibet
sacerdos iurisdictionem ad ei ministrandum sa-
crament. Pœnitentiæ.
- 20 An possit quilibet sacerdos absoluere sacramenta-
liter à Venialibus peccatis.
- 21 An quilibet sacerdos possit absoluere à mortalibus
peccatis iam ritè confessis, & absolutis.
- 22 Quis sacerdos potest absoluere à reseruatis.
- 23 Qui tenetur ministrare Sacramentum Pœniten-
tiæ & quando.
- 24 An confessor teneatur examinare conscientiam
pœnitentis.
- 25 An teneatur confessor absoluere pœnitentem,
quens

- quem iudicat esse dignum absolutione,
 26 De sigillo, quod confessor, & alij tenentur seruari
 confessionis auditæ.
 27 An liceat aliquis vsus notitia in confessione accipi
 sita.
 28 Quod est peccatum frangere sigillum, & quæ
 nae impostæ sunt frangenti illud.

QVAESTIO. Quis est minister Sacramenti Penitentiae?
 RESP. Solus sacerdos. Est propositio de fide. Tra-
 ditur cap. Quidam de poenitent. d. 1. in Concil. Florent.
 & Trident. session. 14. cap. 6. & cano. Ratio est, quia
 hoc sacramentum sit iurisdictionis, non debuit omnibus
 singularibus committi, cum vero sit necessitatis, non de-
 buit solis Episcopis quo ad ministerium tradi. Dico
 cundum. In nullo euentu potest alius, quam sacer-
 dos esse minister huius sacramenti, est omnium Ca-
 tholicorum sensus. Ideo cum Gloss. in cap. si uis de furtis
 & ibid. Panorm. Mag. in 4. d. 17. cap. 1. ibid. D. Thom. quæ-
 3. art. 3. quæ. 2. ad 1. aiunt in defectu sacerdotis, faciendam
 confessionem laico, loquuntur de confessione ad humili-
 ationem, qua humiliatione obtineatur à Deo gratia
 pro peccato delendo, & euitando; non vero ad sacramen-
 tum. Quæ quidem humiliatio tantummodo exercenda
 cum subest periculum, non habendi aliter veram con-
 tritionem, atque dolorem peccatorum.

2 QVAEST. Quis sacerdos est minister huius sacramen-
 ti? RESP. Solus ille, qui habet in hoc foro potestatem iurisdictionis, siue ordinariam, siue delegatam. Est pro-
 positio de fide definita à Conc. Florent. & Trid. session. 14.
 capit. 7. quam dicit Apostolicam traditionem. Ita Damas-
 sus epist. 4. Decretal. Concil. Hispalen. 2. cap. 7. & Concil.
 Lat.

3 QVAEST. Quis sacerdos habet ordinariam potestatem iurisdictionis ad hoc sacramentum ministrandum, & erga quæ
 personas? RESP. Dico primum. Summus Pontifex erga
 uniuersalem Ecclesiam, uniuersalissimam quo ad loca,
 personas, & culpas, & modum vrendi illa per se, vel per
 alios. Ita cap. penult. & ult. 9. quæst. 3. cap. Cuncta per mun-
 danos.

etiam de maiestate, & obed. Ostendit D. Thom. Opusc. 1. cap. 32. & opusc. 19. cap. 4. Dico secundum. Habent hanc potestatem iurisdictionis ordinariam Episcopi, erga suos Episcopatus: Item Vicarij Episcoporum, si sacerdotes sint. Dixi, si sacerdotes sint, quia si sacerdotes non sunt, quamvis hanc potestatem habeant ordinariam ad delegandam, non habent ad exercendam. Dico tertium. Habent hanc iurisdictionis potestatem ordinariam parochi erga suos parochianos. Ita habet usus, & sensus totius Ecclesiæ. Dico quartum. Habent hanc potestatem iurisdictionis ordinariam Prælati Religionum erga religiosos suæ religionis maiorem, minoremve, quo maior, vel minor est potestas exterior erga eisdem religionis, Generalis nimirum erga generalem religionem, Prouincialis erga prouinciam suam: Guardiani erga monasterij subditos.

4 QVÆST. A quo habent huiusmodi Prælati hanc ordinariam iurisdictionis potestatem ad hoc Sacramentum ministrandum? RESP. Dico primum. Summus Pontifex immediate à Christo Domino. Ita Nicolaus Papa cap. In nomine Domini. d. 23. Enimvero licet electio personæ sit ab Ecclesia, collatio iurisdictionis à CHRISTO. Dico secundum. Episcopi, supposita Episcopatum diuisione, quæ sit à solo Summo Pontifice, longior, aut breuior, tum quo ad loca, tum quo ad personas, tum quo ad culpas habent illam etiam immediate à Christo Domino. Ita Suarez. de pœnit. disp. de minist. confess. sect. 1. Ratio eius est, quia de intrinseca ratione episcopalis muneris, est talis iurisdictionis. Est. n. Episcopus ex vi sui officij pastor animarum, & gubernator in spiritualibus. Ideo huiusmodi potestas Episcopis tolli potest per solâ subtractionem, & reservationem loci, vel personarum, & reservationem. Dico tertium. Parochi habent hanc iurisdictionis ordinariam potestatem à Summo Pontifice, dependentem ab Episcopo, quo ad culparum reservationem.

5 QVÆST. Habentne Archiepiscopi potestatem hanc ordinariam, erga subditos suorum suffraganeorum? RESP. Non semper quidem, sed tantum modo cum actualiter visitant. Ita habetur ca. vlt. de pœnit. & remissi.

6 QVÆST. Quis Parochus habet ordinariam potestatem, erga

erga personam, qua habet in diuersis parochijs stabile, & primum domicilium? RESP. Vterque. Ita Nauar. capit. Placuit. numer. 77. quem sequitur Suarius, de poenit. disp. de murch. confess. sect. 1.

7 QVAEST. Quis sacerdos habet hanc iurisdictionem delegatam? RESP. Dico primum. Omnis cui eam commisit aliquis ordinarius erga suos proprios subditos. Ita cap. inter cetera de offic. ordinarij. cap. Omnis vtriusque de poen. & remiss. Et ideo Summus Pontifex potest illam delegare in totam Ecclesiam, etiam repugnantibus Episcopis & Parochis. Ita habetur Clem. Dudum de sepult. Extrauag. super cathedra. eodem titul. Extrauag. Inter cunctas de priuileg. Dico secundum. Episcopi possunt illam delegare in totos suos Episcopatus, etiam repugnantibus Parochis. cap. Quoniam. ca. Inter cetera de offic. Ordin. ca. 2. de poen. & remiss. in 6. Dico tertium. Possunt Parochi erga suos parochianos. Ita ca. Omnis vtriusque de poen. & remiss.

8 QVAEST. Rogo, an de facto quando Summus Pontifex concedit hanc iurisdictionem delegatam, concedat etiam repugnantibus parochis, & Episcopis? RESP. Negat Gloss. capit. Omnis vtriusque Hostiensis, & alij ibidem. Oppositum docent communiter Theologi. Ita Diu. Thom. 2. 2. q. 19. & in 4. d. 17. question. 3. art. 5. question. 6. Durand. quest. 12. Palud. quest. 4. art. 3. Maior quest. 6. & 7. Sor. de quest. 4. art. 5. D. Anton. 3. p. tit. 17. cap. 5. Adrian. quest. 1. confess. Medin. Sylu. & alij Summistae. Iurisperiti, quos refert Nauar. cap. Placuit. numer. 17. Gloss. Clem. Dudum de sepult. Ita docuit Ioann. XXII. Extrauag. Vas Elefanti habet. Benedictus XI. Extrauag. Inter cunctas, de priuileg. Ratio est, quia si tale priuilegium penderet a voluntate Episcoporum, & Parochorum, frustratorium esset, & nullius roboris.

9 QVAEST. Quis sacerdos habet iurisdictionis potestatem ad hoc sacramentum Poenitentiae ministrandum? Papa? RESP. Qui ab eodem Papa eligitur in talem ministrum. Qui quidem sacerdos non eam accipit supra Papam, a quo potest esse electus, immediate a Christo Domino, vt voluit Petrus. lud. in 4. d. 17. quest. 3. art. 2. & Capreol. d. 19. in arg. contra. conclus. Sed mediate ab ipso Papa. Ita D. Thom. in 4. d. 19. quest. 1. art. 3. qu. 1. quia, inquit, Papa, vt Christi Vicarius

dat potestatem supra seipsum infirmum peccatorem, itaque ut peccator subijcitur, ut superior confert potestatem. Nam ægrotus Rex supra se ipsum ægrotum concedit potestatem medico curaturo ægritudinem.

10 QVÆST. *Quis sacerdos habet hanc iurisdictionis potestatem supra Episcopos?* R E S P. Qui ab eisdem eligitur in talem ministrum. Talis vero electus sacerdos habet eam delegatam à Summo Pontifice ordinario confessario Episcoporum, qui quidem illis concedit facultatem eligendi confessorem. Ita habetur *cap. ult. de pœn. & remiss.* Tenent in 4. Palud. d. 17. qu. 2. Gab. qu. 2. art. 3. Dub. 2. D. Anton. 3. p. tit. 17. ca. 9. Ang. Sylu. & alij. Turrec. ca. *Quantum de pœn. d. 1.* Episcoporum vero nomine comprehenduntur solum Episcopi consecrati. Eã sententia autem suarj cõprehenduntur etiam Episcopi electi tantum habentes iam ante consecrationem, iurisdictionẽ episcopalem: ut habent parochi nondum sacerdotes parochiales.

11 QVÆST. *Quis sacerdos habet hanc iurisdictionis potestatem supra prælatos exemptos?* R E S P. Qui ab eisdem eligitur in talem ministrum, habet vero eam delegatam à Papa, qui illis concedit priuilegium elegendi confessarium. Ita habetur *cap. ult. de pœn. & remiss.* Qui autem appellandi sint huiusmodi prælati exempti, non est melius perfecti, esset enim falcem mittere in alienam Iurisperitorum messem.

12 QVÆST. *Quis sacerdos habet hanc iurisdictionis potestatem super Parochos, ut possit eis hoc Pœnitentiæ sacramentum ministrare?* R E S P. Qui ab eisdem eligitur in talem ministrum. Habent enim Parochi facultatem eligendi confessarium, quem velint ex approbatis, absque alia licentia particulari Episcoporum, qui ordinarij confessarij sunt Parochorum. Ita obtinuit praxis. Hanc autem facultatem non habent à iure, nullum enim tale ius inuenitur: sed à consuetudine, ut notat Suar. contra D. Anton. 3. p. tit. 19. ca. 19. §. 19. opinantem non posse consuetudine introduci, ut quis possit sibi eligere confessorem iuxta ca. 2. de pœn. & remiss. in 6. Contra quem etiam tenuit Gabr. lect. 3. in can. & Nau cap. *Placuit. num. 30.* iuxta cap. *Cum contingat de foro compet. id expresse decernens.* Quæ consuetudo ubi viget immemorabilis, & tolerata ab Episcopis

scopis, tuto seruari potest, incepta enim fuit à confessoribus ipsorum Episcoporum, eamque nunquam reuocent. Veruntamen semper ab eodem consensu pendebit, ut ab eodem omnino tolli, & poni possit, sine vllaquam iuris præscriptione. Et de hac præscriptione dicitur in illo cap. 2. de pœnitenti. & remiss. allegato per Antonin. non posse consuetudine obtineri ius ad eligendum confessorium contra voluntatem Episcoporum.

13 QVÆST. Quis sacerdos habet hanc iurisdictionem prærogatiuam erga simplices sacerdotes? RESP. Iuxta vsitatum & inceptam consuetudinem eligendi ab eisdem: quilibet confessorius ex approbatis, quem ipsi elegerint, est ministrum ad eis conferendum huiusmodi sacramentum.

14 QVÆST. Sufficiunt ad hoc sacramentum ministratio iurisdictionis præsumptiue tantum concessa ab Ordinario, & plenaria gratia. Est hic Titius sacerdos approbatus ad audiendum confessiones: pro amicitia inter eum, & parochum, prærogatiua parochum ratum habiturum sacramentum per Titium ministratum: in super præsumit parochum concessurum talem iurisdictionis potestatem, si ab eo talis facultas petatur. Rogo, an sit huiusmodi præsumptio, ut quis possit ministrare hoc sacramentum? RESP. Hæc facultas duas habet facultates, ut singulas cursim persequar. Dico primum. Non verum conficit pœnitentiæ sacramentum sacerdos, qui absq. iurisdictione concessa ab Ordinario illud conficit, cum proposito postea illam petendi, & cum spe illam obtinendi per rati habitionem Ordinarij, ratum habituri, quod statutum est. Ita omnes Theologi, inter quos expressius videtur in 4. d. 17. quæst. 3. Gab. quæst. 2. art. 2. dub. 4. D. Anton. 3. p. tit. 17. cap. 4. Ang. Sylu. & Summistæ communi. Ratio est, quia ad hoc sacram. ministrandum, necessaria est iurisdictionis de præsentis, sed per rati habitionis spectat solum haberi iurisdictionis de futuro, ut ita dicam, hoc est, speratur habenda iurisdictionis, ergo, &c. Dico secundum. Verum conficit sacramentum Pœnitentiæ Sacerdos, qui ex præsumpta voluntate Ordinarij videntis, & tacentis, & tacentis, atque per silentium consentientis illud subditis talis ordinarij ministrat, ut saepe contingit inter parochos vicinos. Contingit etiam, cum conuen-

unt plures sacerdotes ad aliquod officiũ, præcipue tempore quadragesimæ: tunc enim si accedant parochiani ad confessiones, non est opus, expressa proprii parochi licentia. Ita auctores citati *in puncto proximo*, insuper Capreol. *in 4. d. 19. ad arg. contra 3. concl. Adrian. qua 5. de confess. Henr. quodlib. 1. quest. 31. & 32. Nauar. in summ. capit. 9. num. 6. & in cap. Placuit num. 103. Viet. in summ. num. 153. Sot. d. 18. quest. 2. art. 3.* Admonet tamen Sor. non vti licere hæc tacita voluntate, absque vigente necessitate, nisi omnino certa sit.

15 QVÆST. Estne satis ad hoc sacramentum ministrandum iurisdiclio petita ab Ordinario, & non concessa? R E S P. Dico primum. Falsa est opinio asserentium sufficere ad hoc sacramentum ministrandum iurisdictionem petitam, & iuste non concessam, seu negaram. Ita duar. *de pœn. disput. de minist.* Ratio est, quia iurisdiclio iuste negata omnino nulla est. Dico secundum. Non est satis ad hoc sacramentum ministrandum iurisdiclio petita, & iniuste ab Ordinario negata. Ita expresse D. Thom. *in 4. d. 17. qu. 3. art. 3. quest. 4. ad 5. & 6.* ait enim pœnitentem se gerere debere, tanquam carentem confessario. Et *Opus. 19.* vbi ait tunc superiorem, & sibi, & subdito damnationem acquirere, sibi, quia peccat graviter, subdito, quia priuat illum remedio. Idem docet D. Bonau. *in 4. d. 19. Alens. 3. p. quest. 77. in 1. art. ad 1. Marhl. in 4. qu. 12. art. 1. Sot. d. 18. qu. 4. art. 2. Ledef. qu. 7. ar. 5. Viet. in sum. num. 145. Caiet. absolutio. 2.* Oppositum quidem reuocant Palud. Gab. D. Ant. supra citati. Richard. *in 4. d. 17. art. 3. qu. 7. Adrian. qu. 5. de confess. Panor. cum aliquibus. cap. Omnis vtriusque. Nauar. in sum. ca. 7. num. 8. & ca. Placuit. nu. 150.* Veruntamen absq; vilo fundamento, vt docet Suar. *loco citato.* Ratio est, quia ex nullo iure diuino, vel humano eruitur huiusmodi confessio. Nam ius humanum, quod allegant, notatur *capit. Placuit de pœn. d. 6.* Veruntamen textus ille non concedit facultatem ad audiendas confessiones, sed ad mutandam pœnitentiam impositam per ignorantem confessarium, & ideo non facit ad rem.

16 QVÆST. Requiritur ne in sacerdote præter iurisdictionis potestatem, approbatio per Episcopum? R E S P. Dico primum. Hodie post Concil. Trident. approbatio confessarii per
Medull. Casuum. O O Epi-

Episcopum est de essentia sacramenti poenitentiae, ut absque ea uellum fiat sacramentum. Ita decreuit sancta Synodus, sessi. 2. ca. 15. de reformat. hisce verbis. *Decernit sancta Synodus, neminem etiam Regularum posse confessiones secularium, etiam sacerdotum confessiones audire, nisi id idoneum reputari, nisi vel parochiale beneficium habeat, ab Episcopis idoneus iudicetur, & approbationem obtineat.*

17 QVÆST. Quo pacto intelligendum est hoc decretum Concilii? RESP. Dico primum. Hoc ius fuit nouiter decretum. Ita Palud. in 4. d. 17. qu. 4. Gab. qu. 2. ar. 3. D. Anton. in 17. ca. 9. Soc. d. 18. qu. 4. ar. 3. Adrian. dub. post q. 1. de iur. Caiet. absolutio. 2. Syl. confessi. num. 5. Angel. eodem nom. 4. Victor. in sum. de poen. nu. 150. Nauar. ca. Placuit.

Enim vero ante hoc decretum quisque sibi eligebat sacerdotem, ut ministrum idoneum ad hoc sacramentum, quidquid dicat Cano. de poen. p. 5. Dico secundum. Regularium confessiones audiendas, non est opus, ut confessarius sit approbatus per Episcopum: hæc conuincitur constare ex verbis decreti. Dico tertium. Hæc approbatio non est concessio iurisdictionis, sed quædam conditio personæ, sine qua ei non potest conferri iurisdictionis. Et ideo sacerdos approbatus, siue per parochiale beneficium sibi collatum, siue per iudicium Episcopi, potest esse idoneum ministrum huius sacramenti, & potest istud sacramentum ministrare absque iurisdictione concessa ordinaria in suos (quæ quidem illi datur collationem ipsius parochialis beneficii) delegata in alios. Itaque in ministro huius sacramenti duo requiruntur, scilicet approbatio & iurisdictionis, quarum altera sufficiente, nequit hoc sacramentum ministrari. Dico quartum. Hæc approbatio idoneitatis ab Episcopo facta non est actus gratiæ, sed iustitiæ, explicio meam mensuram. Offerit se Titius sacerdos Episcopo approbandus, potest iudicium idoneitatis, non est liberum Episcopo illum approbare, vel reprobare, sed tenetur ferre iudicium, potest in Domino censuerit. Ita doctissime Suar. Dico quintum. Approbatio per parochiale beneficium sacerdoti collatum, non fuit nouiter inducta à Con. Triid. sed multo antequam illud habebatur in iure, approbatum, & receptum in tota Ecclesia, ut sacerdos parochiale habens beneficium

posset assumi ad hoc sacramentum ministrandum. Ha-
 bens, dixi, parochiale beneficium, quia si illud dimisit,
 iam non manet approbatus. Ratio sumitur ex verbo le-
 gis: Parochiale habens beneficium. Dico *sextum*. Appro-
 batio per Episcopum, duo postulat iuxta Concilij decre-
 tum. Primum iudicium Episcopi de idoneitate approba-
 ti formatum reuera ab eo siue per examen approbandi,
 siue per aliam notitiam: aliter enim erit ficta approbatio,
 si approbet, quem iudicat indignum, ad tale ministeriũ.
 Hoc constat ex verbis Concilij decernentis. Nisi ab Epi-
 scopo per examen, vel alias idoneus iudicetur. Non est
 tamen opus, vt iudicium Episcopi sit certum, nec multa
 diligentia factum: sed satis est formare tale iudicium. Ita
 Suar. *de pœnit. disp. de ministr.* Secundum, quod requiritur
 est approbatio. Licet enim Episcopus formet iudicium
 de idoneitate, nisi tamen approbet, sacerdos non est ido-
 neus minister. Et ideo non sufficit hæc approbatio peti-
 ta, & non obtenta, sed omnino requiritur, vt obtineatur.
 Quæ veritas etiam locum habet in Religiosis confessa-
 rijs (quidquid dicat Nau. *in sum. cap. 27. num. 264. & 265.*)
 quia per hoc decretum Concilij, reuocata sunt illorum
 priuilegia contenta in *Clem. Dudum de sepult. & in Extra-
 nag. super cathed. eodem tit.* Ita Cong. Cardin. *resp. 1162.* De-
 creuit Pius V. *in motu proprio. 44.* reuocans priuilegium à
 se concessum Mendicantibus *in motu proprio 38.* super
 hoc decretum Concilij. Declarauit insuper Grego. XIII.
motu proprio 15. qui incipit: *In tanta.* Et ideo non est satis
 præsentari huiusmodi Religiosos Episcopo, sed est opus,
 vt approbentur ab Episcopo. Dico *septimum*. Cum
 quis ex vi Bullæ, vel priuilegij Pontificij, habet potesta-
 tem ad eligendum confessarium, semper intelligitur ad
 eligendum ex probatis, nisi in ipsa Bulla, aut priuilegio
 Pontificio aliud exprimat. Quam veritatem semper
 exprimunt nuncipæ Bullæ Pontificiæ. Dico *octauum*.
 Parochus non potest delegare potestatem iurisdictionis
 in hoc foro alicui sacerdoti, nisi approbato ab Episcopo.
 Ita Suarius, & probat praxis. Dico *nonum*. Summus Pon-
 tifex, hanc iurisdictionem alicui sacerdoti delegans, si-
 mul illum approbat. Ita Suar. & res claret ex terminis. Di-
 co *decimum*. Prælati Episcopo inferiores, qui habent li-
 centiam

centiam eligendi sibi confessarium, tenentur eligere approbatus ab Episcopo. Ita declarauit Gregorius XIII vt refert Suar. Dico *undecimum*. Episcopus eligendo confessarium subditum sibi, simul illum approbat. Si men sibi eligat confessarium subditum alteri Episcopo, debet talis confessarius esse approbatus à proprio Episcopo. Ita declarauit Congreg. Cardin. *resp. 1158. 23. Dec. 1588.* Dico *duodecimum*. Quando quis (etiam Religiosus) Bullæ pontificiæ aut priuilegij habet facultatem eligendi confessarium approbatum: talis confessarius debet esse approbatus à suomet Episcopo, licet pœnitens subditus sit alterius Episcopi. Ita declarauit Cong. Card. *resp. 1158. 23. Dec. 1588.* Atque in hac responsione, fundatur responsio circa Episcopos in puncto proximo allata. Ratio est, quia illis specialis gratia sub hac conditione illis conceditur. Dico *decimumtertium*. Religiosus approbatus in vno Episcopatu, non cœsetur approbatus in alio: si audiat confessiones ex vi suorum priuilegiorum, sed necesse est, vt in singulis approbetur. Multa sunt, quæ cōfirmant hanc cōmuni sententiam, quam refert Guter. *li. 1. can. q. c. 27.* In primis quia Con. Trid. requirit illius approbationem ab Episcopo, vel Episcopis. Deinde, quia Pius V. concessit priuilegium Mendicantibus, vt semel tantum in vno quouis Episcopatu examinari, & approbari possent, nisi inuenirentur Episcopi. Tertio, quia Gregorius XIII concessit priuilegium Religiosis sanctissimæ Societatis Iesu, vt lecti approbati iter euntes, possint confessiones audire in quouis Episcopatu, in quo non sunt approbati, dummodo id non faciant in oppido, vbi Episcopus proprius tunc enim requirit Episcopi approbationem. Dixi, talis religiosus audiat confessiones ex vi suorum priuilegiorum; quia si audiat electus à pœnitente ex vi Bullæ aut Iubilæi Pontificij concedentis pœnitentibus electionem confessarij approbati: satis est esse eum approbatum ab aliquo Episcopo. Ita probabiliter tenet Suar. Ratio eius est ducta à congrua paritate. Nam talis pœnitens potest vbique terrarum eligere confessarium, secularium ab Episcopo approbatum; ergo satis erit eligere religiosum confessarium semel approbatum in aliquo Episcopatu: ne in hac re peioris sit conditionis religio-

sus, quam sæcularis. Dico *decimum quartum*. Hæc appro-
 batio fieri potest ad certum tempus, & non vltra; erga
 certa loca, & non vltra; erga certas personas, & non vltra:
 verbi gratia, erga mares, & non fœminas; erga opifices
 præter mercatores. Ita obtinuit praxis, & ratio est in
 promptu, quia interuenire sæpissime potest causa talis
 limitationis. Dico *decimum quintum*. Hæc approbatio se-
 mel facta interueniente iusta causa coarctari, & omnino
 reuocari potest. Ita Suar. Deducitur apertè ex priuilegio
 Pij V. Mendicantibus concessio, vt ab eodem Episcopo
 non possint sæpius examinari; ergo supponit posse eos
 sæpius examinari, & non approbari. Et ratio est manife-
 sta, quia ista approbatio pendet tum ex scientia, tum ex
 moribus; quemadmodum igitur homo mutari potest,
 tum in scientia, tum in moribus; ita etiam ipsius appro-
 batio. Dico *decimum sextum*. Approbatio semel facta, &
 iniuste reuocata, adhuc tenet in rei veritate: in praxi ta-
 men semper habenda est reuocata, neque ea deinceps
 cuique vti licet. Ita Doctor Suar. subtiliter, vt rei veri-
 tatem enuclearet, atque caute, vt iudicium in re maxime
 graui arbitrio proprio adimeret. Adnotat insuper raurus
 Magister ex Nau. capit. Placuit. num. 163. & in summ. cap.
 27 num. 266 hanc approbationem semel factam, & non
 reuocaram semper durare, etiam si alius Episcopus succe-
 dat, donec ab eo reuocetur.

17 QVÆST. Estne aptus minister huius Sacramenti Sa-
 cerdos de cuius iurisdictione, & approbatione sunt opiniones
 probabiles? RESP. Quoniam occurrere potest euentus, in
 quo maximæ sit vtilitatis, & necessitatis vocare talem
 sacerdotem ad ministrandum hoc Sacramentum, verifi-
 mile est, ex Ecclesiæ benignitate, & prouidentia tali sa-
 cerdoti ab ipsa Ecclesia concedi iurisdictionem, & ap-
 probationem. Ita Doctor Suar. de pœnit. disp. de ministro.
 Ratio sumitur ex L. Barbarius ff. de offic. prætoris. Ex quo
 communi iure receptum est, vt qui communi existima-
 tione cum titulo vero, aut falso exercet aliquod publicum
 officium, acta per eum teneant, & valeant. Inde colli-
 gunt Doctores excommunicatum occultum, & sacer-
 dotem, qui pro vero parochio habetur, qui reuera non sit,
 quia v.g. simoniace obtinuit beneficium; vere consecrare

Sacramentum, ex concessione tacita Ecclesie. Ecce
 cidit in nostro casu.

18 QVAEST. Habetne quilibet sacerdos in articulo
 paenitentis iurisdictionem, & approbationem, ut possit
 ministrare Sacramentum paenitentiae? RESP. Maxime hinc
 aliqua traditio, habetur cap. 26. quæst. 6. & nouiter
 Trident. sessi. 14. cap. 17. Articulus autem mortis
 periculum probabile mortis. Ita Gloss. capit. Pastor
 praterex de offic. Ordin. cap. Quod in te de paenit. & remiss.
 paenitentia. Nau. capit. 26. numer. 31. & cap. 27. numer.
 Medin. de confessi. quæstion 16. Palud. in 4. dist. 17. quæst.
 artic. 2. & dist. 20. quæst. 1. artic. 2. Adrian. de confessi. quæst.
 Syllu. confessor. 1. quæst. 6. & interdictum 5. quæst. 7. Rationes
 quia in inre periculum, & articulus mortis, pro eodem
 habentur. Nam cap. Si quis suadente 17. quæst. 4. referuntur
 absolutio excommunicationis violentarum maritum
 nisi in periculo mortis: in cap. vero Non dubium de sent.
 excommuni. facta mentione illius exceptionis, dicitur
 in articulo mortis. Insuper in cap. Eos qui de sent. excomm.
 modo articulus, modo periculum mortis pro eodem so
 minatur. Tertio, quia ad præcepta implenda, obligat
 solum articulus, sed periculum mortis: ut obligat præ
 ceptum annuæ confessionis, & communionis annuæ, & co
 nstitutionis, & similia. Inde enim emanauit sapientium
 proloquium: Qui amat periculum peribit in illo. Quale
 periculum censeatur probabile mortis, prudentis a
 relinquitur. Est autem tale periculum secundum
 maiorem sensum longa, & periculosa nauigatio; ad
 commiscendum prælium: partus mulieris. Non sunt
 tur audiendi Sot. in 4. d. 18. quæ. 4. ar. 4. Cano. p. 5. de paenit.
 Couar. ca. Alma p. 1. §. 11. nu. 8. oppositum asserentes ad
 textu, & ratione. Sunt vero maxime notanda verba
 Concilij Tridentini. In articulo mortis quilibet paenitentis,
 quibusuis peccatis, à quocunque sacerdote potest absolui. Itaque
 neminem excipit paenitentem, qui tunc non sit capax
 ius sacramentis nullum excipit scelus, quod nequeat
 solui: nullum excipit sacerdotem, qui non possit esse
 minister huius sacramenti, quacunque censura, vel exco
 innodatus sit. An vero ordo seruandus sit dignitatis pe
 sentibus in eodem articulo pluribus sacerdotibus, negat
 Saz.

Sua verbo *absolutio*, affirmat Suar. & merito: quia Conc. Trid. & Ecclesiæ benignitas voluit tantum succurrere salutari æternæ pœnitentis in defectu proprii cōfessarij: ergo eo adstante, seruandus est debitus dignitatis ordo.

19 QVÆST. *Vnde habet quilibet sacerdos hanc iurisdictionem in articulo mortis?* RESP. A iure diuino censuit Durand. in 4. d. quæst. 2. ad 1. Capreol. *ibid.* ad 4. cont. 3. conclus. Palud. d. 20. qu. 1. ar. 2. Ruard. ar. 3. cont. Luth. Armilla verb. *absolutio*. A iure humano censet D. Thom. numer. 4. d. 19. qu. 1. ar. 3. & d. 20. quæ. 1. ar. 1. quæ. 2. D. Bonau. d. 17. quæ. 1. 1. ar. 3. Maior. qu. 1. Almai. qu. 1. Sor. d. 18. qu. 4. ar. 4. Coua. ca. Alma. p. S. numer. 8. Turrecr. in sum. de Eccles. lib. 1. cap. 98. Est firmum argumentum in verbis Conc. Trid. assertis. *Semper fuit custoditum in Ecclesia ne aliqui perires.* &c. Immemorabilis vero consuetudo huius concessionis, indicat iam ab Apostolis deductam esse talem concessionem, non vero iudicatus diuinum, vt volunt oppositæ sententiæ Auctores, neque aliud voluit D. Aug. li. 4. de baptis. ca. 24. quem immerito adducere nituntur in suam sententiam.

20 QVÆST. *Haberne quilibet Sacerdos iurisdictionem ad absolendum à venialibus?* RESP. Rem sibi incertam testatur Nau. capit. *Placuit.* numer. 22. Sed immerito. Est enim res certa apud antiquos Patres. Docet Suarius, etiam post Concil. Triden. Difficile est assignare rationem. Sor. ait, quia ad hæc absoluenta peccata, sola est satis potestas ordinis. Ita d. 18. quæst. 4. art. 2. ad 2. indicat *ibid.* D. Thom. qu. 1. ar. 3. qu. 1. ad 3. Immerito tamen, quia cum sacerdos tunc exerceat iudicium, pollere debet iurisdictionis potestate. Ideo ait Caietan. hanc iurisdictionem tribui tunc à pœnitente ipso. Ita tom. 1. Opus. tract. 7. & in sum. verb. *absolutio* 2. Veruntamen non recte, quia per solam subiectionem non confertur iurisdictione Ideo Cano. & Ruar. supra citati, Ledesm. 2. 4. quæst. 22. art. 1. aiunt hanc iurisdictionem esse à iure diuino, quia nequit huiusmodi peccata reseruare, ergo signum est non habere potestatem super illa. Nihilominus etiam hæc sententia falso nititur fundamento, quia licet Ecclesia directe non possit venialia peccata reseruare: potest tamen indirecte ea sacramenti absolute eximere, enim vero excommuni-

cat nominatim denunciatus iuxta communem sententiam, nec de venialibus vere absoluit, quia ab Ecclesia priuatur omni iurisdictione sacramentali ad conficiendum sacramentum pœnitentiæ. Hanc ob rem Paludanus 4. d. 19. qu. 2. art. 2. ibid. Capreol. ad 1. cont. 3. conclus. Medina Sot & alij supra citati, quos sequitur Suar. opinantur iurisdictionem esse ab ipsa Ecclesia concessam, iam iam ab Apostolis deductam.

21 QVÆST. *Habere quilibet sacerdos iurisdictionem absolue-ndum à mortalibus peccatis iam ritè confessis?* R. S. N. Negat Sot. loco citato. Affirmat Ledesm. obtinuit praxi idem de mortalibus ritè iam confessis, & absolutis, et de venialibus exercens ex iurisdictione ab Ecclesia tradita, vt iam respondi.

22 QVÆST. *Quis potest ministrare sacramentum pœnitentiæ ei, qui habet casum reseruatum, hoc est, quis potest absolue-re pœnitentem, qui habet casum reseruatum?* R. S. N. Dico primum. Potest ille, qui casum reseruauit. Dico secundum. Potest ille, qui est superior in iurisdictione sacramentali, quam ille, qui casum reseruauit. Talis est Papa respectu Episcopi: Episcopus respectu parochi Prouincialis Religionum respectu Guardiani, seu aliter inferioris prælati. Non tamen est talis Archiepiscopus respectu suffraganeorum: nisi cum actualiter visitat Dioceses suffraganeas, vt supra respondi. Dico tertium. Potest ille, cui delegauit potestatem proprius reseruans, aut superior proprio reseruante. Hæc autem delegatio debet expresse ad casus reseruatos: nam absolutio delegatio ad absoluendum, non sufficit, vt habetur cap. 3. Episcopus de pœnit. & remiss. in 6. Per quæ autem verba hæc delegatio, agit D. Anton. 3. p. tit. 17. ca. 13 & Nauar. p. 261. Valet tamen multum hæc in re iudiciu prudens. Dico quartum. Episcopi habent iurisdictionem absolue-ndi casibus reseruatis Papæ, quando sunt alia peccata occulta Ita eis delegauit potestatem Con. Trid. sess. 24. ca. 6. de reform. Dico quintum. Religiosi, etiã mendicantes ex privilegio iuris communis, non possunt absolue-re à reseruatis Episcopo, licet per particularia statuta Episcopi, sint ipsi reseruata. Ita D. Anton. 3. p. tit. 17. capit. 1. Sot. d. in 4. d. 19. quæst. 4. art. 3. Nau. sup. num. 266. Ratio est, quia in Clemen-

Dualium

Dudum. de priu. aperte dicitur Religiosos non habere maiorem potestatem absoluendi, quam habent parochi ex vi iuris communis: atqui parochi non habent potestatem absoluendi à reseruatis Episcopo; ergo, & cetera. Ex tate etiam hac de quæstione declaratio Cardin. *respon.* 661. quæ etiam meminit in hac declaratione priuilegiorum communium Maris magni. Dixi ex vi iuris communis, quia ex vi priuilegiorum particularium, aliter dicendum est. Sed ipsi, quorum interest, viderint. Dico *sexium.* Opinio est valde communis posse reseruantes audire peccata tantum ad se reseruata, & pœnitentiam sacramentaliter ab ijs absoluere: atque pro confitendis alijs peccatis non reseruatis, mittere ad sacerdotem inferiorem. Ita Caietan. *verb. conf. cond.* 10. aitque hanc esse Romanam consuetudinem, neque oportere sapere, quam oportet sapere, eam in dubium reuocando. D. Antonin. 3. p. tit. 17. c. 4. §. 6. Palud. in 4. d. 17. qu. 5. Richard. 1. art. 2. qu. 8. ad 2. Henric. quod l. 1. qu. 19. Sot. d. 18. q. 2. art. 5. Pet. Sot. lect. 10. de confess. Nauar. cap. Cum consideret. §. cautus. num. 12. c. 8. de pœn. d. 5. Hanc tamen valde communem opinionem iure merito limitat Suar. ad casum vrgentis necessitatis, ex rationabili causa ortæ Ita etiam Adrian. qu. 5. de confess. Sylu. confessio 1. qu. 19. Vict. in sum. num. 149. c. 162. Ceno. p. 5. de pœn. Viguer. in sum. cap. 17. §. 4. vers. 17. Ratio est, quia iure diuino, est integritas confessionis: ergo non licet ire præter hoc ius, absque rationabili causa, & vrgente necessitate. Neque opposita consuetudo vnquã viguit Romæ, vt affirmat Syluest. neque modo viget, vt testatur Suar. sed fuit inuentum Caiet. & aliorum Auctorum. Si igitur detur grauis causa; & vrgens necessitas, poterit pœnitens confiteri peccata reseruata solû, & ab eisdem absolui sacramentaliter, verû enim tunc recipiet sacramentû. Vrgens tamen necessitas ad dimidiandâ talẽ confessionẽ accidere poterit tunc ex parte cõfessoris, tunc ex parte pœnitentis, vt iam respondi, cum me rogasti de confessione reseruatorum ex parte pœnitentis. Non tamen censenda est multitudo negotiorum reseruantes opprimentium, quia hoc est vnum ex præcipuis, deinde, quia tunc potest iurisdictionem delegare. Quod si in ea negotiorum oppressionẽ oporteat pœnitentem audiri,

audiat tantum referuata, & pœnitentiam imponat, &
 non absoluat, sed inferiori sacerdoti iurisdictionem
 committat. Dico *septimum*. Valde communis est opinio
 posse inferiorem sacerdotem abfoluere sacramentaliter
 pœnitentem habentem peccata referuata, & non referuata,
 à solis peccatis non referuatis interueniente urgente
 necessitate ex causa graui, & pro abfolutione referuato-
 rum illum ad superiorem remittere. Ita D. Thomas
in 4. dist. 17. quest. 3. artic. 4. quest. 2. Palud. *ibid. quest. 3.*
 Gabriel. *qu. 1. dub. 2.* Almain. *qu. 1. dub. 2.* Maior. *qu. 1. dub. 2.*
 Alenf. *3. p. qu. 77. in 5. artic. 2. ad ult.* Henric. *qu. 1. dub. 2.*
 qu. 29. *eb. 30.* D. Anton. *3. p. tit. 14. cap. 18. §. 6.* Sylu. *confess. qu. 19.*
 Aug. *confess. 5. nu. 9.* Med. *de confess. qu. de integ. reuar. cap. consideret. §. cautus num. 10. de pœn. dist. 6. Sor. 4. quest. 2. art. 5.* Can. *de pœn. p. 5. Ledesm. 2. 4. q. 8. art. 3. dub. 2.*
 Urgens autem necessitas erit scandalum, vel iniuria
 subeunda, nisi sacerdos celebret, aut nisi quis commu-
 cet. Item tempus instans implendi præceptum agra-
 confessionis, vel communionis. Hæc opinio Doctri-
 Suario absolute probatur: disputat vero an in eo euenit
 sufficiat pœnitenti tantum dicere peccata non referuata,
 tacendo referuata. Affirmat Alenf. Pet. Sor. Gerlon. Gab.
 Gab. Negant tamen cum D. Thoma reliqui Doctores,
 quos sequitur Suar. airque faciendam integram confes-
 sionem non referuatorum, & referuatorum, abfolu-
 tionemque cadere directe, & per se super non referuata,
 directe vero, & per accidens super referuata. Dico *non-
 uum*. Cum aliquis subditus alicuius Episcopatus, ex cau-
 sa versatur in alio, & ex consuetudine recepta confitetur
 alicui approbato confessario loci, in quo versatur (si
 potest ex consuetudine recepta) quo ad abfolutionem
 referuatorum habendus est, ut incola illius loci, hoc est,
 si habeat peccatum referuatum in tali Episcopatu ab-
 solutus erit referuantem: non autem si habeat referuata pec-
 cata in suo proprio Episcopatu. Decisio est Suarij eadem
 nonnullos Doctores. Nam Sorus *in 4. dist. 18. quest. 2. artic. 4.*
 ait talem pœnitentem non posse absolui a referuatis
 proprij Episcopatus, posse tamen a referuatis
 alieni. Eam tamen sequitur Caiet. *abfolutio 2.* Palud. *in 4. dist. 17. qu. 3.*
 D. Antonin. *3. p. tit. 17. cap. 4.* Ratio est. Quia ab-
 solutio

fellores alieni Episcopatus, non tenentur scire casus re-
 seruatos proprii pœnitentis, sed sui tantum; ergo si talis
 pœnitens potest se in confitendo gerere, vt iacola ex fa-
 cultate per consuetudinem data, tenebitur tantum le-
 gibus incolarum. Dico nonum. Quilibet sacerdos potest
 ministrare sacramentum pœnitentiæ ei, qui confitetur
 solum peccata referuata iam rite superiori confessa,
 & absoluta. Est contra Sorum: pro ea tamen stat ratio,
 quia illa peccata iam non sunt materia necessaria: de
 materia vero non necessaria potest quilibet sacerdos
 absoluere, vt suo loco probauit. Dico decimum. A pec-
 cato referuato oblito inculpabiliter in confessione alio-
 rum referuatorum; vel facta apud eum, qui ab illo pos-
 set absoluere, & quidem absoluere, si tunc diceretur,
 potest sacerdos habens iurisdictionem, seu ordinariam,
 seu delegatam in mortalia peccata, absoluere. Ita cõmuni-
 ter Doctores. Gab. in 4. d. 17. q. 1. Adr. q. 4. de conf. Syl. conf.
 1. q. 4. Ang. conf. 1. nu. 22. Rose. conf. 2. nu. 9. Can. de pœn. p.
 5. Ledesm. 2. 4. q. 8. ar. 2. dub. 8. Cou. c. Alma p. 1. §. 10 nu. 12.
 Nauar. c. Consideret. §. cautus. numer. 30. de pœn. d. 5. & in sum.
 c. 26 nu. 13. Ratio est quia iam tale peccatũ nõ manet re-
 seruatum, quoniam superior, quantum in eo fuit, intendit
 liberum, & absolutum dimittere pœnitentem. Hoc
 maxime notandum propter euentum frequentem in
 confessionibus factis virtute Iubilæi, quo transacto
 possunt referuata oblita absolui. Dico undecimum. In ar-
 ticulo mortis, seu in periculo (quod idem est, vt iam
 ostendi,) quilibet sacerdos inferior potest absoluere a
 referuatis. Ita Concil. Trident. sess. 14. cap. 7. licet adsit a-
 lius, qui possit absoluere ab eis extra illum articulum. Ita
 Syluest. absolutio. 1. §. 3. & Couar. capit. Alma p. 1. §. 11.
 numer. 3. Ratio est, quia Concilium pro eo articulo
 omnino dixit nullam esse referuationem. Notandum ta-
 men, an peccatum tale antea referuatum, referuatum
 esset Papæ, & tunc pœnitens conualescens teneretur re-
 currere ad Papam, non pro absolutione sacramentali,
 quam obtinuit, sed pro ostensione subiectionis. Ita præ-
 cipitur cap. Eos, qui de sent. excom. c. 99. Nau. c. 26. nu. 20. In
 absolutione vero referuatorum alijs inferioribus Papæ
 non manet onus ad eos recurrendi. Ita Sylu. confessio 1.
 quest.

quest.

quest. 19. & confessor. 1. qu. 20. Angel. confessio. 3. nu. 2. Arm.
absolucio. n. 2. Palud. in 4. d. 20. qu. 1. art. 2. D. Anton. 3. p. 14.
14. capit. 18. §. 17. Nau. in sum. cap. 2. nu. 7. Ratio eorum est
quia hæc iurisdictio in eo articulo non inuenitur con-
cessa cum tali limitatione. Dico *duodecimum*. Superius
delegans iurisditionem in reseruata, potest illam dele-
gare cum onere subijciendi iterum ei peccata confit-
delegato, non quidem ad absolutionem, sed ad medi-
lam adhibendam. Ita Doctores communiter, quos
fert Nau. cap. Placuit num. 112. & 113. & in sum. cap. 9. nu.
1. Sor. in 4. d. 18. qu. 2. art. 5. Cano loco sepe sup. citato. &c.
Ratio est, quia confessio talis iurisditionis est in
gratia: gratia autem concedi potest, vel absolute, vel
cum limitatione. Et mihi quidem constat ita in al-
quibus sacris Religionibus hanc potestatem dele-
ri.

23 QVÆST. Quis confessor, hoc est, sacerdos habens iuris-
ditionem, & approbationem tenetur ministrare hoc sacra-
mentum ex officio: & quando? RES P. Parochus, qui in iure pro-
prius sacerdos appellatur, obligatur solum iuxta Rich.
in 4. d. 18. art. 2. q. 3. Sylu. confess. 1. §. 18. Arm. absolucio. 3.
Med. de pœn. q. 41. semel in anno, quando subditus tra-
tummodo obligatur. Oppositum tamen est affirmatio
nimirum teneri parochum ad hoc munus exercendum,
quoties expedire prudenter iudicauerit subdito. Ita
Adrian qu. 5. de confess. dub. 8. Sor. in 4. d. 18. q. 4. art. 2. Vnde
Cano. Ledesm. locis citatis. Nau. c. Consideret num. 111.
Ratio est, quia pastor non debet solum extrema necessi-
tati ouium, sed etiam illarum vtilitati consulere, tempus
autem vigentis præcepti est extrema necessitas, ergo
&c.

24 QVÆST. Quid tenetur confessor agere circa penitentis
conscientiam? RES P. Tenetur formare iudicium de suf-
ficienti dispositione penitentis: & ad hoc iudicium for-
mandum tenetur examinare penitentis conscientiam,
vt penitentem absoluat, Ratio est, quia iudex tenetur
formare iudicium criminis, antequam sententiam pro-
ferat.

25 QVÆST. Tenet iure confessor absolvere penitentem,
quem iudicat esse dispositum, & dignum absolutione? RES P.
Dico

Dico *primum*. Confessarius absolvens reum, quem iudicat impœnitentem, & indignum absolutione, sacrilegiũ committit. Ita Sot. in 4. d. 18. *quest. 3. art. 3.* Cordub. in *sum. quest. 4.* cum communi. Ratio est, quia in re sacra indignissimum actum exercet. Dico *secundum* Quando pœnitens est dignus absolutione, confessor tenetur pœnitentem absolueret. Ita communiter Doctores. Ratio sumitur, tum ex ratione ministerij, ex quo confessor tenetur integrum facere sacramentum: tum ex ratione iustitiæ: quia iudex, licet arbiter, tenetur ferre sententiam circa reum, quem iudicandum suscipit, alioqui grauem illi irrogabit iniuriam, si innocentem non absoluat.

26 QVAEST. Quod onus manet confessario post confessionem sacramentalem sibi factam? RESP. Secretum sacerdotum circa res confessionis, quod Theologi appellant sigillum. Tenetur autem confessor ad hoc secretum non solum lege naturali, iuxta illud *Proverb. 11. Qui reuelat arcanum, ambulat fraudulenter*: sed ex lege positua Christi, hoc sacramentum instituentes. Circa hoc dico *primum*. Propter nullum bonum temporale, vel spirituale, proprium, vel commune, neque in alio euentu frangere licet hoc sigillum. Ita communis opinio. D. Thom. in 4. d. 21. *quest. 3. art. 1. & quodl. 1. art. 8.* D. Bonavent. d. 21. *art. 2. quest. 3.* Richard. *art. 4. q. 1. & 2.* Scot. *q. 2. Dur. quest. 4.* Palud. & Maior. *quest. 3.* Capreol. *quest. 2.* Sot. d. 21. *quest. 4. artic. 5.* Alenf. 4. p. *quest. 78.* Ad. *qu. ult. de confess. Medic. de confess. qu. de sigillo.* Nauar. in *sum. capit. 8. & capit. Sacerdos. de pœn. d. 6. num. 116.* Couar. in 4. *Decret. 2. p. cap. 8. §. 1. num. 2.* A quibus Paradoxe admodum recessit Atiliodoren. *lib. 1. sum. tract. 6. cap. 3. qu. 7.* Hæc fuit semper perpetua Ecclesiæ traditio, quam docent Leo Papa *epist. 28. alius 80.* Basil. *reg. 2. Monach. Augu. lib. de salut. docum. cap. Amrosol. apud Paulum in vita eius.* Gregor. *cap. Sacerdos. de pœn. d. 6. habetur ca. Omnis utriusque.* Ratio sumitur ex grauisima iniuria, quæ sacramenti institutioni à Christo Domino factæ in quouis euentu irrogaretur, iuxta perpetuam Ecclesiæ traditionem. Ideo falso credidit Atiliodorensis posse reuelari hoc sigillum propter utilitatem ipsius pœnitentis, quam video inde prouenturam. Item

erro-

erronice opinari sunt aliqui Canonistæ, quos
 Cou. loco citat. posse confessorem detegere peccatum
 emortuam Pœnitentis ad impediendum matrimo-
 nium suo testimonio. Errant in super arbitrando
 simoniam confessarij fidem facere in foro exte-
 riore vt sumitur ex capit. 2. de offic. Ordin. & capit. Dilecti
 de excess. Prælatorum. Ita Suarius. de pœn. disput. de pœn.
 ostenduntque Doctores, quos refert Couar. Tit.
 Immento censuit Soto. in 4. dist. ibid. quest. 4. post
 sigillum reuelari a confessario, cum necesse fuerit
 integram faciendam confessionem, si forte casu
 commisit in audienda tali confessione. Contra Soto
 tenent omnes, teste eodem Soto. præcipue Gab.
 dist. 21. quest. 1. artic. 3. dub. 1. ad 5. Adrian. quest. 1.
 confess. Sylu. confessor. 3. q. 1. Nauar. in sum. cap. 8. num. 10.
 capit. Sacerdos. de pœn. d. 6. num. 64. Ledesm. 2. 4. q. 10. ar-
 tic. 5. Ratio est, quia integritas materialis, non est de
 sentia confessionis, vt in propria materia ostendit, & non
 ex causa omitti potest, nulla autem causa grauior
 potest, quam seruatio sigilli. Dico secundum. Omnis
 sola cōfessio sacramentalis obligat ad hoc sigillum. Om-
 nis, id est, seu secreto, seu publice fiat. Sacramentalis, id
 est, facta in ordine ad absolutionem obtinendam. Nunc
 detectio peccatorum facta alicui, licet intercedat
 actum seruandi sigillum confessionis super dicendis, non
 gignit obligationem sigilli, sed secreti naturalis (quod
 quid in oppositum velit Palud. in 4. dist. 21. q. 3. num. 10.
 & Caiet. confessio) & ideo non obligat plusquam secretum
 naturale, quamuis strictius, vt notat Sor. propter
 bram sacramenti ad quam accessit: interueniente tamen
 bono communi, semper est detegendum, contra quod
 nunquam præualet, vllum secretum naturale, vt de-
 cet Nauar. capit. 1. de pœn. dist. 6. in principio. Dico tertium.
 Obligat huius sigilli præceptum non tantum ipsum ve-
 rum confessorem, vt per se claret: sed confessorem
 sum, qui se fingendo verum, pœnitenti bona fide con-
 fitenti, præstitit audientiam. Obligat sacerdotem
 qui non habebat iurisdictionem, & tamen a pœnitente
 vt illam habens existimabatur: vel vt habiturus
 putabatur, & eo animo confitebatur, vt ab eodem ab-
 sol-

solueretur. Obligat confessarium, qui ob defectum doloris, vel restitutionis, vel quid simile pœnitentem non absoluit. Ita D. Thom. in 4. dist. 21. quæst. 3. artic. 1. & Caiet. loco proximo. Habetur capitul. Quod quidem de pœn. & remis. Obligat superiorem, à quo petitur facultas ad absolendum à reseruatis. Ita Vic. de pœn. numer. 90. Obligat interpretem confessionis. Ita communis opinio Scot. in 4. dist. 17. quæst. 1. circa finem. Rich. dist. 21. quæst. 3. artic. 4. Medin. de confess. quæst. 50. Ledesm. 2. 4. quæst. 11. artic. 3. dub. 1. D. Tho. dist. 21. quæst. 3. art. 1. quæst. 3. Obligat consiliarium, siue à pœnitente, siue à confessario de licentia pœnitentis consulatur. Ita citati Auctores, præsertim Ledesm. Palud. Adrian. Nauar. & in sum. capitul. 8. Pet. Sor. lect. 11. de confess. Vigu. in sum. capitul. 16. §. 4. verb. 20. Obligat illum, qui furtiue audiuit confessionem. Ita Scot. excommunicatio. in 4. dist. 21. quæst. 2. Ratio est, quia talis iniuriam fecit pœnitenti, & sacramento. Obligat ex sententia multorum, illum, qui inuenta peccata scripta ad confessionem legit, eos refert Nau. capit. Sacerdos. numer. 8. & 9. Obligat eos, qui audierunt confessionem vel casu, vel ex necessitate pœnitentis publice confitentis. Ita ex communi Suar. Obligat illum, cui iniuste confessor reuelauit confessionem. Ita Scot. in 4. d. 17. quæst. 1. Richard. art. 5. quæst. 1. Sylu. confessor. 3. quæst. 1. Nau. capit. Sacerdos. numer. 43. Dico quartum. Omnis notitia à confessione proueniens, siue immediate, siue mediate proueniat, obligat ad sigillum. Ita Suar. loco citato. Ex parte etiam pœnitentis obligat ad hoc sigillum sola vera confessio, non ficta, hoc est, facta animo se accusandi sacramentaliter, & subiiciendi clauibus Eccl. sig. Ita Caietan. 2. 2. q. 70. art. 1. & Opusc. 21. tom. 1. Sor. in 4. d. 18. quæst. 4. art. & de teg. secr. in 2. quæst. 7. Nau. in sum. capit. 18. numer. 55. Ratio est, quia illa detectio, non est sacramentalis accusatio. Hęc autem intentio pœnitentis ficti, cum vult inducere confessorem ad malum, aut tertiam personam infamare, vel quid simile, sæpe non agnoscitur in initio detectionis (ne illam appellem confessionem) sed in discursu : veruntamen utcumque detegatur, deobligat à sigillo. Dico quintum. Non solum peccata mortalia, sed etiam venialia: Item circumstantiæ

epc-

peccati commissi, vel committendi: Denique omnia
quæ utiliter deteguntur in confessione, quamvis
caute, & aliquando imprudenter detegantur, cadunt
præcepto sigilli. Ita Suar. late, & docte probat. Adde-
ro ex Sor. etiam defectus corporis, animæ originis
natalium, qui ad maiorem culpæ propagationem de-
guntur. Item peccata publice commissa, quatenus car-
titia sacramentali sciuntur. Nam si alia via peruen-
ad aures confessarij, potest, ut alij ea noticia publica
caute tamen oportet procedere, ne gignat scandalum
reuelari sigilli. Ita D. Thom. Bonauent. Alens. sum-
tati, & in hoc sensu loquitur Altifiod. libr. 4. sum. trakt.
capitul. 3. quest. 4. in oppositum allegari solitus. Re-
men aduertit Maior in 4. d. 21. quest. 3. non esse ad-
dum aliquid certitudini, comparatum ex scientia sacra-
mentalium. Dico sextum. Non frangit sigillum confessio
confessarius, qui reuelat peccata sibi aliquando confessa
non reuelando pœnitentem. Ita habetur capitul. Om-
vtriusque sexus. Veruntamen caute nimis procedendum
in hac re tam periculosa: ideo satius esset ita subire
peccata confessa, ac si nunquam audirentur. Plura tractat
D. Anton. 3. p. tit. 17. capitul. 19. §. 3. & Nauar. in sum. cap.
8. num. 11. Dico septimum. Non frangit sigillum, qui
se aliquem confitentem audiuisse. Item habuisse peccata
venialia. Ita communiter Doctores. Ratio est, quia cer-
tum est quemuis fidelem teneri ad confessionem facien-
dam. De fide autem est omnes nos habere peccatum vo-
niale. Iuxta illud Ioannis: Si dixerimus, quod peccatum
habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est. Dico
octauum. sigillum frangit confessor, qui audire solitus ce-
tos pœnitentes, vnum laudat de innocentia, & puritate
conscientiæ, de alijs nil affirmâdo, aut negando. Ita citati
Doctores, appellantque hanc directam reuelationem
peccatorum. Dico nonum. Reliqua omnia, quæ nihil ad
confessionem attinentia deteguntur in confessione, nec
cadunt sub sigillum confessionis. Ita Suar. cum commu-
ni. Ratio est manifesta, quia talia nullatenus accusantur
sacramentali inseruiunt, sed sunt admodum imperuisca-
tia. Dico decimum. Post auditam confessionem, & abso-
lutionis concessionem, vel negationem, frangit sigillum
con-

confe
te, a
Doct
fia. C
defect
peta
dicat
fessio
ter in
confe
ternæ
licet c
(quia
cum
ea lo
perfo
distin
Gabr
§. i. A
pœni
præc
dispe
eram
quæst
quæst
fess. I
3. &
Nau
pit. S
Rati
est p
tate
pœni
gular
licen
quid
nem
adhu
cepr
tra c

confessarius, qui de rebus confessis cum ipso pœnitente, absque pœnitentis licentia, loquitur. Ita omnes Doctores ex communi sensu, & consuetudine Ecclesie. Quod si oporteat confessario propter aliquem defectum pœnitenti dicere se defecisse in confessione, petat licentiam à pœnitente, quam licentiam si neget, dicat nihilominus, quia tunc non extra, sed intra confessionem loquitur, pœnitensque est tunc irrationabiliter inuitus. Ita Suarius docte, & pie, agit enim tunc confessor in utilitatem pœnitentis, consulens illius æternæ saluti. Dico *undecimum*. Ex licentia pœnitentis licet confessario, stante obligatione sigilli confessionis (quia nil pœnitens extra confessionem reuelat) loqui cum tertia persona de rebus in confessione scitis, siue ea locutio cedat in utilitatem pœnitentis, siue alterius personæ. Hæc assertio est contra opinionem Scot. in 4. distinct. 21. quest. 2. Durand. quest. 4. Maioris. quest. 3. Gabr. artic. 3. dub. 4. Alenf. quest. 78. memb. 2. artic. 2. §. 1. Angeli confessio 8. numer. 5. Ratio eorum est, quia pœnitens non potest dare talem facultatem, tum quia præceptum sigilli est diuinum, tum quod non potest dispensare pœnitens, quia est contra reuerentiam sacramenti. Est tamen conclusio D. Thom. in 4. dist. 21. quest. 3. artic. 2. Bonau. artic. 2. quest. 2. Ric. artic. 4. quest. 1. Palud. quest. 3. numer. 42. Adrian. quest. 4. de confess. Henriq. quodlib. 7. quest. 6. Syluest. confessor. 3. quest. 3. & 5. Soti, Ledesma. Cani, & aliorum Thomistarum. Nau. in sum. capit. 8. numer. 2. & cap. 18. nume. 12. & capit. Sacerdos. nume. 127. Couar. 2. p. Decret. 4. capit. 8. §. 12. Ratio est, quia præceptum diuinum de sigillo traditum est propter utilitatem pœnitentis, ideo ab illius voluntate pendet, & nulla sacramento fit iniuria, cum nulla sit pœnitenti, nec in eo euentu cessat finis præcepti in singulari sed mutatur materia præcepti. Multa vero ex hac licentia commoda suboriri poterunt pœnitenti, quæ quidem non suborirentur ex notitia data extra confessionem, quam petunt Auctores oppositæ sententiæ. Nam adhuc illa notitia remanet sub sigillo confessionis, excepto illo casu concessio non remaneret autem data extra confessionem. Et ideo cui reuelatur tenetur sigillo

Menull. Casuum.

P p

rei

rei reuelata. Deinde, quia hæc licentia reuocabilis est non vero illa, data extra confessionem. Et hæc sunt sententiae de hac quaestione. Dico *duodecimum*. Qui interrogatus an sciat aliquid quod sciuit in confessione, vel sub sigillo confessionis, respondere absolute potest, se nescire. Ita D. Thom. Bonau. & alij in 4. Scot. d. 15. quaest. 1. Maior. *quaest.* 18. Henriq. *quodlibet* 8. *quaest.* 29. Imo respondere potest se non audiuisse. Ita Richard. in 4. *dist.* 21. *artic.* 4. *quaest.* 2. Si autem interrogetur, an loquatur de auditu in confessione, adhuc respondere poterit, se non audiuisse in confessione. Ita Adrian. *quaest.* vlt. *de confess.* *confessor.* 3. *numer.* 11. Nauar. in *sum.* *capitul.* 8. *numer.* 1. Vict. in *sum.* *numer.* 184. Ledesim. 2. 4. *quaest.* 11. *art.* 1. *dist.* 6. Tres in hoc puncto proposui veritates: primæ reperiuntur in Altifiodorensis: in secunda dubius heret Sotus. Tertiam se opponunt Palud. & Sot. sed immerito & contradictionem. Quoniam vera ratio est, quia subintelligitur illa conditio, Nescio, nec audiui in foro, in quo illud dicere possim. Neque in super euentus dari poterit, in quo quis iuridice interrogetur, vt teneatur respondere in mentem interrogantis. Quæ ratio conuincit, etiam si quis iurauerit se dicturum veritatem. Notauit Henr. *quodlibet* 1. *quaest.* 33. & Gabr. in 4. *dist.* 21. *art.* 3. *dub.* 1. Ratio est, quia iuramentum non est vinculum iniquitatis, neque non obligat ad id, quod facere nequeo ex diuino precepto: nequeo autem ex diuino precepto reuelare confessionem ergo, &c. Dico *decimum tertium*. Non reuelat confessionem, & ideo non frangit sigillum confessionis, si ex licentia pœnitentis loquitur cum illo, aut alia persona interueniente graui, & rationabili causa de peccato complicitis in confessione scito. Hanc conclusionem negant Alenf. 3. p. *quaest.* 77. in 2. *artic.* 4. D. Bonau. in 4. *dist.* 21. in 2. p. *art.* 1. *quaest.* 3. Alij dicunt non licere dare hanc licentiam. Ita Palud. in 4. *dist.* 21. *quaest.* 3. *art.* 2. Richard. *artic.* 5. *quaest.* 2. Sot. *dist.* 18. *art.* 5. *quaest.* 2. ad 4. Veruntamen pro sua sententia nullum afferunt firmam rationem. Idem conclusionem tuentur D. Thom. *Opusc.* 12. q. 6. *Capitulum* in 4. *dist.* 21. *quaest.* 2. *articul.* 3. ad 3. *conclus.* Sotinas *libellus* compend. Capreol. D. Anton. 3. p. *tit.* 14. *ca.* 19. §. 11. Adrian. *quodlibet* 1. *de confess.* ad 4. *et* *dub.* pœn. ad 3. *et* 8. Gabr. d. 17. *quaest.* 1. *art.* 1.

art. 2. concl. 5. quàmuis mutauit sententiam d. 21. ar. 3. dub.
 2. Sylu. confess. 1. q. 2. 4. cum Raymundo, quem citat Alen-
 sis in sum. 2. p. lib. 3. tit. 12. Armil. circumstantia. num. 11. Ta-
 biena eodem verb. §. 10. & confessio 1. §. 4. Sum. Pisana. con-
 fess. 1. quæst. 3. Nauar. in sum. capitul. 7. n. 7. Cordub. Opusc.
 de tract. mem. 2. quæst. 4. & memb. 6. quæst. 4. Suar. de pœn.
 quæst. de sigillo, qui hanc verissimam appellat sententiam.
 Ratio illius est, quia interueniente graui, & rationabili
 causa, pœnitens potest complicitis peccatum alicui dete-
 gere, vt de eo loquatur. Probatur conclusio ex capit. sig-
 nificasti. de adult. quem textum rependit Nauar. capitul. sa-
 cerdos de pœn. distinct. 6. nu. 151. Grauis autem, & rationabi-
 lis causa interuenire potest ex parte pœnitentis, si v. g.
 complex inducat pœnitentem ad peccandum: vel si con-
 stituat illum in morali occasione: vel si illi debeat pro-
 lis educationem: aut restitutionem bonorum, quæ a-
 dulterino filio in legitima putatorum fratrum euene-
 runt. Potest etiam interuenire ex parte ipsius complicitis:
 vna autem legitima causa erit correctio fraterna ipsius
 complicitis ad emendam: cedit enim in salutem illius æ-
 ternam, quæ est bonorum maximum.

27 QVÆST. Licetne confessario vti aliquando notitia in
 confessione comparata? R. S. P. Dico primum. Nunquam
 licet vti hac notitia cum periculo morali reuelandi
 confessionem indirecte. Ita omnes Catholici Docto-
 res. Reuelaret vero indirecte confessionem superioris,
 qui propter scita in confessione, ita subditum gubernat-
 ret, etiam ad salutem spiritualem, vt alij suspicerent tri-
 lem subditum commisisse aliquod peccatum: oriri au-
 tem posset hæc suspicio, si talis subditus repente amoue-
 retur ab officio, vel mitteretur ad aliud monasterium,
 vel si quid ei simile fieret. Conclusio adeo certa est,
 vt nec pro tuenda vita, aut euitanda morte liceat con-
 fessionem indirecte reuelare. Ita Suar. de pœnitent.
 disp. de usu notitie in confessione. Ratio est, quia reue-
 lare indirecte confessionem ita intrinsece malum est,
 vt nulla vtilitate cohonestari possit, & ideo mors pas-
 sue potius sustinenda, quam reuelanda confessio.
 De vno euentu dubitant Auctores, an in eo interue-
 niat indirecta confessionis reuelatio. Nimirum, est sacer-

dos in altari sacrum faciens, accedit quis, & apud eum
 confitetur se venenum calici infudisse. Vel esse in Eccle-
 sia quendam, qui illum est interfector, non potest
 venenum sumere, vel ab Ecclesia fugere, nisi adhaec
 suspicentur sciuisse illum insidias ex confessione peni-
 tentis, dubitant, an non sumere calicem, vel fugere, et
 indirecte reuelare confessionem. Negant Scot. *in 2. d. dist.*
21. quest. 2. ad 3. Gabr. *articul. 3. dub. 1. Maior*
quest. 3. articul. 2. Syluest. *confessi. 3. quest. 2. prope*
Sot. de secret. quia, inquit, sacerdos utitur iure suo
 adstantes vero suspicantur ex prauitate conscientia-
 nam actus illi ex se non inducunt reuelationem. Illi
 affirmant posse talem sacerdotem omittere sump-
 tionem calicis. Item posse ab Ecclesia fugere. Contra
 tamen tenent Richard. *art. 4. quest. 2. Nauar. capit. sum.*
numer. 135. Ledesm. loco proximo. Sot. dist. 18. quest. 4. et 5.
 Ratio eorum est, quia licet illae actiones secundum se
 non sint reuelatiuae, ut ita loquar, tamen hic, & illuc
 cum talibus circumstantiis, saltem indirecte, produnt
 poenitentis confessionem, & ideo in eo euentu poena
 mors est subeunda per veneni sumpcionem, quia non
 actiue, sed passiuè se occidit. Dico *secundum*. Quando et
 vsu notitiæ per confessionem comparata, nulla sequitur
 indirecta confessionis reuelatio, nec morale periculum
 reuelandi indirecte confessionem: licitum est vti illi
 notitia. Ita Doctor Suar. hisce verbis. *Ita docent omnes*
 Ratio est quia quamuis hæc notitia sit sacra, tamen licet
 uti rebus sacris ad commodum proprium, vel proxi-
 mi. Hinc fit, ut confessarius possit res suas tutius custodi-
 dire. Facere interrogationem necessariam alicui in con-
 fessione, ad eruendam veritatem. Oportet tamen, ut
 non utatur hac notitia cum grauiamine poenitentis. Ita
 Doctores *in 4. dist. 21. quos videre licet in Nau. cap. p.*
sacerdos numer. 124. Ideo grauiter peccabit superior, si pro-
 pter scientiam confessionis puniat exterius subditum
 vel prouet illum beneficio, aut alia re, in quam habet ius
 acquisitum, vel illi paret insidias, ut capiat illum in calice
 simili. Ita D. Thom. *quod lib. 5. articul. 13.* & Sorus. *de secret.*
m. 3. quest. Item oportet, ut finis talis vsus sit honestus.
 Ita omnes. Ratio est, quia hæc notitia est sacrissima. &

ideo requirit honestum finem. Si autem hæc tria concurrant, nimirum euitatio omnimoda reuelationis secreti: causa honesta & iusta: illationis custodia pœnitentis, semper licet talis notitiæ vsus. Ita D. Thom. in 4. *distin.* 21. *quæst.* 3. *artic.* 1. & *quodlib.* 5. *artic.* 18. Bonau. 2. p. *eiusdem.* *dist.* *articul.* 2. *quæst.* 1. *ad ult.* Richard. & alii. Sylu. *confessor.* 3. *quæst.* 14. Neque hunc vsum impedit occulta pœnitentis scientia, quod confessor ad illum moueatur ex sua confessione, vt notat Sylu. contra Richardum. De eacutu, in quo confessor suffragium laturus est circa pœnitentem, controuertunt Doctores, an possit in suffragio ferendo vti tali notitia. Affirmat D. Thom. & Bona & Scot. in 4. *dist.* 21. Sylu. & Sorus citati. Nau. *cap. sacerdos.* num. 146. Imo addit illum teneri vti tali notitia, qua si non vtatur, incurrere censuras positas contra malos suffragatores, si quem scit per confessionem indignum, eligat ad officium. Ratio eorum est, quia eligere indignum est intrinsece malum: ergo qui potest eligere dignum, tenetur &c. Hæc sententia semper suar. difficilis visa est, ei tamen non audet contradicere propter, vt inquit, tantorum Doctorum autoritatem. Intellegenda tamen est, cum suffragia dantur occulte, nam cum dantur publice, & talis peccator interior exterius habetur dignus, gignetur scandalum in negatione suffragii, aut reuelatæ confessionis.

23 *QUÆST.* Quod est peccatum frangere sigillum. & qua pœna sint imposta à iure illud frangenti? *RESP.* Dico vnum. Ex natura sua sacrilegium graue. Ex natura sua, dixi, quia oportet, vt reueletur materia grauis, quale est peccatum mortale. Probatum conclusio ex *cap. sacerdos. de pœn. dist.* 6. vbi iubetur, vt talis confessarius deponatur, & cogatur ignominiose peregrinari perpetuo. Quæ pœna depositionis confirmatur in *capit. Omnis vtriusque sexus:* sed pro peregrinatione iubetur perpetuo detrudi in monasterium, cum igitur pœna proportionetur culpæ, siquidem pœna grauis existimatur culpa. Reliqui vero frangentes hoc sigillum puniendi sunt arbitrio iudicis. Ad probationem vero sigilli à confessario fracti sufficiunt testes singulares, propter naturam delicti occultissimi, vt notat Suarius: iudicandum tamen semper

in fauorem pœnitentis, & sacramenti, vt notant D. Tho. Richard. & Sylu. qua de re latius Panorm. in cap. 1. vtriusq; de pœn. & remis lib. 6.

De subiecto capace huius Sacramenti §. 10.

- 1 An sit absoluendus, qui habet obligationem restituendi.
- 2 An sit absoluendus, qui habet occasionem proximam peccandi.
- 3 Quo pacto se geret confessor cum eo, quem scit esse in occasione peccandi mortaliter.
- 4 An sit absoluendus pœnitens, qui habet diuersam opinionem à confessario.
- 5 An sit absoluendus pœnitens absens.
- 6 Teneturne confessarius absoluere pœnitentem quem ex propria scientia vidit mentiri grauius in confessione, quanquam ipse pœnitens dicat se non mentiri.
- 7 Licetne confessario absoluere pœnitentem absentem, qui vel epistolam illi peccata sua aperuit vel per internuncium, vel illi antea in presentia confessus est.

QVAESTIO. Estne hoc sacramentum conferendum ei qui habet obligationem restituendi? R. E. S. P. Si moraliter fieri potest, vt illi ante absolutionem restituat, optimum consilium est, vt prius restituat, non est tamen ad hoc cogendus, si proponat se restitutum nisi aliquo morali experimento constet tale propositum esse infirmum: constat autem, si iam iterum, atque iterum idem proposuit aliis confessoribus, & non impleuit. Atque in hoc euentu non est absoluendus, quia non debet confessarius iudicare illud propositum efficax, atquequam opere compleatur. Ita Suar. cum D. Anto. 3. p. 1. 2. p. 1.

2. e. 8. & 3. p. tit. 14. cap. 19. Caiet. restitutio cap. 6. Nauar. in
sum. cap. 17. num. 54. & cap. 26. num. 2. & 5. Syl. confessor 3.
q. 12. Cordub. in sum. q. 4. & 5.

2 QVÆST. *Estne hoc sacramentum Pœnitentia confe-
rendum ei, qui est in morali occasione proxima peccandi?* RESP.
Qui in tali morali occasione proxima peccandi est, & fil-
iam statim tollere potest absque scandalo, & infamia nō
est absolueundus antequam occasionem tollat. Ita citati
proxime Doctores omnes. Circa cuius propositum idem
dicebam dixi de obligatione restituendi.

3 QVÆST. *Quo pacto se gerere debet confessor cum pœniten-
te, quem scit esse in statu damnabili, quem ignorat inuincibi-
liter?* RESP. Dico primum. Si pœnitens roget confessa-
rium, vt sibi dicat, an sic in statu peccati, quem ipse igno-
rat inuincibiliter, teneatur illi veritatem aperire: & aliter
faciendo, grauitur peccat, quia moraliter loquendo, non
potest tacere, & falsum dicendo, decipit proximum in
re graui, & agit contra obligationem sui maneris. Ne-
que vt licet amphibologia, quia interrogetur, vt medi-
cus ad medicinam adhibendam occulto vulnere, inter-
rogatur, vt Pastor ad prouidendum occulto malo suæ
ouis. Dico 2. Confessarius qui scit malum statum pœni-
tentis inuincibiliter ignorantis illum, quanquam a pœ-
nitente non interrogetur, si tamen habet spem firmam e-
mendæ, & potest absque scandalo, & graui suo damno
pœnitentem monere, & a malo statu vindicare sua ad-
monitione, teneatur illum monere. Ita Adrian. q. 5. de conf.
dub. 7. & quodl. 5. ar. 2. Med. de pœn. q. de conf. dimid. Sot. in
4. dist. 18. q. 2. ar. 4. Can. de pœn. p. 5. Pet. Sot. de conf. lect. 10.
Cord. li. 1. q. 11. Nau. c. Si quis autem. de pœn. d. 7. n. 66. Cou.
in 4. Decret. 2. p. c. 6. §. 10. n. 15. Ratio est, quia status ille se-
cundum se est malus, & qua fieri potest, est tollendus, i-
deo obligatur confessor ad illum tollendum. Dixi, si ha-
bet spem firmam emendæ, quia si eam nō habet; non te-
netur. Ita D. Aug. hom. 41. ex 5 c. & refertur c. Si quis as-
tem. de pœn. Ratio est, quia talis monitio obesset & non
prodesset, nam peccaret pœnitens non materialiter solū,
sed formaliter. Dixi, cum potest sine scandalo, Ita Innoc.
III. refert c. Quia circa. de consang. & affin. Ratio est, quia
scandalū potius vitandū, quam status materialis peccati.

4 QVAEST. Estne conferendum sacramentum poenitentiae ei, qui contra iudicium confessarii existimat se esse dignum & capacem absolutionis? RESP. Dico 1. Cum inter poenitentem, & confessarium est diuersitas opinionum, & confessor dubitat, an practice hic, & nunc absolutione dignus sit nullatenus illū absoluiturus est. Ratio est, quia operis actio moralis facta cum dubio pratico est mala. Alter dicendum est, de dubio speculatio. Exempli gratia, an hæc occasio sit proxima, vel remota, & ex eo sequenti tolli debeat, an non. An hoc sit alienum, an non, & ideo restituendum, vel tunc non enim si factorem amine, & adhibita diligentia debita, etiam consultato virorum doctiorum, adhuc remaneat dubium, absoluitus est poenitens proponens se facturum quidquid facere debeat. Ita Sylu. *confess. 3. quest. 10.* & Nau. *capit. 2. num. 5.* Quos refert & sequitur Suarius. Dico *secundum* Cum inter poenitentem & confessarium est dissidium, an practice absolui possit, vel non, & poenitens non Doctorum virorum, sed suum proprium sequitur iudicium: standum est pro confessario: Ita Sylu. & Nau. *locus proximo citatus.* Ratio est, quia confessarius iudicat sine affectu, qui solet tenebras offundere, poenitens autem cum eo. Dico *tertium.* Cum poenitens sequitur probabilem opinionem virorum Doctorum, teneretur confessarius illum absolueri, quamuis oppositam opinionem probabilioris reputet. Ita iam communiter omnes cum D. Antonio *titul. 4. capit. 10. §. 10.* Scot. *in 4. dist. 28. quest. 2. articulo.* Ledesm. *2. 4. quest. 8. articulo. 5.* Nau. *capit. 27. numer. 280 & 288.* & *in capit. Si quis autem, the poen. d. 3. num. 64.* Sylu. *confess. 3. quest. 7.* Cor. *quest. 100. de contract.* Adit vero etiam ar. etiam absoluendus est, cum improbabilem opinionem iuxta scientiam confessarii, accepit à Doctoribus, & propter eorum auctoritatem iudicat probabilem cum nequit illius improbabilitatem cognoscere. Ratio est, quia operari ex opinione probabili, vel in auctoritate Doctorum; est opus practice bonum.

5 QVAEST. Estne absoluendus poenitens, quem ex complicis confessione confessarius videt reicere aliquod peccatum in confessione & peccare mortaliter in dimissa

confessione? RES P. Absoluendus quidem. Ratio est, quia non licet reuelare alterius confessionem, neque aliquod iudicium de tali confessione sibi facta præbere: tenetur igitur præsentī scientia vti, & secundum eam iudicare.

6 QVÆST. Teneturne confessarius absoluere pœnitentem, quem ex propria scientia videt mentiri graviter in confessione, quanquam ipse pœnitens dicat se non mentiri? RES P. Affirmarunt multi, ex principio D. Tho. quodlib. 1. artic. 10. in hoc foro credendum esse pœnitenti, tum pro se, tum contra se. Ratio eorum est, quia iudex tenetur ferre sententiam secundum allegata, & probata contra priuatam scientiam. Dico *primum*. Debet confessarius vti omnibus medijs, vt credat pœnitentem non mentiri: potest enim boni consulere secundum intentionem rei exterius malæ, potest arbitrari illud peccatum iam esse dictum alteri confessori: potest arbitrari, alios, qui illi dixerunt, fuisse mentitos. Dico *secundum*. Si nullus sit tergiversandi locus, quia confessor suis oculis scelus patratum vidit, non tenetur, nec debet credere pœnitenti neganti, & ideo non debet illum absoluere. Ita Doctor Suarius. *de pœnitent. disp. de minist. confess. sect. 2.* Dupliciter verò interpretatur proloquium D. Thomæ. nimirum. Tenetur confessarius credere pœnitenti pro se, & contra se respectu alterius eiusque testimonij, hoc est, plus credendum pœnitenti se confitenti, vel neganti, quam alijs de eo affirmantibus, aut negantibus. Deinde tenetur confessarius credere pœnitenti pro se, & contra se, nisi aliud euidenter sibi constet.

7 QVÆST. Licetne confessario absoluere pœnitentem absentem, qui, vel per epistolam illi peccata sua aperuit, vel per internuntium: vel illi antea in præsentia confessus est? RES P. Res fuit his temporibus valdè dubia, nunc illius decisio irrefragabiliter certa. Palud. *in 4. d. 17. quest. 2. artic. 1. num. 7.* Medin. *de pœni. tract. 2. quest. de confess. modo.* Nau. *in sum. capit. 21. num. 36.* Pet. Sol. *lect. 11. de confess.* dixerunt posse confessarium mittere absolutionem in epistolis scriptâ. Ratio eorum erat, quia de ratione iudicij non est, vt sententia proferatur voce, sed satis est proferri scripto. Diu. Anton. *3. p. tit. 17. cap. 12. Et cap. 21. §. 3.* Sylu. *confessio. 1. p. 15.*

Et confessor. 3. Adrian. de confess. quest. 1. Pal. in 4. d. 17. quest. ult. Rich. art. 2. quest. 5. Maior quest. 1. Alen. quest. 18. vol. 77. p. 4. Armil. Tabien. Angel. Marg. confess. verb. confessio. Tre. recr. cap. Qui pœnitet de pœn. d. 1. quest. 2. Et 3. ibidem. Num. 4. affirmant posse absolutionem voce profertur in absentia, quam opinionem probabilem dixit Scotus in secr. teg. in 3. quest. 4. dub. 4. post. 5. concl. Rutil. in specul. Epi. disp. 1. quest. 5. Probant suam opinionem, factis sancti Thomæ Cantuariensis carcere detenti, quem refert Scotus misisse Romam pro absolutione. Probant pietate, quia ita fas est credere Christum Dominum instruisse hoc sacramentum ad subueniendum, urgentibus necessitatibus. Probant ratione, quia de essentia iudicij non est, ut sententia proferatur in præsentia rei accusati. Opposita sententia fuit D. Thomæ in 4. d. 17. quest. 3. art. 4. quest. ad 3. vtilius inquit, est in extrema necessitate conferri laico, quam sacerdoti absenti. Fuit Scoti eadem disp. artic. D. Thomæ, & Scot. adhæserunt reliqui moderni. Cuius confess. cond. 11. Vict. de confess. num. 171. Scotus in 4. d. 18. pp. 2. artic. 6. Ledesm. 2. 4. quest. 9. art. 3. dub. 5. Cano. de pœnit. p. 5. Ratio eorum erat, quia in absentia non potest confessor habere notitiam certam conscientie, ut certam proferat sententiam. Rationes suarum ita docentis efficacius rem confirmant. Nimirum, quia non usus Ecclesie in aliquo modo ministrandi sacramentum, qui nunquam legitur actualiter exercitus, signum est non posse sacramentum ita fieri: cum modus sacramentorum constet ex usu, & traditione Ecclesie sed nunquam legitur sacerdotem absoluisse pœnitentem absentem: nam de Sanct. Thoma Cantuariensi res est incertissima, imo oppositum certum; ergo, &c. Deinde, quia verba formulae huius sacramenti requirunt præsentiam, ex vi ipsius prolationis, ergo, &c. Controversia nunc est decisa à Sanct. D. N. Papa Clemente VIII, proprio diplomate, definitaque pars negans: illud retuli in responsionibus de confessione oris, propterea nunc non recuro.

De effectu sacramenti Pœnitentiae. §. II.

I *Qui sunt effectus sacramenti Pœnitentiæ.*

QUÆSTIO. *Quis est effectus huius sacramenti Pœnitentiæ?* RESP. Triplex. *Primus* est remissio culpæ. *Op-positum* censuit Magist. in 4. d. 18. atque idem esse dicere: *Ego te absoluo à peccatis tuis*, atque dicere: *Ostendo te absolutum à peccatis tuis*, quia, inquit, cum profertur illa forma, iam per verum dolorem semper sunt remissa peccata: ideoque ex illius sententia potestas clauium, nunquam extenditur ad remissionem culpæ. *Sequuntur ibidem* Gabr. & D. Bonavent. Item Alens. 3. quæst. 82. *Medin. tract. 2. de effectu absolut.* Hæc tamen opinio non solum falsa, sed ferme est damnata in Concil. Trident. *sessio. 14. cap. 6. can. 9.* & Florent. *Mea* vero conclusio est omnium reliquorum Theologorum. *Secundus* effectus est, infusio gratiæ. Ita Conc. Trident. & Florentin. & schola omnis Theologorum. Ratio est, quia effectus sacramentorum omnium Nouæ legis, est infusio gratiæ. Deinde, quia effectus huius sacramenti est remissio culpæ: culpa autem remittitur sine infusione gratiæ. *Tertius* est remissio pœnæ temporalis, iuxta dispositionem pœnitentis. Nam in remissione culpæ, remittitur tota pœna æterna, & remanet obligatio ad certam pœnam temporalem, quam Deus nouit. Effectus igitur huius sacramenti est remittere totam, vel partem huius pœnæ, iuxta pœnitentis dispositionem. Ita communiter Theologi, definiturque in Conc. Trident. *loco proximo.*

CAPVT VII.

DE INDVLGENTIIS.

De thesauro Ecclesiæ. §. I.

- 1 *Quid est thesaurus Ecclesiæ.*
- 2 *Vbi est thesaurus Ecclesiæ.*
- 3 *Ex quibus operibus constat thesaurus Ecclesiæ.*

4 An possimus satisfacere pro peccatis alienis.

5 Quis habet clauem thesauri Ecclesie.

1 **Q**VÆSTIO. Quoniam hæc indulgentiarum mater pendet à thesauro Ecclesie, opera pretium erit ea præ interrogare de thesauro. Dic igitur, quid est thesaurus? **R**ESP. Est collectio ex operibus satisfactorijs, quæ sancti egerunt, non illis pro culpis proprijs necessaria. Ita omnes catholici Doctores, decernunt. *Extrauag. Vnigenitus. de pœnit. remiss. Probat Cordub. p. 4. de indulgent.*

2 **Q**VÆST. Vbi est thesaurus? **R**ESP. Est in solita diuina acceptatione, quæ omnia hæc opera seruat ad remissionem. Ita Doctores cum Diu. Thom. 3. p. quæst. 85. art. 5.

3 **Q**VÆST. Ex quibus præcipue operibus colligitur thesaurus? **R**ESP. Ex operibus multorum sanctorum, soliusque cognitorum, quæ longè lateque excesserunt pœnam debitam pro suis culpis: nam ipsi, aut nunquam, aut non peccauerunt mortaliter: opera vero satisfactoria possunt satisfacere pro peccatis grauissimis mortalibus, si non committerent. Talia fuerunt opera Iobi, de quibus ipse dixit. *Vinam appenderentur peccata mea, quibus iram meam in statera. & calamitas, quam patior, quasi arena maris in grauior appareret.* Talia fuerunt opera D. Ioannis Baptistæ, qui ne leui saltem maculare vitam fame posset, arida deserti teneris sub annis fugiens perijt, vt canit Ecclesia. Talia opera B. Virginis Mariæ Dei genericis, quæ nec maculam originalis culpæ contraxit. Talia denique Christi opera natura ipsa impeccabilis, pro quibus solus infinitum hunc esse thesaurum decreuit fides sub Clemente VI in *Extrauag. Vnigenitus.*

4 **Q**VÆST. Possunt igitur sancti, & iusti viri per opera satisfactoria, satisfacere pro peccatis debitis culpæ alieni. **R**ESP. Possunt, & de condigno; quamuis enim non possint alteri mereri gratiam de condigno (ea enim excellentia meritorum soli Christo Domino concessa fuit) possunt tamen de condigno satisfacere & ideo si Paulus iustus ieiunet pro Petro iusto, satisfaciet pro Petro iustum, quantum pro se ipso satisfaceret. Ita communis

Theo-

Theologorum sententia in materia de gratia, quam refert Toletus *lib. 6. ca. 21. suæ summæ.*

QVAEST. *Apud quem est in terra clavis huius thesauri?*
 RESP. Apud Ecclesiam, illiusque caput summum Pontificem. Ita definitur in Conc. Trid. *sessi. 25. Lateran. Viennensi, & Basiliensi; Extrauag. Vnigenitus. de pœn. & remis.*
 Et ideo apud eundem est potestas istum thesaurum claudendi, & aperiendi, cum voluerit.

Quid est indulgentia. §. 2.

Definitur indulgentia.

Missis multis huius nominis significationibus, quæ ad rem minime veniunt. Indulgentia in nostra acceptione, est relaxatio pœnæ debitæ pro peccato, satisfaciens diuino rigori ex operibus sanctorum, & Christi reseruatis in Ecclesiæ thesauro per liberalem Papæ, huius æraij diuini dispensatoris condonationem extra vllum sacramentum. Hæc definitio non inuenitur sub his terminis in aliquo Doctorum, sed apertissimè colligitur ex eorum doctrina, quam tradunt Henriquez *de indulgent. cap. 1. num. 1* & Tolet. *lib. 6. cap. 21.* Ad eam tamen suppono tria. Primum in quouis peccato, præter reatum culpæ, contrahi etiam obligationem ad pœnam debitam culpæ, quæ pœna, aut soluenda est in hac vita per satisfactionem, aut in alia per satisfactionem (sic vocant Theologi) vel in hac, aut in alia vita per liberam relaxationem factam à summo Pontifice, qui ex thesauro Ecclesiæ tantum satisfactionis soluit, quantum nos soluere ex nostris tenebamur. Secundum. Non semper in hac vita, cum remittitur culpa (quæ tota simul remittitur) vel per pœnitentiæ sacramentum, vel per veram contritionem, remittitur etiam per veram contritionem, remittitur etiam tota pœna sed tantum pœnæ, quantum respondet in diuina existimatione operi nostro satisfactorio. Et ea pars pœnæ, quæ remanet, vel soluenda est in hac vita per alia opera satisfactoria, vel in alia per ignem purgatorij. Tertium. Quoduis opus bonum hominis existentis in gratia & est meritorium gratiæ, & est satisfactorium pœnæ. Hæc tria notissima sunt

Theo-

Theologis in materia de gratia, legi' possunt apud Thomam *lib. 6. cap. 21.* Hinc colliges manifeste, quid per indulgentiam remittatur.

Quid remittitur per Indulgentiam. §. 3.

- 1 An per indulgentiam remittatur culpa.
- 2 Quomodo intelligenda verba Iubilæi. Remittitur tota culpa, & tota pœna.

1 QVÆSTIO. Remittiturne per indulgentiam culpa, & pœna? R E S P. Non culpa, nec pœna æterna remittitur, (Hoc enim simul cum culpa remittitur,) sed pœna temporalis, iuxta divinam attritionem, seu potius determinationem debita, temporiter (hoc est terminatiue, quamvis ex se æterno damnari debuisset) respondens culpæ. Ita omnes Doctores, quos sequitur Cordub. *lib. 5. quæst. 7. c. 41.*

2 QVÆST. Quomodo igitur intelligenda sunt verba Iubilæi, cum dicitur per illum remitti totam culpam, & totam pœnam? R E S P. Henricus, de Indulgent. *cap. 9. num. 4.* intelligenda verba de culpa veniali, non mortali. Ceterum enim est culpam mortalem solum remitti, vel per veram contritionem, vel per veram attritionem cum sacramento pœnitentiæ, aut martyrio, iuxta illius felicissimæ mortis priuilegium. Oppositum tamen est, remittendum cum Suario *tom. de sacram. pœnit. cum agit de remissione peccati venialis*, ubi latissime ostendit remitti culpam extra sacramenta, absque proprio actu peccatoris. D. Thom. *1. 2. quæst. 89. art. 1. ibid.* Multa intelligenda igitur sunt verba Iubilæi in suppetentibus quo ad culpam, supponitur enim in subiecto capitulum indulgentiarum ablata tota culpa mortalis, & ex consequenti sanctificatio personæ, aliter nihil illi proderunt. Intelliguntur vero in applicatione quo ad pœnam, quia per talem indulgentiam tollitur omnino omnis pœna debita omnibus culpis, tam venalibus, quam mortalibus. Ita explicat D. Antonin. *1. p. tit. 10. cap. 3.* & Tolet. *lib. 6. cap. 22. num. 2.* Hinc colliges in electum illorum verborum bullæ, & Iubilæi, cum dicunt concedimus remissionem pœnarum omnium peccatorum, idem est, atq; remissionem pœnarum debitarum pro omnibus peccatis. Nam etiam in diuina

teris nomine peccati, intelligitur pœna temporalis debita pro culpis, constat ex 2. Mach. 22. *sanctum, & salubre est orare pro defunctis, ut à peccatis solvantur.* Ita Gab. in 4. dist. 45. qu. 3. art. 3. not. 1. & Eman. in bulla fund. i.

De personis, quæ lucriantur indulgentiis. §. 4.

- 1 Quis est capax indulgentiarum.
- 2 An valeat indulgentia excommunicato.
- 3 An pro incolis habendi sint, qui tempore indulgentiæ in regione, cuius incolis conceduntur indulgentiæ versantur.
- 4 An indulgentia Bullæ profit extra regionem pro qua est concessa, cum in eadem regione sumpta fuit.
- 5 An sint capaces indulgentiarum animæ in purgatorio detentæ.
- 6 An peccator lucretur indulgentias pro animabus purgatorij.
- 7 An peccator lucretur indulgentias pro iusto.

QVAESTIO. Quis est capax indulgentiarum? **R**ESP. Homo, iustus, fidelis, viator, subditus conferenti indulgentiam. Dixi iustus, quia ad indulgentiam lucranda requiritur sanctificatio personæ, ut iam dixi, superiori §. Dixi fidelis, quia ante Baptismum bene potest quis habere contritionem veram, & esse iustus, & tamen non censetur fidelis ad nostrum effectum. Dixi viator, quia licet indulgentiarum consecutio profit animabus purgatorij, quæ iam sunt extra viam; attamen applicantur illis, & conceduntur indulgentiæ per opera viatoris. Dixi subditus, quia concessio indulgentiarum est actus iurisdictionis, iurisdictionis vero exerceri tantummodo potest erga subditos.

2 QVAEST. Valetne indulgentia excommunicato? **R**ESP. Minime. Ita Nau. ca. 27. num. 22. §. 13. Caiet. excom. & ibid. Sylu. 3. §. 1. vers. 16. Sot. in 4. d. 22. quest. 1. art. 4. Hinc excipitur

pitur indulgentia per bullam cruciatam concessa, quæ quidem excommunicato prodest, ut notat Angel. *com. vlt. §. 14. & rescriptum §. ibid. Sylu. §. 2.* Nam conceditur bulla absolutionem excommunicationis.

3 QVÆST. *Conceduntur aliquot indulgentiæ incolis cuius religionis, quales sunt bulla cruciata incolis Hispanicorum, rogo an incole sentiantur exteri dum in Hispanicis morantur?* RESP. Maxime. Ita Henriquez proxime *zatus.*

4 QVÆST. *Actis rebus ipsi si exteri in patriam redeunt secumque bullam portant, rogo profuntne illis abeuntibus, in Gallia, verbi gratia, degentibus, per tempus quo indulgentia Hispanicis durat, ac si adhuc in Hispanicis versarentur?* RESP. Profunt. Nam postquam semel sumpta est in Hispanicis, prodest bulla ubique gentium. Ita Henriquez proxime.

5 QVÆST. *Viget bulla cruciata, sum Brachara, cuius gratia, hic traduntur bullæ, habeo amicum in transmontana regione mitto illi bullam, sed ille habet sibi aliam comparatam, poteritne eam alteri dare, licet iam elemosyna data sit?* RESP. Poterit. ita Recentiores quos lege apud Henriquez *cap. 20. num. 5.*

6 QVÆST. *Suntne anime purgatorij capaces indulgentiarum per modum suffragij applicandarum?* RESP. Sunt. *decretum cap. Cum ex eo. de pœnit. & remiss. & probatur Gabriel. lect. 57. Addition. D. Thom. quest. 71. artic. 10. Addition. Caiet. Opusc. 27. quest. 5. & 6. Sot. in 4. d. 4. quest. 1. art. 3. concl. 3. Navar. notab. 22. Idque ostendit in Ecclesiæ, ut videre est in monumentis Minorum *cap. 94. & compendio Mendicantium, verbo. Indulgentia.**

7 QVÆST. *Est quis in peccato mortali, lucraturus indulgentias pro defunctis applicatas per modum suffragij? Ratio.* Lucratur. Ita D. Thom. *quest. 27. art. 4. Addit. Palud. in 4. d. 45. quest. 1. Gab. lect. 57. in can. Sot. in 4. d. 2. Navar. notab. 17. num. 4. & notab. 22. 30. 31. 46. 50. Bellam. lib. 2. de purgator. cap. 17. Tolet. lib. 6. cap. 26. num. 5.* Ratio est, quia ratio satisfactionis, seu premium peccatorum, non est opus illius, qui est in peccato: & in peccato applicatæ, sed indulgentia ipsa, & thesaurus meritorum Christi, & sanctorum. Opus autem illud particulare, per quod indulgetur.

indulgentiæ applicantur, fit ab operante, non suo, sed Ecclesiæ nomine, & vt ab illius seruo, seu ministro, in qua Ecclesia semper est gratia: sicuti qui per seruum stantem in peccato facit Eleemosynam pauperi, ita Ecclesia per malum ministrum tribuit mortuis eleemosynam indulgentiarum, ex opere, vt ita dicam, operato.

7 **QVÆST.** Estne idem dicendum de iusto in applicatione indulgentiarum per eum, qui est similiter in peccato? **RESP.** Idem iuxta eosdem Doctores, & ex paritate rationis, res est in proptulo.

De ijs, qui possunt concedere indulgentias. §. 5.

1 **Quis possit indulgentias concedere.**

2 **An possint concedi indulgentias pro quavis mundi regione.**

QVÆSTIO. Quis potest concedere indulgentias? **RESP.** Summus Pontifex ex plenitudine potestatis. Ex iure vero communi Archiepiscopi, Episcopi, & Legati indulgentiam quadraginta dierum: in dedicatione tamen Ecclesiæ indulgentiam vnius anni. *cap. Cum ex eo. ca. Nostro. de pœnit. & remiss.* Ex priuilegio vero particulari, videndæ sunt gratiæ & priuilegia. Dixi ex Priuilegio, quia ex iure communi nullus alius præter Summum Pontificem, & Episcopos potest concedere indulgentias. Constat in *cap. Accidentibus. de excess. prelat.* probat Cal. *cap. Nostro. de pœn. Sum. confel. li. 3. tit. 24. quest. 184.* Sotus in 4. d. 21. quest. 1. ar. 4. Nau. *ca. Quam pœnitet. de pœn. dist. 1.* Summistæ *verb. indulg. Angel. num. 5. Sylu. num. 11. Armil. num. 3.*

2 **QVÆST.** Possuntne huiusmodi indulgentias concedere pro quavis mundi regione? **RESP.** Minime. Legati quidem pro solo suæ legationis districtu: Episcopi pro sola sua diœcesi: Archiepiscopi pro sola sua tota prouincia: *cap. Cum ex eo. ca. Nostro. de pœn. & remiss.*

De causa concedendi indulgentias. §. 6.

1 **An requiratur causa ad concedendas indulgentias.**

Medull. Casuum.

Qq

2 Ez

2 Ex qua parte requiratur huiusmodi causa.

3 Quae causa requiratur ad concedendas indulgentias.

1 **QVAESTIO.** Requiritur ne causa ad concedendam indulgentiam, & absolutionem à pœnis? **RESP.** Requiritur.

Ita D Thom. qu. 25. art. 2. ad 1. Add Cord lib. 1. c. 22. Pala. de iust. retent. regni Navar p. 4. princip. §. 4. Rec. de indulg. lect. 2. Navar. de indulg. notab. 15. num. 1. 3. & notab. 1. num. 31. Adrian. de indulg. concl. 2. Maior. in 20. quest. 2. Filini de indulg. Gab lect. 57. in can. Catech. indulg. ca. 7. & Opusc. 27. qu. 4. Syl. indulg. §. 3.

2 **QVAEST.** Ex qua parte requiratur causa dispensandi? **RESP.** Tam ex parte concedentis, quam ex parte peccatis indulgentiam. Ita Doctores citari. Et ideo peccata pro parva causa indulgentias largissimas concedit. Ratio est, quia concedens indulgentias non est dominus sed dispensator discretus. Si tamen concedantur talium indulgentiarum, validae sunt. Ita D. Bonavent. in 4. d. 20. qua. ar. 3. Durand. & Palud. ibid. Syl. indulg. qu. 3. Gloss. Eruag. Antiquor. & alij.

3 **QVAEST.** Quae erit causa sufficiens ad concedendam indulgentiam? **RESP.** Dei gloria, utilitas Ecclesiae, & bonum commune, ut concedantur pro expeditione contra infideles. Concedi etiam possunt ex motivo solius misericordiae pro animabus purgatorij. Ita notavit Henriquez de indulg. ca. 14. nu. 1. Quoniam vero respectu unius personae particularis redundat in bonum commune respectu illius concedi possunt. Et ideo concedi possunt principi optimè merito de Ecclesia: qui multum laboravit pro ea, ut tali exemplo impellantur alij ad laborandum, pugnandumque pro ea. Item si magnus peccator postquam se recepit in bonam frugem, egit actibus poenitentiae possit a Papa, ut pio patre, iuvari ex Thesaurò ad satisfaciendum poenis debitae pro praeteritis culpis.

(..)

De antiquitate indulgentiarum. §. 7.

I Quo tempore cœpit vsus indulgentiarum.

QVÆSTIO. Ex quo tempore cœpit vsus in Ecclesia cōferendi indulgentias? R E S P. Ex antiquissimis iam inde Apostolorum temporibus. Longum esset antiquissimos Patres recensere, qui de indulgentijs meminerunt. Legatur Henriquez de *indulg. cap. 3. nu.* qui multos adducit. Cerrumq; est B. Gregorium concessisse indulgentias visitantibus Romæ stationes. Bonifacius VIII. refert indulgentiam Iubilæi esse rem antiquissimam, & à prædecessoribus suis fieri solitam, *Extravag. antiquorum*. Postea Bonifacius IX. restrinxit nimietatem, vt docet Platina & alij in vita illius, & Nau. *notab. 4. nu. 2.*

De modo consequendi indulgentias. §. 8.

- 1 An lucratur indulgentias, qui implet opera iniuncta existens in mortali peccato.
- 2 An indulgentia plenaria concessa semel in vita, possit à me pro tempore determinari.
- 3 Qui ex ignorantia, vel impotentia non impleuit opera iniuncta, minime lucratur indulgentias.
- 4 An bis lucrari possit Iubileus in duabus hebdomadis concessis.
- 5 An sit necesse ad lucrandas indulgentias facere omnia opera iniuncta in eadem hebdomada.
6. An transacto tempore iubilæi possit quis absolui à peccatore seruato oblito, & dispensari in voto oblito.
- 7 An teneat absolutio data virtute iubilæi, cum pro

Q 9 2

impe-

impedimento subsecuto, non facta sunt alia
qua opera iniuncta, & ex consequenti, non
talis pœnitens indulgentiam consecutus.

8 An pro lucranda indulgentia teneatur quis
mittere confessionem iniunctam, cum non habeat
at conscientiam peccati mortalis.

9 Quis confessarius eligendus est ex vi bullæ, aut
bilæi.

10 An pro eodem opere lucrari possim plures
gentias.

11 A quo tempore valeat gratia, & indulgentia.

QUÆSTIO. Est quis in peccato mortali, & non
implet omnia opera iniuncta per bullam ad lucranda
indulgentiam, consequitur nee am? RES P. Consequitur,
non statim, sed amoro obice, tunc enim tenentur
indulgentiarum effectus, quatenus pender ex merito
Christi, & Sanctorum applicatis, ex opere operato. Sc
uti reuiuiscit opus satisfactorium, positum à confessione
& factum in peccato mortali, quatenus est pars sacra
menti pœnitentiæ. Ita Palud. in 4. d. 20. qua. 4. Sylu. in d. 20.
§. 7. vers. 3. numer. 32. Oppositum tenit Nauar. in d. 20.
num. 2. & 3. de indulg. sed non obstat. Neque item obstat
verba Extrauag. Vnigenitus, quatenus concedit solis vere
pœnitentibus, sic enim explicantur Non proderit indulgentia,
nisi cum fuerint vere pœnitentes. Supra dicta do
ctrina intelligenda est absolute, nimirum ex vi prædictæ
concessionis indulgentiarum. Nam si Papa eas concedat
sub conditione, vt quis eas lucraturus sit in gratia, non
eas consequetur absque ea. Ideo aliter loquendum de re
bilæo, in quo iuxta graues Auctores conceditur indulgentia
sub ea conditione, & ideo negant consequi illam
nisi in gratia. Sed inquirunt, an oporteat, vt omne opus
præscriptum à Papa fiat in gratia ad effectum indulgentiarum
consequendum. Respondet minime, sed satis est
si vltimum opus præscriptum perficiatur in gratia. Ita
Adrian, de indulgent. Caiet. de indulgent. tractat. 10. qua. 1. §. 1.
2. & tractat. 15. capit. 90. & 10. Per. Sor. de indulgent. lib. 6.
Artil.

Armit indulgent §. 14. Sot. in 4. d. 21. quest. 2. artic. 3. tenet
 Cano. in manuscript. Ratio est, quia priora opera iniun-
 guntur tanquam prævia dispositiones: ultimum vero
 tanquam ultima dispositio ad gratiam. Ultima vero dis-
 positio in introductione formæ naturalis, simul est tem-
 pore cum forma introducta, iuxta Philosophum, quam-
 vis sit prior prioritate naturæ. Ita etiam obtinuit com-
 munitis usus fidelium, qui non nisi post facta opera iniun-
 cta in sabbatho ultimo hebdomadæ die, vesperi et-
 iam sæpius confitentur, & reponuntur in gratia. Imo alij
 Doctores liberius procedunt, aiuntque satis esse Christi-
 anum esse in gratia in ultima termini Iubilæi periodo,
 licet omnia opera iniuncta exercuerit in peccato, con-
 fessionem etiam, & communionem. Ita Henriq. de indul-
 lib. 7. ca. 9. num. 5. existimat enim ultimam conditionem
 esse gratiam intra illius termini spacium.

2. QVÆST. Concedit bulla indulgentiam plenariam semel
 in vita, possuntne eligere sibi metipsi tempus, in quo consequar
 huiusmodi indulgentiam? RESP. Minime, sed concedenda
 est per confessarium, cum pœnitens dispositus fuerit. Ita
 Nauar. de indulg. notab. 19. num. 16. & 19. est communis o-
 pinio recentiorum.

3. QVÆST. Ex ignorantia, vel impotentia non feci opera per
 bullam iniuncta absque alia commutatione, consequor ne in-
 dulgentiam? RESP. Minime. Ita omnes communiter Do-
 ctiores, quos sequitur Henriquez de indulgent. capit. 10.
 num. 10. Hinc excipiuntur aliqui euentus. Duo præci-
 pue. Primus est, cum imponitur eleemosyna danda:
 & lucrans est pauper, talis non indiget commutatione
 eleemosynæ in aliud pium opus. Ita Nauar. de orat.
 misc. 60. numer. 226. Quod clarius explicuit Gregor.
 XIV. in iubilæo ann. 91. Henriquez de indulgent. capit. 10. in
 Glossa. lit. v. Secundus est, cum quis fecit, quod in se fuit,
 ut confiteretur, & aut ex malitia confessarij non obtinuit
 absolutionem, aut ex alia causa iusta adhuc lucratur in-
 dulgentiam. Ita Nauar. de indulg. not. 18. num. 14. & Angel.
 indulg. §. 17. Addo tertium euentum. Apponit bulla, ut lu-
 craturus indulgentiam, visitet Ecclesiam: accessi, sed præ
 multitudine populi ingredi nequii, consequor indulgē-
 nam. Ita Palud. in 4. d. 20. quest. 4. Cord. qu. 31. Rosel. verb.

indulg. §. 22. Eman. verb. indulg. §. 8. num. 12. Adde praescriptum. Praescribit bulla, ut lucraturus communice, propter aetatem non admittitur ad communionem, dabitur tamen indulgentiam. Ita Henric. de indulg. ca. 11. §. 4.

4 QV AEST. Praescribit bulla, ut iubilaei reservatus altera ex duabus hebdomadis, lucratus sum illum in primo possimne illum iterum lucrari in secunda, factus denique dispensarique, & commutari in votis postea factus. R. S. Duæ sunt in hac re discrepantes sententiae. Prima iure negat. Ita D. Thom. *quest. 25. art. 2. ad 4. Add. P. sup. quest. 4. Durand. quest. 4. Cordub. lib. 3. qua. 23. Nau. indulg. not. 31. numer. 36.* Oppositum tamen omnino erendum cum ipso Nauar. retractante additionem *not. 34. num. 4. §. 4. latiusque not. 32. & 47. Angel. & Rosell. verb. indulg.*

5 QV AEST. Suntne omnia opera praescripta in bulla iubilaei eadem in vna, eademque hebdomada, an satis est reservatus in vna, & in altera confiteri? R. S. P. necesse est, ut vna fiant in vna, eademque hebdomada. Ita Henric. de indulg. ca. 11. nu. 2. Ratio eius est, quia ita sonant verba iubilaei.

6 QV AEST. Ex vi privilegiorum Iubilaei poterat laicus absolui à reservatis, & ab excommunicatione, dispensari commutarique in votis per confessarium à se ipso iuratus, vel electum dum tempus Iubilaei stabat, oblitus est certum reservati, certae excommunicationis, certi voti emitti, potestne post illud tempus vi privilegio iubilaei? R. S. P. Peccati & à quouis alio confessario habente iurisdictionem absolvendi à mortalibus, absolui à reservatis tam peccati quam excommunicationibus, dispensarique, & commutari in votis. Ita Henric. de Indulg. ca. 11. nu. 4. colligitur apertissime ex communiore doctrina in materia de poenitentia, in qua qui oblitus inculpabiliter peccati certum reservati omnia alia reservata detegens superiori, qui potest absolvere ab omnibus, poterit postea à quouis iurisdictione habente iurisdictionem in non reservata ab illo peccato oblitio absolui. Ita Gab. in 4. d. 17. qu. 1. Adria. de conf. qu. 4. Sylu. conf. 1. qu. 4. Angel. conf. 1. nu. 22. Rosell. conf. 1. nu. 9. Cano. relect. de poen. p. 5. Ledes. 2. 4. quest. 8. art. 2. Nauar. Cou. ca. Alma. p. 1. §. 10. nu. 12. Naua. ca. Consideret. §. 5. ca. 11. nu. 31.

an. 30. de pœn. d. 15 & in sum. ca. 26. nu. 13. Ratio est, quia superior intendit quantum in ipso est, tollere omnia peccata, quæ non remanent malitia pœnitentis, liberumque relinquere pœnitentem, & ideo aufert ex tacita intentione, quidquid potest, potest autem tollere reservationem: ergo illam aufert.

7 QVÆST. *Præparat quis se bona fide ad lucrandam indulgentiam iubilæi, interim confitetur, & absolvitur à reservatione, & obtinet commutationem votorum: sed ad finem hebdomade incidit in occasionem frangendi ieiunium sabbati, verbi gratia, vel quid simile omittendi de conditione essentiali iubilæi, manetne absolutus, & à votis, & à peccatis, quamvis indulgentiam non consequatur?* R E S P. Manet. Ita communiter Doctores. Ratio est, quia absolutio sacramentalis non datur ad reincidentiam, Neque item dispensatio, seu commutatio in votis.

8 QVÆST. *Præscribit bulla, ut qui lucraturus est indulgentiam, confiteatur, quæro, an teneatur confiteri, qui non habet conscientiam peccati mortalis?* R E S P. Negat Nauarr. addi. notab. 18. num. 18. & notab. 30. num. 6. cum alijs, qui aiunt iubilæum esse intelligendum sicut præceptum annuæ confessionis. Oppositum tamen omnino asserendum cum Sot. in 4. dist. 21. quæst. 2. Durand. d. 20. qu. 4. Caietan. tom. 1. Opusc. tractat. 15. capit. 10. Ledesma. quæst. 29. articul. 1. Cordub. quæst. 27. articul. 1. Adrian. de indulg. quod quidem fateatur ipse Nauarr. esse tutius addi. not. 18. Ratio est, quia indulgentiæ intelligendæ sunt, ut sonant: Papa vero iuxta verba posita videtur obligare ad confessionem supererogationis: ita etiam præscribit ieiunium senibus, & minoribus viginti vno anno, alijsque personis, quæ ex vi præcepti ad ieiunandum minime tenentur.

9 QVÆST. *Præscribit bulla, ut confessor eligendus, sit ex approbatis ab Ordinario, quæro, an requiratur ista approbatio per Ordinariū loci, ubi eligo, an satis sit approbatio Ordinarij ipsius confessarij, v. g. Est sacerdos approbatus ab Ordinario Brachara, sed tēpore Iubilæi versatur Olysiptone, & nō est approbatus ab Ordinario Olysiptonēsi, potestne eligi per Iubilæū in confessariū?* R E S P. Potest. Ita Henric. l. 2. de pœn. c. 13. & l. de indulg. c. 12. n. 4. vbi pro se adducit oēs ferme Theologos, longissimā eorum texens cathenā, quos non refero, ne tadio km legenti.

IO QVAEST. Habeo multos calculos benedictos, quibus varijs Pontificibus conceduntur varia indulgentia pro recitatione rosarii, vel fruor varijs bullis, quæ mihi ob eandem recitationem concedunt varias indulgentias, lucrone eas recipiendo semel idem rosarium: R E S P. Lucror. Ita Asten. titul. 40. articul. 3. colum. 2. cum Hostiensi, Cordub. 32. & 35. Henriq. de indulg. capit. 15. Ratio est, quia eadem horarum recitatione satisfacio præcepto, & voto recitandi presbyter sum, & religiosus professus, ut omnia concedunt.

II QVAEST. A quo tempore valet gratia, & indulgentia: R E S P. A tempore, quo bullata est. Ita Ioann. Andr. lib. 6. de priuileg. ca. 1. num. 5. Anch. not. 8. num. 4. Archid. 2. Hostiensis verb. indultum Domin. §. in eos. num. 2. Per. notab. 1. num. 1. Habetur ca. 1. §. ex parte. de concess. præb. cum multis alijs, quos refert Henriq. ca. 21. num. 4. de indulg. Per eosdem Auctores valet à tempore signaturæ applicationis, literis etiam non expeditis.

De significatione verborum, quæ apponi solent in bullis, & in iubilæis. §. 9.

- 1 Quid significant verba per modum suffragij.
- 2 Quid significant mille anni indulgentia.
- 3 Quid significet plenaria indulgentia.
- 4 Quod est discrimen inter plenam, & plenissimam indulgentiam, & iubilæum.

1 QVAESTIO. Quid significant verba per modum suffragij: R E S P. Id est, atque per modum impetratiuum, cum enim animæ in purgatorio detentæ alterius, ut ita dicam, fori sint, nec Ecclesiæ iurisdictioni omnino pareant, cum Ecclesiæ illis applicat ex ærario meritorium Christi, & sanctorum satisfactiones, obnixæ à Deo petunt, ut eas pro animabus illis accipiat. Quæ applicatio certa est, & determinata ex opere operato secundum æstimationem diuinam. Ita Alenf. 4. p. capit. 83. membr. 5. Bonavent. in 4. dist. 20. quæstion. 5. & Theologi communiter.

2. QVÆST. Quid significant mille anni indulgentiæ? RES P.
 Non quidem significant moram tanti temporis futuram
 in purgatorio: sed vnus annus dicitur ille gradus satisfa-
 ctionis, qui proportione seruata respondet pœnitentiæ
 iniunctæ, vel iniungendæ, iuxta Canones pœnitentiales.
 In quibus quidem ab Apostolis, & Pontificibus pro vno-
 quouis peccato mortali publico taxabantur septem an-
 ni, pro grauiore vndecim anni. verbi gratia, vt per delig-
 natum annum talis peccator semel in hebdomada ieiua-
 naret, flagellaretur, eleemosynam erogaret, psalmos re-
 citaret, aut aliud pœnitentiæ genus exerceret. Hæc au-
 tem ab Apostolis, & Pontificibus taxatio facta fuit per
 scientiæ infusionem, & prophetiæ donum, respondens
 in hac vita pœnæ, quæ ferenda est in purgatorio, nisi hic
 satisfiat. Vt notat D. Antonin. 1. p. tit. 10. cap. 3. §. 3. Sylu. in-
 dulgent. §. 4. Tabien. §. 13. Angel. ibid. §. 3. Rosel. ibid. §. 19.
 Armil. eodem verb. §. 13. Palud. in 4. d. 20. quæst. 4. Sor. in 4.
 d. 21. quæst. 1. art. 3. Ledesma. 2. 4. quæst. 27. artic. 2. dub. 5.
 Nauar. de indulgent. not. 8. & 18. & notab. 10. num. 20. &
 not. 31. num. 39. Cald. de indulg. Eman. in bul. §. 7. num. 7.
 Quos affert & sequitur Henriquez de indulg. cap. 16. num.
 4. Sciendum tamen est quosdam pro leuiori pœna diu-
 tius morari in purgatorio, quia leuius torquentur, sed
 durius, quemadmodum prope diem iudicij (post quam
 non erit purgatorius ignis) qui longioris temporis pœ-
 nas debebunt, breuius purgabuntur, sed acerbius. Ita D.
 Thom. in 4. d. 21. quæst. 13. ad 1. & in Add. quæst. 89. articul.
 6. Vbi Recentiores cum Sor. in 4. d. 47. quæst. 1. Pœnitenti-
 æ vero assignantur in Concil. Elibertino cap. 5. Vbi pro
 homicidio casuali infligebantur quinque anni, pro vo-
 luntario septem. At vero pro adulterio decem. c. 64. eius-
 dem Concil. In Synodo Romana fornicario sacerdoti,
 infligebatur pœna duodecim annorum can. Presb. 82. dist.
 & can. Si quis Sacerd. 30. qu. 1. Ita Tolet. lib. 6. ca. 26. nu. 7.
 Cum ergo per indulgentiam remittuntur mille anni,
 intelligitur pœna, pro qua homo deberet satisfacere per
 mille annos pœnitentiæ, secundum canones taxatæ in
 hac vita. Nec mirari debemus tantam summam anno-
 rum: nam multi mille peccata commiserunt, & secun-
 dum canones septem millia annorum in pœnitentia

transigere debuerunt. Si vero secundum diuinæ iustitiæ rigorem pœna esset perpendenda, adhuc multo plures anni fuissent annumerandi.

3 QVAEST. Quid significat plenaria indulgentia? quia quadragesima? quid media, aut tertia pars peccatorum? RESP. Plenaria indulgentia significat omnimodam remissionem pœnæ debitæ pro omnibus peccatis, tam mortalibus, quam venialibus. Quadragesima, significat spatiū quadragesimarum, in quibus carnibus abstinemus, in quibus olim arctius infligebatur pœnitentia, vt verbi gratia, pœnitentes solo vescerentur pane, & aqua. Media, aut tertia pars: Significat remissionem pœnæ debitæ pro dimidia, aut tertia parte peccatorum.

4 QVAEST. Quod est discrimen inter plenam, & plenissimam indulgentiam, & iubilæum? RESP. Nullum quatenus quo ad remissionem pœnæ; tota enim simul remittitur tam per plenam, quam per plenissimam, quam per iubilæum. Aliquod tamen est in facultatibus, & privilegiis concessis, sed de ijs videndus contextus vtriusque in Regulari. Ita Tolet. lib. 6. c. 25. n. 1.

Appendix cap. octau. §. 10.

- 1 Quid dicendum sit de commutatione operum iunctorum.
- 2 An ieiunia quatuor temporum sint satis ad satisfaciendum iubilæo.
- 3 De visitatione Ecclesiarum, seu altarium.
- 4 An valeat commutatio ab electo confessario, qui pro temporis necessitate non audiuit totam confessionem, & ideo non absoluit, sed absoluit alius.

1 QVAESTIO. Multus eram in rogationibus de modo consequenda indulgentia: quas proposui octauo capite huius materie, timui me molestum tibi fore, ideo scilicet & prudens unam, vel alteram omisi, & reieci in hoc tempore rogationem. Quæro igitur, cum bulla statuit, ut lucraturus indulgentiam ieiunet ter in hebdomada, verbi gratia, quarta feria, sexta, & sabbato, si vero nequeat ieiunare, faciat ex co-

filio confessarij aliud pium opus, oportet ne, vt faciat illud opus eodem die, quo erat ieiunaturus, vel quid aliud facturus? R E S P. Minime, sed est satis, si impleat illud opus intra spatium iubilæi, Ita Henriquez de Indulgen. capit. 10. n. 6.

2 QVÆST. Prescribit bulla vt ieiunetur feria quarta, sexta, & sabbato, incidunt in his diebus quatuor tempora, vel est tempus quadragesimæ; vel teneor ex voto eisdem diebus ieiunare, consequor ne indulgentias? R E S P. Consequeris. Ita Henriquez de indulg. capit. 10. nume. 5. Ratio est, quia vno, eodemque opere, potest quisquam satisfacere pluribus obligationibus.

3 QVÆST. Prescribit, vt quinquies visitetur ecclesia, aut quinque altaria eius visitentur: quo pacto faciendum hoc est? R E S P. Si eadem ecclesia quinquies visitanda sit, necesse est, vt intermissio spatio quis ingrediatur, & egrediatur. Si vero quinque altaria ecclesia habeat, & ea visitanda sint, satis est, si ex eodem loco quis vertatur ad singula altaria. Ita Nauar. de orat. miscel. 37. numer. 36. Eman. verb. indulg. §. 8. n. 8. & alij. Si vero ecclesia tua tantum altaria habeat, simul potest vnum bis, & ter, & interposito spatio visitari, aut satis est conuerti, aduersus id fundendo preces. Ita aperte colligitur ex tradita doctrina: vt legenti facile apparebit.

4 QVÆST. Elegi confessorem, vt mihi commutaret aliqua, que facienda proponit iubilæus, postea ipso absente, aut impedito confessus sum alteri, vel alteris successiue, valetne commutatio? R E S P. Valet. Ita Henriquez. de indulg. cap. 10. n. 7.

De aliquibus facultatibus, quæ in bullis conceduntur, §. II.

- 1 De absolutione à casibus reseruatiss.
- 2 De absolutione à censuris.
- 3 De absolutione ab irregularitate.
- 4 An sub nomine pœnæ intelligatur irregularitas, cum per bullam, vel iubilæum, vel priuilegia conceditur facultas absoluedi ab omni pœna ecclesiastica.

I QVÆST.

- 1 **Q**VÆSTIO. Concedit Papa in bulla, ut confite-
 electus possit absolueri ab omni casu reservato, unde
 guntur ne omnes casus: RESP. Nunquam intelligitur
 casus hæresis prodeuntis in actum externum, licet sit
 culta per accidens, ut loquuntur Theologi. Ita Paulus
 IV. & Pius V cum amplissima derogatione concesserunt
 Censoribus fidei pro Hispanijs. Atque cum Sixtus
 generalem concederet iubilæum anno 90. etiam in casu
 hæresis, placuit ei, postulante Censorum fidei senatu His-
 paniarum, illum pro Hispanijs quo ad eum casum reser-
 vare. Aliquando tamen eundem hæresis casum aliqui
 Pontifices expresserunt pro Germania, Anglia, & Gallia.
 Ita Carthusiæ fratribus concessit Sixtus IV. & conce-
 dit Julius III. atque Gregor. XIII. Patribus Societatis
 IESV, ut refert Eman. in bulla. §. 9. n. 144.
- 2 **Q**VÆST. Conceditur per bullam Cruciatam facultas ab-
 soluendi ab excommunicatione, quæ an requiratur, ut sit
 in confessione, vel satis sit extra? RESP. Faciendam esse in con-
 fessione censuit Nau. c. 16. n. 31. Cordub. cas. 16. §. 16.
 propendit Couar. cap. Alma. 1. p. §. 11. num. 10. §. 16. In-
 quædam tamen est praxis, quæ ex consuetudine obtinetur
 ut possit Commissarius extra confessionem absolueri.
 Ita Henriq. de indulg. c. 13. n. 2.
- 3 **Q**VÆST. Concedit bulla facultatem absolueri ab omni
 censura ecclesiastica, intelligitur ne sub censura nomine irregu-
 laritas? RESP. Minime. Ita rogatus declaravit Summus
 Pontifex. ca. Quarenti. de verb. significat. ubi decernit
 tres tantum esse Ecclesiæ censuras, excommunicationem
 scilicet, suspensionem, & interdictum. Oppositam licen-
 tiam amplexati sunt multi, doctique viri: eos refert
 & refellit Henriquez de indulg. c. 13. n. 6.
- 4 **Q**VÆST. Cum per bullam, vel iubilæum, vel privilegium
 conceditur facultas absolueri ab omni pœna ecclesiastica: in-
 telligitur ne sub nomine pœnæ irregularitas? RESP. Minime.
 Ita communiter Canonistæ Domin. & Alexan. c. Minor.
 50. dist. Nau. in man. ca. 27. nu. 194. Couar. c. Alma. 1. p. §. 6.
 n. 6. Ita Theolog. Ledesm. 2. 4. q. 26. ar. 2. Sor. 5. Inst. q. 1.
 ar. 4. Henriquez. de indulg. c. 13. n. 6. Denique ita declara-
 vit Greg. XIII. in iubilæo anno. 91. Itaque nunquam sub
 nomine generali ab omni pœna ecclesiastica intelligitur
 irregularitas.

irregularitas, oportet enim, ut de ea fiat expressa declaratio.

DE PURGATORIO.

CAPVT VIII.

§. I.

- 1 Animabus in purgatorio detentis profunt indulgentia.
- 2 Qua certitudine est tenendum esse purgatorium.
- 3 Quo in loco est purgatorium.
- 4 Qua in parte terræ est purgatorium.
- 5 Purgatorij locus est sursum versus proximus inferno.
- 6 Quo igne cremantur anime in purgatorio.
- 7 An purgatorij pœna sit maior omni pœna huius vitæ.
- 8 A quo ministro diuina iustitiæ detinentur anime in purgatorio.
- 9 Quanta est pœna purgatorij.
- 10 An statim post obitum anime deferantur ad purgatorium.
- 11 A quo anime deducuntur in purgatorium.
- 12 An anime separata à corpore sciant viam ad purgatorium.
- 13 Vtrum anime purgate statim recipiantur in cœlum.
- 14 Vtrum anime purgatorij possint ad nos remeare.
- 15 An aliqua anime purgatorium habeant inter vivos.

- 16 An viuorum suffragia prosint animabus purgatorij.
- 17 An vnus nostrum possit pro alio satisfacere.
- 18 Qua suffragia prosunt animabus purgatorij.
- 19 Vtrum missa plus, quam elemosyna prosit animabus purgatorij.
- 20 An culpa venialis remittatur in purgatorio.

1 **Q**VÆSTIO. Quoniam indulgentia non solum vivis, sed etiam pro defunctis conceduntur, restat inquirendum, quo in loco detineantur defuncta anima, quibus adhuc indulgentia proderunt. Dic igitur, quo in loco detentur? R E S P. Quinque ab orbe condito fuerunt animarum receptacula, scilicet cœlum empyreum, inferus, purgatorium, limbus puerorum, & limbus Patrum. Ad cœlum statim euolarunt, quæ in Dei gratia decedentes in vita pro pœnis culparum satisfecerunt. Ad inferum descenderunt, quæ in Dei odio finaliter obierunt. Ad Purgatorium sunt delatæ, quæ cum Dei gratia abeunt, adhuc pro culpis omnibus in vita non satisfecerunt. Ad limbum puerorum sunt amandatae infantium animæ, quæ ob culpam patrum in originali, sed sine actuali peccato vitam deserunt. In limbo Patrum detentæ animæ sanctorum, quæ gratæ Deo ante Christi aduentum morantur, expectantes ibi beatam spem possidendi felicissimas supernas sedes, post Christi seruatoris ad cœlos ingressum, cum quo sine fine regnarent. Ita communis Theologorum sensus cum D. Augustin. tract. 49. in Ioann. & D. Tho. in 4. sent. distinct. 45. Vnde aperte colligitur ante Christi mortem quatuor tantum fuisse animarum receptacula. Post illius vero passionem limbus Patrum vacuus mansit, quoniam animæ inde translatae Christum in terram iam ab inferis redeuntem comitatae sunt, & in sua ascensione, cum illo in cœlum ascenderunt. Modo vero etiam quatuor tantum sunt: at vero post diem iudicij erunt, quia purgatorium quoque euacuabitur. Respondendo igitur ad quæstionem propositam, Dico primum. Neque indulgentiæ, neque ecclesiæ suffragia prosunt animabus

animabus inferni. Ita edocet fides. Nam ibi detinentur damnatorum animæ, æterno cruciandæ, iuxta Christi sententiam. *Ite maledicti in ignem æternum* Mat. 25. Probat hanc veritatem D. Hieronym. cap. 1. *Threnor.* ex loco *Matth. capitul. 5. Non exhibis hinc donec reddas novissimū quadrantem:* verumtamen subtiliori sensu, quam necesse sit, ait enim, idem esse, atq; dum, seu per omne tempus, quo solueris debitam, & exactam pœnam; cum ergo debita, & exacta pœna sit æterna, æterno est solvenda, & æterno damnata anima in inferno detinenda. Eundem sensum ait habuisse D. Paulum cum 1. Cor. 15. volens affirmare perpetuo Christum servatorem regnaturum, dixit: *oportet illum regnare, donec ponat inimicos suos sub pedibus suis,* id est, dum posuerit inimicos suos sub pedibus suis, cum vero semper positurus, & habiturus sit inimicos suos sub pedibus, semper est regnaturus. Planior tamen D. Matthæi sensus erit. *Non exhibis donec reddas:* cum vero nunquam sis redditurus, quia non habes satisfactionem (nam pœnæ damnatorū iam non sunt satisf. & omnia) nunquam exhibis. Consonat huic sensui Cypri. *tract. contra Demetrian.* Cremabit addictos ardens semper gehenna, & viucibus flammis vorax pœna, nec erit vnde habere tormenta, vel requiem possint, vel finem. Dico *secundū.* Neq; indulgentiæ, neque Ecclesiæ suffragia profunt animabus infantium in limbo detentis. Ratio est manifesta, quia tales animæ ibi minime cruciantur pœna sensus, ut est concors Theologorum sententia, sed sola pœna damni: indulgentia vero est satisfactio ex pœnis Christi, atque sanctorum pro pœna animarum sensus, quam passuræ in se erant. Dico *tertium.* Solis animabus detentis in purgatorio profunt indulgentiæ, & suffragia. Ita *Sot. in 4. sent. d. 45. q. 2. ar. 2. concl. 4.* Hæc constat inductione. Nam indulgentiæ non profunt animabus inferni. Quod adeo certum est, ut pro damnatis orare peccatum sit ex genere suo mortale. Ratio est, quia petere à Deo non licet, nisi quod secundum eius legem impetrare ab ipso possumus. Cum ergo de damnatis stet firma sententia, vim obtineas legis, qua sunt à Dei misericordia exclusi, peccatum est pro illis orare. Ita *Sot. in 4. sent. dist. 45 qu. 2. ar. 2. concl. 1.* vbi adducit illa D. August. notab. verb.

si scirem matrem meam esse in inferno, non magis pro illa
rem, quam pro diabolo. Et quantum hæc veritas olim fuerit
in opinione posita, de eaque adhuc dubius locutus fu-
rit D. Tho. in 4. sentent. distinct. 45. nunc autem tanquam
catholica, vel catholicæ proxima asserenda est de loco
ordinaria. Hic est sensus illius loci Ecclesiast. 11. *Vbi ma-
rit lignum, illic erit, siue ad Austrum, siue ad Aquilonem*
quasi dicat, nulla post mortem, siue in caelo, siue in in-
ferno facienda est mutatio. Hoc voluit Job 7. *sicut con-
mitur nubes, & transiit, sic qui descendit ad inferos, non re-
dii.* Deinde non profunt indulgentiæ, neque Ecclesiæ
suffragia animabus puerorum limbi. Profunt ergo
animabus purgatorij. Conclusio est manifesta, quod
indulgentiæ profunt animabus viva functis, ut iam
dixi.

2 QVAEST. *Qua certitudine tenendum est, esse post hanc
vitam purgatorium?* RESP. Esse post hanc vitam locum
quo animæ per ignem expiantur à pœnis, quæ remanent
culpa mortalium, venialiumque peccatorum relictae
sine satisfactione in hac vita negare, proculdubio heret-
icum est, & à fide alienum. Est veritas aperissime de-
clarata in Conc. Flor. in instruct. Amen. his verbis. *Itaque
penitentes in Dei charitate decesserint, antequam de
penitentia fructibus de commissis satisfecerint, & omnia
animæ pœnis purgatorij post mortem purgantur, & a pœnis
huiusmodi releuentur, profunt fidelium viuorum suffragia*
decreuit Conc. Trid. sess. 4. Ita D. Thom. in 4. d. 21. q. 1.
1. Sot. ib. d. 19. art. 1. latissime persequens probationes hæ-
ius veritatis.

3 QVAEST. *Quo in loco est purgatorium?* RESP. Eadem de
purgatorio, atque de inferno est dubitatio. De inferno
vero loco adeo dubitauit D. Aug. ciu. c. 16. vt affirmet
nemini notum, nisi cui diuinus spiritus ostenderit. De-
bitauit D. Greg. 4. Dialog. c. 42. adeo vt de ea re de-
se temere non audere fateatur. Multiplices iuxta ipsum
sanctum Doctorem fuerunt opiniones. Quidam eam
in superficie terræ sub quadam horrida valle colloca-
runt: alij subtus terram. Vallem vero esse Iosaphat ierusa-
lulorum sententiam notat Chryl. serm. 19. de gehenna.
D. Chryl. loco citato, & Auctor imperfecti oper. sup. Marti-

homil. 53. arbitratur gehennam esse in aere. Alij affirmant animas torqueri in locis ubi peccarunt. Ita confirmant ex historijs D. Gregor. 4. Dial. narrantis animas multorum in balneis, & alijs in locis cruciari. Dicendum tamen est inferni locum esse sub terram. Id in primis indicat nomen ipsum, *Esai 14. collocatur subtus: Infernus, inquit, subtus conturbatus est.* Christus dominus *Matth. 12. in corde terræ illum posuit: sicut, ait, Ionas fuit in ventre Ceti tribus diebus, ita Filius hominis erit in corde terra tribus diebus, & tribus noctibus.* Appellatur ille locus abyssus. *Luc. 8. abyssus autem profunditatem significat.* Deinde via ad infernum appellatur descensus, tam in diuinis literis, quam humanis: *Numer. 16. de Dathan & Abiron. quos aperta terra degluriit. Descenderunt in infernum uiuentes. Psalm. 54. Descendant in infernum uiuentes. Aenead. 6. facilis descensus Auerni. Sed reuocare gradum. &c. 4. Metamor. Est via decliuus funesta nubila taxo, Duxit ad infernas per multa silentia sedes.* Præ his omnibus rem confirmat fidei articulus. *Descendit ad inferos iuxta Paul. Eph. 5. Qui ascendit, ipse est, qui descendit ad inferiores partes terræ.* Hæc veritas adeo certa est. vt iuxta *Sot. in 4. dist. 15. quæst. 1. artic. 1.* plusquam remerarium sit id negare.

4 QVÆST. *Qua igitur in parte ipsius terra collocatus est infernus?* RESP. In centro ipsius terrenæ molis: cum vero iuxta mathematicorum lineas duplex sit centrum cuiusque orbis, alterum grauitatis, quo grauia naturaliter tendunt, & in quo sistunt: alterum magnitudinis, in quo terminantur æquales lineæ totius circumferentiæ: locus inferni est centrum grauitatis terræ. Ita D. Gregor. 4. Dialog. cap. 42. & *Sot. in 4. d. 45. qu. 1. artic. 1.* & quamuis Aug. de hac re anceps fuerit. 20. *cius. c. 16. tamen libr. 12. super Genes. capitul. 34. in nostra est sententia, & postea lib. 2. ret. cap. 2. 4. retractauit dubium. Potius, inquit, debuissent docere, quod sub terris inferni sint, quam rationem reddere, cur sub terris esse credantur.*

5 QVÆST. *Responde igitur ad propositam quæstionem de loco purgatorij, certus verbus?* RESP. Faciam lubens, purgatorij locus proximus est sursum versus ascendendo infernorum sedibus. Ita D. Thom. in 4. d. 21. quæst. 1. ar. 2. *Medull. Casuum.* R r quem

quem sequitur Sot. in 4. dist. 45. quest. 1. ar. 2. & com-
niter.

6 QVAEST. Quo igne ibi anima purgantur? R. e. s. p. ad
dem, quo inferorum damnatorum animæ acerbissime
cruciantur. Ita Sot. saepe sapius in 4. dist. 41. quest. 1. ar. 1.
cum communi. ex D. Greg. 4. Dial. Faucit pro hac con-
iecturæ, quia nullius alterius ignis fit in scriptura
mentio: deinde, quia in purgatorio fit eadem peccato-
rum punitio, atque in inferno, ergo per eundem ignem
solumque est discrimen in tempore, & æternitate, nam
in purgatorio fit ad tempus, in inferno vero fit ad æter-
nitatem. Quemadmodum eodem igne aurum rutilat, & ole-
um palea fumat, ita eodem igne peccator crematur, & be-
atus purgatur.

7 QVAEST. Exceditne pœna purgatorij omnem pœnam ter-
poralem huius vitæ? RESP. Dico primum. Pœna purgatorij
est maior quavis pœna, quæ ferri potest in hac vita. Hæc
côclusio quo ad pœnâ sensus, est D. August. multis in lo-
cis. lib. de pœn. c. 18. refertur can. Qui in aliâ. dist. 3. c. 1.
lib. de vera & falsa poeniten. refertur can. Nullus. dist. 3. c. 1.
idem ait Beat. Cæsarius hom. 1. de verb. Apo. Ille in purgatorio
purgatorius ignis durior erit, quam quidquid potest in hoc sa-
culo, aut videri, aut excogitari, aut sentiri. De pœna vero
damni, qua sanctæ animæ in purgatorio retardantur
fruitione beata: seu potius quam sanctæ animæ poenitetur
in retardatione diuinæ fruitionis, est sancti Thome
quem refert, & sequitur Sot. in 4. dist. 19. quest. 3. artic. 2.
Cruciantur enim desiderio videndi DEVM quem esse
credunt, & sperant se aliquod post spacium visuras con-
tra fide, & spe, amantque intensissima charitate, quæ em-
visionem amari potest. Quoniam tamen animæ certæ
sunt se aliquando Deo fruituras, vt probat Sot. in 4. dist.
19. quest. 3. artic. 2. concl. 1. quia habent formatam fidem
& spem, quam habebant in via, quidquid ganniant heretici
nostri temporis, multum habent consolationis. Dico secundum.
Anima in purgatorio realiter patitur pœnam sensus ab igne per propriam ignis actionem
quo Deus tanquam instrumento vitur ad animarum
expiationem. Ita D. August. lib. 2. civ. capit. 10. D. Gregorius
4. Dial. i. capit. 2. Magist. in 4. d. 44. cum Iuliano Archiep.

Toletano, quem citat. Dico tertium. DEVS per nullum ministrum, sed solum per ignem animas in purgatorio castigat. Ita D. Dionysius *capit. 4. de diuin. nominibus*. Probat conclusionem Sotus *in 4. dist. 19. q. 3. art. 3.* ab incommodis. Nam vel illas torqueret per demones, vel per Angelos, vtrumque indecens esset. Si enim per demones, sequeretur, quod victores animæ, demonibus, quos in vita vicerunt, subderentur. Si per Angelos, sequeretur, quod essent tortores suorum ciuium, amicorum, & fratrum, absit hoc.

8 QVAEST. *A quo igitur ministro diuina iustitia detinetur anima in purgatorio?* RES P. Ab ipso igne, qui est animæ, velut carcer cohibens eam, quo voluerit exire, & potissimum, in concupitum paradysum euolare, sicuti est ipsis animabus damnatis, & demoniis, qui ignem ob eandem rationem tanquam capitalem hostem acerbo odio prosequuntur. Ita Sot. *in 4. d. 19. q. 3. art. 3.*

9 QVAEST. *Quanta igitur erit pœna illius loci?* RESP. Tanta quantum homo mortalis in hac vita non posset circa mortem tolerare: tolerat vero illam anima immortalis supernaturaliter. Ita Sot. *proximo loco*. Hanc tamen pœnam, ita illæ sanctæ animæ patienter tolerant, tanquam medium necessarium ad salutem, hoc est, ad visionem beatam, ad quam nil coinquinatum intrabit, vt merito voluntarie appellari possit. Nihilominus tamen per hanc voluntariam (vt ita dicam) tolerantiam, nil merentur gratiæ, aut gloriæ. Ratio est, quia meritum terminatur via, via vero terminatur vita. Ita Christus Dominus nos docuit Ioann. 9. *Oportet operari donec dies est: venit nox, quando nemo potest operari* Quæ locum explanans August. *tract. 44. in Ioann.* Opererur ergo homo, inquit, dum viuit, nec illa nocte, scilicet mortis, præueniatur, vbi nemo possit operari. Et quoniam hæc veritas est Theologis notissima, supersedeo probationibus longioribus. Legatur Chrysostr. *Hom. 48. super Ioann.* Hieronym. *capit. 6. ad Galat.* in illa verba. *Dum lucem habemus, operemur bonum.* Origen. *sup. Psalm. 36.* legatur Sot. *in 4. dist. 9. quest. 3. artic. 3.*

10 QVAEST. *Deducuntur ne statim anima ad purgatoriū, cū è corporis ergastulo liberantur?* RESP. Eodem momento,

Rr 2

quo

quo anima corpus exit, eodem iudicatur, & sententia circa illam lata eodem momento illi innotescit per revelationem. Quo autem modo hæc fiat reuelatio, nos et nostri instituti conquirere: reuelata vero sententia, recedat, quo pergere iubetur, siue ad cælum, siue ad purgatorium, siue ad infernum. Ita Theologi communiter & Sot. in 4. d. 45. q. 1. art. 3.

II QVAEST. *Deducuntur ad hunc locum per se, an per alium?* RESP. Dico primum. Anima separata à corpore potest se ipsam mouere localiter. Hanc conclusionem negarunt aliqui Thomistæ; eamque D. Thom. esse affirmant. Veruntamen, & falsa est eorum opinio, ut philosophicis rationibus ostendit Sotus in 4. d. 45. quest. 1. art. 3. concl. 1. & D. Thom. contrariam Curs. Combricensis tract. de anima separata. disp. 6. artic. 2. in refut. secundum. Dico secundum. Ex superiori veritate manifeste colligitur, posse animas à corpore seiunctas tendere ad hunc locum, nemine eas deducente, aut comitante. Dico tertium. Animas sanctorum; quæ à vita discedunt, sine macula in purgatorio abstergenda; aut post eam in purgatorio absterfam, in cælum tendentes, comitantur Angelis honoris gratia. Ita D. August. serm. 3. de ascens. Dicitur est 176. de temp. Euleb. Emis. homil. 2. de ascens. Atque secundum meritorum numerum, maior, minorve est Angelorum frequentia, ut de Diuo Benedicto, D. Antonio & D. Martino narrat D. Greg. aliq; historiographi. Quanta est, inquit Sot. in 4. d. 25. q. 1. ar. 3. concl. 2. Angelus erga Dei seruos charitas, ut non tantum in cælo eos spectolentur, sed morientibus adsint, & eorum animas utquam Christi sponsas ad eius thalamum deferant, & utquam victrices ad triumphum deducant. Sic enim Christus Dominus comitationem istam appellauit deducionem Luc. 16. *Factum est, ut moreretur mendicus. & portaretur ab Angelis in sinum Abrahe.* Dico quartum. Animam ad purgatorium euntem comitatur suus Angelus custos, minime repugnantem carceris pœnas, imo summa est tolerantiam patientia, consolationis gratia, ut solent amici comitari eos, qui in exilium proficiscuntur. Ita Sot. loco proximo. Adiciam vnum verbum de damnatis. Animæ aternis cruciatibus adiudicatæ, vehementer horrent in

in locum tormentorum ire, atque odio infestissimo diuinum iudicem derestantes, moueri nolunt, tunc à dæmonibus diuinæ iustitiæ ministris rapiuntur, & in abyssi tenebras proiiciuntur. Idem dicendum de animabus infantium, qui sine baptismo moriuntur. Non tamen dæmones permittuntur à Deo esse in eas adeo truces, & ferri, sed tantum sententiæ latæ ob alienam parentum culpam executores, *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, non intrabit in regnum caelorum.* eas ad limbum deuehunt. Ita Sotus loco citato.

12 QVAEST. Sciuntne anima separata à corpore viam ad caelum, infernum, purgatorium, & limbum, aut indigent indicatoria? RESP. Animæ beatæ sciunt viam ad caelum. Alia vero animæ minime ad alia tria loca dicta. Ita Sot. in 4. d. 45. q. 1. art. 3. Et ideo felices animas Angeli comitantur, non in auxilium necessitatis, sed in obsequium dignitatis. Angelus vero custos animam sanctam: dæmones vero animam damnatam, vt viam ostendant.

13 QVAEST. Circa tertium dictum rogo ulterius, an anima sancta, que sine macula abstergenda in purgatorio è vita decedunt: vel iam in purgatorio satisfecerunt, absque ulla mora protinus recipiantur in caelum, vbi diuinam essentiam clara visione intueantur? RESP. Protinus. Ita decreuit Ioannes Papa XXII. teste Marsilio in 4. quest. 13. artic. 3. Benedict. XII. in sua Extrauag. Ideo D. Thom. licet, 1. 2. quest. 4. artic. 5. dixerit tantum contrariam opinionem esse falsam: tamen in 4. senten. dist. 45. quest. 1. artic. 3. asserit esse hæresim contra scripturæ canonicæ manifestas auctoritates, & sanctorum dogmata. Duo sunt clariora loca Diui Pauli pro hac veritate. 2. Cor. 5. est prior. *Quamdiu sumus in corpore, peregrinamur à Domino.* Ergo vbi primum non fuerimus in corpore, non peregrinabimur, secundus ad Philipp. 1. *Cupio dissolui, & esse cum CHRISTO,* quasi nulla interfutura fuerit mora inter dissolutionem, & præsentiam Christi. Testatur etiam Christi promissio facta lacroni. *Hodie mecum eris in paradiso.* Luc. 23. Sanctorum seriem hanc veritatem attestantium, & hæreticorum decalogum opposito errore infectorum, longum esset intertexere, legi possunt apud Sot. in 4. dist. 45. q. 1. art. 3.

14 QVÆST. Possuntne anima in purgatorio detenta ad nos remeare? RESP. Dico primum, secundum legem ordinariam neq; animæ felices beatorum ad nos transire, vt voluerint sine diuina facultate. Ita D. August. *tra. de cura pro mort. gerenda, capit. 13.* colligens veritatem ex absentia suæ matris. Nunquam, inquit, (si ita fieri possit) ipsum pia mater vlla nocte desereret, quæ terra, maris, lucis est, vt mecum viueret, absit enim, vt facta sit vna filium crudelis. De animabus damnatis Iob. 13. *Qui ascendit ad inferos, non ascendet.* Dico secundum. Ex dispensatione diuina non solum animæ felices ad nos meant; sed etiam animæ in purgatorio, atque etiam in inferno detentæ uisunt. De animabus beatis id testatur D. Hierony. *lib. contra Vigilantium.* De ijs, quæ olim detinebantur in limbo constat 3. Reg. 28. de anima Samuelis Prophetæ, quæ apparuit regi Sauli, constat ex *Matth. 7.* de Moyse & Elia, qui apparuerunt in monte Thabor, cum transfiguratus est Dominus. De animabus inferni, & purgatorii constat ex multis historiis. Cum igitur animæ felices Deo charissimæ sint, fit vt quoties voluerint ad terram descendere, toties à Deo obtineant facultatem. Veniunt vero, vel ad solatium suorum, enarrando suam felicitatem, vel ad suos ad monendum pro rebus saluti necessarijs, vel ad colendas reliquias suorum corporum, vel ad aliud quid simile bonum hominibus impertiendum. Quod idem de animabus purgatorii dicendum est. Non tamen de animabus damnatis, cum enim à Deo permittuntur uenire, vt plurimum permittuntur in nostrum dampnum. Apparent etiam animæ purgatorii ad suffragia petenda, non solent tamen terrere, aut horrore nos afficere, cum factæ sint, nosque vehementer diligant. Veramque propositam veritatem docuit Augu. *in lib. de cura pro mort. gerend. capit. 19.* his verbis. *Verum ista diuinitus exhibentur longe aliter, quam se habet usitatus ordo: alia enim sunt, quæ naturaliter, alia quæ mirabiliter fiunt.*

15 QVÆST. Fierine potest, vt anima apud nos habeant purgatorium? RESP. Ex diuina dispensatione aliquando fit, vt animæ apud nos purgentur, teste Hugone, atq; id asserit D. Greg. *Dialog. 4.* de Germanio Episcopo Capuano. Fit autem hæc dispensatio, vel ad viuorum instructio-

rem, vt viuentes caueant à culpis, pro quibus cernunt tot, tamque acerbas pœnas ferendas: vel ad mortuorum subuentionem, vt viui miseratione commoti suffragiis animas iuuent, & illæ eximantur à pœnis, Ita Sot. in 4. d. 19. q. 3. art. 1.

16 QVAEST. *Iam te circa has beatas animas cap. 4. de indulg. rogauit, an illis profint indulgentiarum gratia. Nunc latius absolute interrogo, an illis profint viuorum suffragia?* RESP. Negarunt Armeni, & Waldenses, Ioannes Hus, & Vuitcleff, alique Ecclesiæ hostes. Eorum fundamentum erat excellentia Christi passionis, quem dicebant non solum sufficienter, sed etiam, efficaciter pro peccatis hominum satisfecisse, foreque nos ipsius satisfactioni iniurios, si aut in hac vita pœnas sponte accipiamus, aut in futura laturos credamus pro culpis. Sed est hæresis apertissima, & sæpius ab Ecclesia damnata, vt iam dixi supra quest. 2. huius materiæ. Et ideo opposita sententia est de h. d.

17 QVAEST. *Potestne vnus pro alio satisfacere, & suffragari?* RESP. Maximè. Est certa conclusio de fide, in articulo symboli de communicatione sanctorum. Ait enim Paulus ad Gal. 3. *Debemus alter alterius onera portare, non solum corporalia, sed spiritualia, fremant hæretici, grauiora vero onera spiritualia sunt pœnæ, quarum ob præterita peccata rei sumus. Quemadmodum ergo debet vnusquisque proximo indigenti de sua substantia corporali opitulari, ita pro eo orationes, eleemosynas, & sacrificia debet offerre, quibus pœnarum obligationem soluat. Hæc tamen viuorum suffragia non solum viuus, sed iam vita functis profunt pro quibus offeruntur, quia eadem charitate copulamur in morte, qua in vita adstringebamur iusti, secundum Paulum. 1. Cor. 13. *Charitas nunquam excidit.* Et tales animæ Deo gratissimæ sunt (gratia enim eius pro quo opus satisfactorium offertur, conditio est sine qua non tale opus illi prederit, vt ostendit Sot. in 4. d. 45. q. 2. art. 1. cond. 6.) ergo nulla deest ratio, ob quam illis non profint suffragia viuorum.*

18 QVAEST. *Qua suffragia profunt animabus in purgatorio detentis?* RESP. Dico primū. Prosunt eleemosynæ, orationes,

Rr 4

& sa-

& sacrificium missæ. Ita D. August. *serm. 32. de verb. Apoll.*
& *lib. de cura pro mort.* Dico secundum. Profunt, & vni-
rum ieiunia. Ita D. Gregor. refertur *c. Anima. 13. q. 2.* Dicitur
tertium. Profunt, & quæuis alia opera pœnalia, vt flagella-
tio, humi cubatio, cilicii gestatio, & alia huiusmodi. Ita
omnes Doctores.

19 QVAEST. Quo suffragio plus adiuuabuntur anime, sa-
crificio missæ, an elemosyna? R E S P. Loquendo absolute, &
ex subiecto, magis adiuuabuntur missæ sacrificio. Sicut
men pro vno defuncto iam dictæ sint multe missæ, & e-
liunde vrgeat necessitas, & inopia magna viduarum, &
pauperum, acceptior erit Deo, & gratior satisfactio per
elemosynas, quam per multiplicationem solam sacri-
ficiorum: quadratque huic sententiæ Dei ipsius appo-
batio, *Misericordiam volo, & non sacrificium.* Ita Socin. 4.
d. 45. q. art. 3. cond. 1. §. at quoniam.

20 QVAEST. Remittit urne in purgatorio etiam culpa co-
nialis, qua cum anima iusta è viuis excessit? R E S P. Affirmat
Gab. Vasque. 12. *disp. 41. nu. 3.* sed hac de re commodius
in materia de peccatis respondebo.

PECVLIARES DVBITA- TIONES circa Bullam Cruciatam.

CAPVT IX.

De Etymologia huius nominis Bulla Cruciata. §. 1.

- 1 Cur litera Apostolica appellantur bullæ.
- 2 Cur hæc bulla appellatur cruciata.

1 QVAESTIO. Cur litera Apostolica appellantur bullæ?
R E S P. Omissa multiplici huius nominis signifi-
catione (qua de re Calepinus eodẽ verbo) propria
illius vsurpatio vendicat sibi signa, seu imagunculas, quæ
ad

ab infantium collo appenduntur propter fascinatio-
nem. Quoniam vero literis Apostolicis signa sancto-
rum Apostolorum pendent, & imagines; nec non Ponti-
ficum gratias concedentium stemmata orbiculis æneis,
ferreivve inclusa, fit vt ab ipsis bullis, siue imaginibus li-
teræ ipsæ bullæ nuncupentur.

2 QVÆST. Cur hæc bulla appellatur cruciatâ? RESP. Quia
gratia, & indulta in ea concessa sunt ijs simillima, quæ
impertita sunt in Conc. Lateran. sub Innocent. III. Chri-
stianis militibus, qui suscepto sanctissimæ crucis signo,
ad oppugnandam terram sanctam, debellandosque infe-
stissimos Christiani nominis hostes Mahometani erro-
ris sectatores illam miserrime opprimentes proficisce-
bantur. Ita Hostiens. in cap. Ad liberandam. col. 2. de iudic.
Sot. in 4. dist. 21. question. 1. art. 3. Eman. de bulla §. 1. nu-
mer. 2.

De ijs, qui possunt lucrari huiusmodi
indulgentias. §. 2.

- 1 An religiosi lucrentur indulgentias bullæ.
- 2 An Papa lucretur indulgentias bullæ.
- 3 An extraneus negotiandi gratia in Hispania versa-
tus, lucretur indulgentias bullæ cruciatæ.

1 QVÆSTIO. Possuntne lucrari indulgentias bullæ re-
ligiosi ab Ordinarij potestate exempti? RESP. Possunt.
Ita D. Thom. in add. quest. 4. artic. 1. Possuntque
absque suorum prælatorum licentia opera iniuncta fa-
cere, quæ absque suæ obseruantia detrimento exequi
valent, vt ieiunare, aliquot preces fundere, &c. Ita Ange.
indulg. §. 22. & Cordub. quest. 2. de indulg.

2 QVÆST. Potestne Papa frui huiusmodi indulgentijs à se
concessis? RESP. Potest, quia ipse caput est ecclesiæ, & ideo
membrum principale illius, fruiturque bono totius cor-
poris. Ita D. Thom. in add. qua. 23. art. 4. & in 4. d. 10. art.
5. quest. 4.

3 QVÆST. Conceduntur hæc gratia personis certorum
regnorum, V. g. Hispaniarum. Quæro, fruunturne ijs incola
tantum ibidem nati, & alii, an etiam exteri, qui tempore con-
cessionis in Hispanijs negotiandi causa, aut aliquid aliud a-

Rr 5 gendi,

gendi, versantur? RES P. Etiam exteri: atque bullæ pæ-
rijs, & indultis fruuntur, quamdiu illa in Hispania in-
gent, etiam si ipsi ab Hispanijs proficiscantur quouis ge-
rium. ita Eman. in bulla. §. 1. dub. 3. num. 7. Prohibet tamen
bullæ textus ijs esum carnis extra Hispaniam, his re-
bis. Durante eo anno in omnibus, & singulis regnis (et in
extra illa) carnibus de consilio utriusque medici, &c.

De priuilegio audiendi sacrum tempore
interdicti. §. 3.

- 1 An qui fruuntur priuilegio bullæ cruciata tenen-
tur audire sacrum tempore interdicti.
2 An tale priuilegium intelligatur etiam temporis
sationis à diuinis.

3 QVAESTIO. Quæro, an qui fruuntur hoc priuilegio
teneantur tempore interdicti audire sacrum diebus in-
stis? RES P. Tenentur, cum commode possunt
ut possent, si non esset interdictum. Ita Sor. in 4. d. 11.
quest. 1. art. 1. A simili probari potest: nam carcere inclu-
sus, qui potestatem habet exeundi, tenetur diebus festis
audire sacrum, ut docent Nauar. in man. capit. 21. num. 9.
& Med. in sum. libr. 1. §. 40. fol. 159. ergo similiter in nostro
casu tenetur: si quidem potest.

2 QVAEST. Priuilegium de interdicto, extenditur
ad cessationem à diuinis? RES P. Minime. Ita Nauar. in
cap. 26. nu. 29. & Eman. in bul. §. 5. dub. 2. nu. 7.

De priuilegio sepeliendi tempore
interdicti. §. 4.

- 1 Quæ sit moderata exequiarum pompa,

2 QVAESTIO. Quid intelligitur per moderatam exequi-
arum pompam? RES P. Intelligitur dimidiata bo-
lenitaris solitæ, iuxta personarum qualitates &
statum circa omnia; nimirum circa pulsanda simbala, &
canendum officium, reliquum vero relinquatur arbi-
trio Ordinarij, si adfuerit. Ita declaratur in bullis Pij
IV. datæ anno 1565. & hæc declaratio obseruatur in Hi-
spania, ut notat Cordub. de indulg. §. 43. dub. 5.

De privilegio edendi carnes. §. 5.

- 1 Quod sit privilegium edendi carnes ex consilio utriusque medici corporalis scilicet, & spiritualis.
- 2 An tempore iubilæi durante bulla cruciatâ possint edid lacticia tribus diebus ieiunij præscriptis.
- 3 An dispensatus per bullam ad edendas carnes die ieiunij, teneatur ieiunare.
- 4 An dispensatus per bullam ad esum carnis, teneatur abstinere ab esu piscium.
- 5 An Religiosi, & presbyteri saculares tempore bullæ cruciatæ teneantur abstinere à lacticijs etiam Dominicis diebus Quadragesimæ.
- 6 Quid dicendum de novitijs religionum habentibus bullam cruciatam.

1 **Q**UÆSTIO. Cum dicat Summus Pontifex, ut hæc carnes edantur de consilio utriusque medici, corporalis scilicet, & spiritualis, quid privilegij concedit in hac gratia? id enim eodem tempore quadragesimæ, & ieiunij concedit ius commune, iuxta Caiet. ieiunium capit. 3. & Nau. in man. capitul. 21. numer. 19. & 20. **R**ESP. Quæstionem proposuit Roder. in bul. §. 1. & indecisam reliquit, non approbando explicatum aliquorum Doctorum interpretantium hoc privilegium de ieiunio cum carne; id enim statim bulla ipsa declarat circa edentes lacticia, ut possint sic ieiunare. Illam tamen explicuit §. 9. nu. 5. allerens nil novæ facultatis ibi concedi, sed tantum explicari ius commune, ut solent multoties facere Pontifices.

2 **Q**UÆST. Dum bulla viget, mittitur iubilæus: iubilæus vero præscribit, ut lucraturus indulgentias ieiunet tres dies. Rogo, an ex privilegio bullæ possint hæc ieiunia impleri cum esu lacticianorum? **R**ESP. Possunt. Ita Medin. in sum. lib. 1. §. 10. fol. 99. Annales tractat. de ieiun. quæst. 9. de abst. à cibo. dub. 4. & 5. Ratio est, quia iubilæus non requirit strictius ieiunium, quam est ieiunium quadragesimæ, sed ieiunium quadragesimæ impletur nostro casu cum esu lacticianorum; ergo, &c.

3 **Q**UÆST

3 QVÆST. *Dispensatus in esu carniū temporē quadragēsimæ, & ieiunij per nostram bullam, censeturne dispensatus ad non ieiunandum?* R E S P. Affirmat Caiet. verb. ieiunium. Negat Medina *cod. de ieiun. quest. 5. fol. 17. & quest. 11.* De cendum tamen cum Victoria. 2. 2. *quest. 147. articulo 4.* Roderic. *in bull. §. 6. numer. 4. dub. 3.* quem citat sub distinctione. Vel enim dispensatus ad esum carnis, edere carnes quia pisces nocere salutē solent: vel ut vires amissas recuperet: priori modo dispensatus tenetur ad ieiunium altero vero minime, & ideo pluries edere potest.

4 QVÆST. *Dispensatus ad esum carnis & lacticiū in virtute bullæ, potestne licite edere simul pisces?* R E S P. Potest. Ira Cordub. *in summ. question. 168.* & Eman. *in bull. §. 6. numer. 5. dub. 4.*

5 QVÆST. *Excipit bulla à privilegio lacticiū in quadragēsimæ, & diebus ieiunij regulares omnes, & clericos seculares, clericos, inquam, presbyteros. Rogo utrum Dominus quadragēsimæ possint lacticijs uti?* R E S P. Possunt. Ratio est, quia reliquit hanc rem iuri communi: secundum vero ius commune dominici dies non appellantur dies quadragēsimæ, & ideo in ijs edi possunt lacticia à privilegio, ut affirmant Cordub. *in sum. quest. 168.* & Palat. *in 4. d. 15. disp. 8.* siue ergo bulla prohibeat esum lacticiū in diebus quadragēsimæ, siue in diebus dominicis, quia ij nec quadragēsimales, nec dies ieiunij appellantur, ut ostendit Rod. *in bull. §. 6. nu. 8.*

6 QVÆST. *Quid censet circa novitios religionum habentes bullam cruciatam?* R E S P. Dico posse edere lacticia, ut alij seculares. Ratio est, quia novitij non censentur religiosi quo ad onera religiosorum. Deinde quia regulares censentur soli, qui professionem solemnem emiserunt *cap. Cum ad monasterium. de stat. monach. & tradit. de lib. 7. Iust. quest. 5. art. 3.*

De ieiunio, quod per bullam iniungitur. §. 6.

I An ad lucrandas indulgentias bulla cruciata, vel liberali satis sit ieiunium quadragēsimale.

- 2 An ex vi confessionis bulla æqualem consequantur gratiam, qui sola opera præscripta exequentur.
- 3 Declaratur textus Extrauag. Antiquar. de pœn. & remiss.
- 4 Ancum imponitur eleemosyna ad arbitrium erogantis, quæuis sufficiat tam diuiti, quam pauperi.
- 5 An eadem quæuis eleemosyna satis sit ad fruendum priuilegij bullæ.
- 6 De commutatione ieiunij in aliud pium opus.
- 7 De causa commutandi ieiunia à Iubileo præscripta.
- 8 An visitatio Ecclesiarum, & eleemosyna erogatio fieri possit quouis die hebdomada iubilæi.

1 **Q**UÆSTIO. Præcipit bulla ieiunare eisdem diebus, quibus vel ex præcepto ecclesiastico, vel ex voto, teneor ieiunare, satisfactione ambabus obligationibus **R E S P.** Satisfacio, lucræque indulgentias. Ita Rodericus de bulla § 7 num. 1. Ratio est, quia eodem opere satisfieri potest duabus, vel pluribus obligationibus. Deinde quia opus præcipitur à bulla, vt satisfactorium est: opus vero ad quod teneor ex præcepto, vel ex voto, factum ex voto vel ex præcepto, adhuc est satisfactorium. Ita Doctores capit. Cum ex eo. de pœnit. & remiss. Cordub. de indulg. qua. 21. propos. 3. Sot. in 4. d. 19. quaest. 2. ar. 1. Medin. de satisfact. qu. 4. circa finem.

2 **Q**UÆST. Consequuntur eandem indulgentiam quo ad æqualitatem, qui opera iniuncta per bullam & iubilæum faciunt: nimirum eadem ieiunia, easdem orationes, &c. **R E S P.** Dico primum. Opera in se, quæ iubentur, æqualia sunt indulgentiæ, æqualiter omnibus, facientibus ea imperitur. Dico secundum. Opera, quæ à Papa per bullam imponuntur, censenda sunt æqualia indulgentiæ concessæ, licet quo ad singulas videantur inæqualia: quia summus Pontifex attendit ad multitudinem eorum collectim,

lectim, non diuifim sumptorum. Ita Doctores com-
niter, Palatius in 4. dist. 10. dub. 3. fol. 420. col. 2. in fine Dic-
terium. Qui opera iniuncta per bullam, vel iubilati-
æqualia faciunt, æqualem consequuntur indulgentiam,
licet alius alio maiora, & superabundantiora opera
equatur. Hæc manifeste colligitur ex supra duabus
conclusionibus.

3 QVÆST. In oppositum superioris asserti videtur esse
extragans. Antiq. de pœnitent. & remiss. lata à Bonifacio VIII.
ait enim ibi summus Pontifex, qui plus fecerit, plus con-
queretur? R E S P. Extragans loquitur de præmissis
sentiali gratiæ, & gloriæ, non vero de satisfactionis
secutione. Ita Roderic. in bull. §. 7. nu. 4. dub. 3.

4 QVÆST. Qui bis dederit in anno bulla elemosynarum
taxatam in ipsa bulla, lucrabitur bis indulgentias, & pro-
tetur indultis & privilegijs eius? R E S P. Lucrabitur, & in-
tetur, constat hoc aperitissime ex verbis plumbeæ bullæ
quæ, breuitati seruiens, referendis superfedeo.

5 QVÆST. Adhuc restat graue dubium. Contendit
Sitas Papa, ut qui iuuerit elemosyna quacumque, seu
luerit, aliquod pium opus, extructionem, Verbi gratia, man-
rij, consequatur tot, vel tot indulgentias. quæro, utrum
erandas has indulgentias satis sit diuiti teruncium mitti
arculam, sicut mittit pauper, qui plus mittendum non potest.
R E S P. Negant D. Thom. in 4. d. 20. qu. 3. & ibi Casus
ad 3. & in Add. quæst. 2. s. art. 3. D. Anton. 1. p. tit. 20. §. 1.
3. D. Bonau. in 4. d. 20. quæst. ult. Nauar. de indulg. tit. 3. nu.
35. aiuntque tantum quemque lucrari indulgentiam
quantum in æqua Dei æstimatione valent elemosynæ
operave ab eo facta, cum in suo arbitratu relinquatur
Papa iuxta cuiusque diuitias. Et hæc est certior opinio,
quidquid alij refragentur.

6 QVÆST. Hæcne opinio D. Thomæ, & aliorum verum
etiam ad fruendum privilegijs bullæ? R E S P. Minime, cum
præscribitur in ea certum opus in specie, relicta maiori
vel minore quantitate eius in arbitrio operantis in-
gulari, si in quauis minima quantitate fiat, satis est
fruendum, vtendumq; privilegijs, & indultis bullæ.
adnotauit Roderic. in bulla §. 7. nu. 4.

7 QVÆST. Quis potest hoc ieiunium commutare in alio

quâ piûm? R E S P. Solus electus confessor, vel parochus & non alius. Ita contextus expressus bullæ.

8 QVÆST. Quâ causa sufficit ad commutanda ieiunia in aliud piûm opus? R E S P. Ea, & sola, quæ hominem talem excusaret à non ieiunando ieiunio ex præcepto. Hæ autè causæ sunt plures, quas iam numeravi in præcepto ieiunij de quibus Nau. in man. ca. 21. nu. 16.

9 QVÆST. Præscribit bulla, vel iubilæus, ut tribus hebdomada diebus, feria, inquam, quarta, sexta, & sabbatho ieiunetur. fiat oratio, & elemosyna: satisne erit si ita fiat, in quous hebdomada die? R E S P. Satis. Ita Nau. de orat. miscel. 58. nu. 221. declaravitque Gregor. XIII. flagitantibus Patribus sanctissimæ Societatis I E S V.

De visitatione Ecclesiarum. §. 7.

1 Quid intelligitur nomine Ecclesia.

2 An satis sit visitare quinque eiusdem Ecclesia altaria.

3 Quâ intentione visitanda sunt Ecclesia.

4 An lucrentur Indulgentias Iubilæi Religiosi, aut clerici Ecclesiarum, quæ assignantur visitanda.

5 An censeatur visitare Ecclesias, qui pro multitudine hominum eas ingredi nequit.

1 QVÆSTIO. Quid nomine Ecclesia intelligitur? R E S P. Quoduis sacellum Ordinarij auctoritate erectum. Ita Couar. ca. Alma. §. 4. nu. Eman. in bul. §. 8. nu. 8.

2 QVÆST. Satisne est visitare quinque Ecclesia eiusdem altaria, licet dentur quinque quæ visitari possunt? R E S P. Satis constat ex ipsius bullæ seriè disunctive loquentis, aut quinque Ecclesiæ visitentur, aut quinque altaria.

3 QVÆST. Quâ intentione visitanda sunt hæ Ecclesia? R E S P. Pro lucranda indulgentia: hoc tamen non tollit, quin minus principaliter tales Ecclesias ad eam pro alio etiam negotio faciendo, pro quo solo eas ad rem. Ita Nau. cap. Quando. de consec. d. 1. ca. 6. §. 14. & Cord. de indulg. dub. 4. quest. 25.

4 QVÆST. Assignatur ab Episcopo certa Ecclesia visitanda: possuntne clerici illius Ecclesia, vel Religiosi ibidem habitantes lucrari ibidem indulgentias? R E S P. Possunt. Ita

Docto-

Doctores communiter, quos refert Cordub. de ordi-
 quest. 30. circa hoc est peculiare privilegium intro-
 à Leone X. & Carthusienfium à Sixto V. ut tradit.
 compend. ibi legatur, & videatur.

§ QVAEST. Non possum ingredi pra. multitudinem
 Ecclesiam, qua habet quinque altaria, lueraborne man-
 riam, si è foris mente, & reuerentia Ecclesiam salutem, &
 taria inuisam: RESP. Lucraberis. Ita Rosel. verbi gra-
 §. 22. Cordub. de indulg. qu. 21. Eman. in bul. §. 8. dub. 7.

De eligendo confessario. §. 8.

- i Qui sacerdos eligendus sit in confessarium.
- 2 An possit eligi in confessarium sacerdos, qui ex-
 litia Episcopi (quod malum Deus auertat) non
 approbatur idoneus ad audiendas confessiones.
- 3 A quo Episcopo debet esse approbatus sacerdos,
 possit eligi per bullam cruciatam in confes-
 rium.
- 4 An sufficiat sacerdos approbatus in vno Episcopo
 tu, tempore bullae versans in alio.
- 5 Quid dicendum sit de Regularibus.
- 6 An satis sit approbatus pro certo loco Episcopatus,
 non pro alijs, vt in alijs possit eligi in confes-
 rium.
- 7 Qui confessarius potest eligi à Regularibus.
- 8 An Religiosi possint frui bulla cruciata.
- 9 An nouitij possint per bullam absolui à reuerenti
 suo prelato.
- 10 Quid plus, quam approbatio requiratur in confes-
 sario eligendo per bullam.
- 11 Qui per bullam cruciatam potest confiteri confes-
 sori excommunicato.
- i QVAESTIO. Qui sacerdos censendus est idoneus, & ap-
 probatus, vt virtute bullae eligi possit in confessarium.
 RESP. QUI vel parochiale habet beneficium, vel
 ab Epi.

ab Episcopo idoneus fuit iudicatus. Ita Concil. Trident. *sessi 23. cap. 15. de reform.* Nomine vero parochialis beneficij, intelligitur cura animarum in hoc foro, qualem habent Episcopi, aliqui Abbates, Archipresbyteri, Archidiaconi. Ita Suar. *de pœnitent. disp. 22. session. 4.* Non tamen cura animarum, quæ commissa est prælatis Religionum, & ideo ipsi minime à sæcularibus, imo nec à suis domesticis sæcularibus absque approbatione Ordinarij eligi possunt in confessarios. Ita respondit congregatio Cardin. *in resp. 1162.* Approbati vero non censentur, qui publicum gradum Theologicæ, cænonumve scientiæ susceperunt, quales sunt Doctores, aut Licentiati. Ita adnotavit Cordub. *in sum. qu. 16. & alij Gutierrez in qua. can. cap. 6. fol. 8.*

2 QVÆST. Censebuntur idonei confessarij, qui postulant ab Episcopo approbationem, repulsam passi sunt ex malitia ipsius Episcopi, quoniam ipsi dignissimi erant approbationis? R E S P. Minime. Ita Suarius *tom. de pœnitent. disput. 22. sect. 4.* Ratio est, quia Concilium ponit hanc conditionalem, Nisi sit approbatus, non possit. Et merito quoniam sequeretur inde magna cõfusio, diceret enim quisque sibi iniuste negatam approbationem. Hanc tamen veritatem negat Nauarr. circa Religiosos præsertim mendicantes iuxta eorum priuilegia. *Clem. Dudum. de sepult. & Exirauag. super cathedra. de sepult.* ibi enim sufficit petita, licet non obtenta facultas, & approbatio. Sed immerito, est enim opinio contra expressa verba concilij. *Nullus sacerdotum etiam regularium. &c.* non obstantibus quibuscunque priuilegijs. Et ita postea decreuit Pius V. *motu proprio 44. & Greg. XIII. declarauit congregatio Cardin. resp. 1162. super Conc. Trid.*

3 QVÆST. Cuius episcopi approbatio requiritur in confessario episcopine ipsius confessarij, an pœnitentis? R E S P. Satis est approbatio Episcopi ipsius confessoris, & ideo confessarius Bracharensis approbatus ab Ordinario Bracharensi potest audire confessiones Olyssipponensium, qui illum virtute bullæ, vel ex licentia sui parochi in confessarium eligunt. Ita declarauit congregatio Cardin. *resp. 1159.* Imo circa Regulares eligentes virtute bullæ, aut iubilæi confessarium, idem declarauit, vt sit approbatus

Medull. Casuum.

Ss

à suo-

à suomet Episcopo, seu Ordinario. Hanc declarationem securus fuerat Cordub. in summ. quæstion. 20. ad 1. ad id. Et merito eam reliquit Eman. in bulla. §. 9. non. quam modo sequitur Suarius de pœnit. disp. 22.

4 QVÆST. Sufficitne approbatio mei Ordinarij, ut illi dum profectus in alias diœceses possim eligi in confessariis hanc bullam? R E S P. De regularibus peculiare est beneficium, de quo pro tua solita patientia me sigillatim interrogabis. De sæcularibus pars affirmativa est ex declaratione posita Cardinalium: qui solam Episcopi confessoris approbationem requirunt: cum igitur approbatio fiat, vel per collationem parochialis beneficij, vel per iudicium episcopi, seu Ordinarij, qui habuerit vel beneficium parochiale, vel iudicium approbans Ordinarij, potest dum in alijs diœcesibus si pes moratur eligi virtute huius bullæ ad audiendas confessiones. Dixi, virtute huius bullæ, aut iubilæi, ut absolute loquendo, requiritur approbatio Ordinarij Episcopatus, ubi eligor ad audiendas confessiones, hoc hospes ibidem commoretur, ille enim tunc est mensura hunc effectum Ordinarius, & in hoc sensu verissima iudicio opinionem Roderici citatam in bulla. §. 9. non. ut legenti facile clarebit.

5 QVÆST. Quid in hac quæstione censes de Regularibus? R E S P. Cum Regulares utantur iurisdictione a se concessa in vniuersam Ecclesiam, dubitatur Doctores, an illius post Concilium Tridentinum sufficientia tantum alicuius Ordinarij etiam approbatio pro tota Ecclesia, ita, ut & ipsi audire possint confessiones, hoc aliquo priuilegio, aut saltem eligi in confessariis virtute bullæ cruciaræ, alteriusve iubilæi de qua controversat Guterrius lib. 1. qu. cano. nu. cap. 27.

Dico primum. Regularis approbatus in vno episcopatu non censetur approbatus in omnibus, ut in absque noua Ordinarij loci approbatione possit audire confessiones, & eligi in confessarium sine bulla, aut alio priuilegio. Probatum primo ex verbis Concilii Tridentini. approbatus ab Episcopis. non dixit ab Episcopo. Deinde ex declaratione Pij V. nam ut priuilegium concessum sit Mendicantibus, ut in eodem episcopatu, & eodem

durante Episcopo semel tantum possent examinari, & approbari: toties vero possint quoties mutantur Episcopi: ergo maiori cum ratione tenentur examinari, & approbari in diuersis episcopatibus. Possint, dixi, quia id relinquitur arbitrio noui venientis, siue succedentis Episcopi: nam ipsi religiosi non tenentur iterum nouo Episcopo se præsentare; nec petere nouam approbationem iuxta priuileg. Benedicti XI. vt affert *Compend priuileg. tract. 2. fol. 127. liti. a. Collect. titul. absol. ord. quo ad sacul. 2. §. 24. & 16.* Cordub. in annot. compend. titul. presentatio confess. Soto in 4. d. 18. quest. 4. art. 3. & est veritas vsu probatissima. Tertio ex concessione Gregor. XIII. concedentis vt priuilegium singulare confessoribus Societatis Iesu, vt approbari in vno tantum Episcopatu, possint transendo per alios episcopatus confessiones audire præterquam in loco, vbi adsit Ordinarius loci: tunc enim vult summus Pontifex, vt petant ab illo approbationem. Denique, quia ante Concil. Tridentinum tenebantur mendicantes se præsentare omnibus Episcopis locorum. *Clē. Dudum. de sepult. & extrauag. super cathedra eodem titul.* ergo, & nunc præsentari, & obtinere approbationem requisitam à Conc. Ita docuit Guterrius loco citato, & nunc est receptissima, & praxi vsitatissima opinio. Dico secundum Regularis approbatus in vno Episcopatu, potest virtute bullæ cruciatæ, aut alterius priuilegij eligi in confessarium in episcopatu in quo, vt hospes versatur, nondum ibidem approbatus. Ita probabiliter Suarius. *de penitent. disput. 22. sect. 5.* Ratio eius est, quia declaratio Cardinalium solam requirit approbationem Ordinarij confessoris. Ordinarius vero Regularium quo ad hunc effectum est ille, cuius episcopatus incolæ sunt, licet alibi morentur, seu versentur vt hospites: ergo vt confessarius secularis potest eligi, ita, & regularis, non debet enim esse peioris conditionis. Nam si mutet domicilium, requirit nouam approbationem, quia iam episcopus domicilij est illius Ordinarius, vt est aliorum secularium confessorum, mutantium ab vno in alium locum permanentis domicilium.

6 QVAEST. Est quidem approbatus pro audiendis confessionibus certi loci, & non aliorum, potestne virtute bullæ

§. 2

eligi

eligi in confessarium à quouis totius episcopatus? RES. P. P. test. Ita Eman. in bulla §. 9. num. 8. Ratio eius est, quia non est approbatus ab Ordinario: hoc autem solum requiritur à bulla, ergo ubi ius non distinguit, nec nos distinguere debemus. Adde præterea posse eligi à quouis, ut verferetur, ut hospes in alio episcopatu: quia iuxta præpositam Cardinalium declarationem sola requiritur approbatio Ordinarij confessoris.

7 *Q. V. A. E. S. T. Cum iuxta Concil. Tridentini verba non requiratur Ordinarij approbatio ad audiendas Regularium confessiones, duo quæro, primum, an ad obtinendas indulgentias bullæ, sit satis confiteri sacerdotibus per superiorem signari, & expositis. Deinde verum si eligendus sit confessarius, oportet eligere confessarium approbatum ab Ordinario? RES. P. Dico ad primum. Satis est confiteri sacerdotibus per superiorem. Ita Roder. in bull. §. 9. numer. 9. Ratio hinc est, quia superiores Religionum appellantur in iure Ordinarij, erga ipsos religiosos, possunt enim eos legere, absoluerere à censuris, dispensare, commutare, & eorum vota, hi autem iurisdictionis actus, sunt Ordinarij. Ita Gloss. L. Pluri ff. de Procur. Gloss. cap. prælati Ordin. ibidem Barthol. Veruntamen ad probandam præpositam veritatem hac ratione minime indigemus. Nam nostra bulla solam requirit approbationem Ordinarij, & eam requirit Conc. Trid. sed Conc. Triden. non requirit approbationem Ordinarij in confessarijs regularium, & erga eosdem regulares, sed solam expositionem prælati sui pœnitentis regularis; ergo &c. Dico secundum. Si eligendus sit confessarius ab aliquo regulari virtute huius bullæ, alius ab ijs, quos proprius prælatus expositor habet, & assignatos, requiritur, ut sit approbatus ab Ordinario, siue sit secularis, siue regularis. Ita Henig. lib. de pœn. ca. 6. ad finem, & est securior opinio.*

8 *Q. V. A. E. S. T. Quid censes de regularibus? RES. P. Dico primum. Regulares etiam ordinum Mendicantium possunt bullam suscipere, & ea uti, sicuti alij Christi fideles. Ita constat ex ipso bullæ contextu modum assignantis, quomodo faciendæ sint elemosinæ. Dico secundum. Etiam regulares D. Francisci possunt pecuniam conquirere ad suscipiendam bullam. Ita Roderic. de bulla §. 9. num.*

num. 23. Dico *tertium.* Possunt regulares absque suo-
 rum prælatorum licentia vti bulla ad ea, quæ non repu-
 gaant religiôsæ obseruantia, vtpote ad lucrandas indul-
 gentias per ieiunia orationes, flagellationes, &c. Ita col-
 ligitur ex D. Thom. *in Add. quæst. 27. art. 3. & in 4. dist. 20.*
 vbi Palud. Dico *quartum.* Religiosi Mendicantes, non
 fruuntur priuilegio bullæ Cruciatæ ad effectum eligen-
 di confessarium, qui possit eos absoluerè à casibus reser-
 uatis absque licentia superioris. Ita decreuerunt Sixtus
 IV. Innocent. VIII. Alexand. VI. Iulius II. Leo V. deniq;
 Gregor. XIII. & Leo X. viuæ vocis oraculo. Quod qui-
 dem priuilegium concessum est superioribus Religio-
 num mendicantium, neque per bullam Cruciatam abro-
 gatam est, imo quasi fortius confirmandum. Quia de re
 circa Moniales extat declaratio congregationis Cardi-
 naliû, his verbis. Congregatio Concilij censuit quate-
 nus gratia ex bulla cruciata pertinet ad moniales, non
 posse vigore facultatis in eadem bulla concessæ alios
 confessarios, præter eos, qui ad audiendas ipsarum mo-
 nialium confessiones ab Ordinario approbati fuerint,
 eligere. Refert Eman. *in bul. §. 5. num. 22.* testaturq; seipsû
 eam vidisse manuscriptam in eadem petitione facta. Di-
 co *quintum.* Quoniam vero oppositum verum iudicatur
 in concilio ipsius cruciatæ bullæ, vt videre est *in compen-
 dio prin. tit. Cruciatâ, & titu. absolutio* quo ad fratres, Cordub.
super regulam c. 3. & Paral. tit. Notanda priuilegia §. 10.
fol. 175. & fol. 127. in suo comp. Deinde, quoniam Religio-
 num prælati huiusmodi reuocatoria priuilegia nunquã
 in suis capitulis prouincialibus promulgarunt: lex vero
 reuocatoria priuilegiorum non habet vim ante promul-
 gationem. vt docet Sor. 1. *Iust. 9. 2. art. 4. Med. 1. 2. quæst.*
91. art. 4. Imo hoc scientes, tacent, & ideo consentire vi-
 dentur, probabile est posse religiosos vti priuilegio bul-
 læ circa electionem confessoris, & ideo qui bona fide ea
 vsus est, non est cogendus iterare confessiones. Ita Me-
 din. *de confess. ca. 26.* Cordub. *de indul. quæst. 49. ad finem.* &
 Roder. *in bul. §. 9. num. 25. in fine.*

9 QVÆST. Possuntne Nouitij virtute bullæ, alteriusve
 iubilæi absolui à casibus reseruatis suo prælato? RESP. Dico
primum. Possunt virtute bullæ. Ratio est, quia nouitij

adhuc non subiacent legibus rigorosis, & oneribus religionum: neque circa hoc intelliguntur sub nominibus religiosi, uti enim possunt honoribus, & non subiaceant oneribus. Dico secundum. Etiam secundum ius commune possunt nouitij eligere confessorium, & ab eo ab his casibus reseruat in religione, ac possent, si nouitij essent, ac proinde non sunt religiosi ad onera, sed ad honores. Ita colligitur aperte ex *ca. relig. de iur. iur. in 6. traditq; Angel verb. relig. §. 13 & 14. Syl. relig. §. 10. & 12. Instruct. ca. 47.* Imo neque ad omnes honores nouitij apti sunt, ut cernere est in *d. ca. Religio de iur. comm. in 6.* Nostri tamen instituti non id est periculum. **QVÆST.** *Requiriturne aliud quicquam in confessorio, ut ex vi bullæ possit eligi à pœnitente?* **RESP.** Requiritur super, ut sit idoneus. Idoneus vero à Pio IV. in sua bulla censetur non suspensus, non irregularis, non excommunicatus, non interdictus, neque alio modo a suo iure ore impeditus. Si autem talis non fuerit, eligi neque potest. *ca. Quod translat. de offic. deleg.*

II QVÆST. *Quoniam vero post Concil. Constantiense solum tenemur euitare in diuinis, & humanis solum communicatos publicos, & notorios clerici percussores, in quibus etiam ad euitanda solos nominatim per iudicis sententias tales declaratos, ut iam respondi in propria materia de communic. Rogo nunc, qui ex virtute huius bullæ pœnitentiam communicatum confessorem eligere?* **RESP.** Parochianus potest licite à suo parochio, etiam nominatim de iure excommunicato petere in hoc euentu, & alio necessitatis, pœnitentiæ sacramentum. Ita omnes Doctores, & Adrian. *quæst. 8. de confessi.* Angles. *quæstion. de confessi.* & liberius loquuntur. Ratio est, quia iste parochianus petit quod suum est, parochus vero ex propria malitia est in eo statu, & ideo sibi imputet. Ut qui petit iuramentum ab eo, quem scit iuraturum per falsos Deos, non peccat, quia ipse petit suum ius, & rem, quam alius licite, & facite facere potest, iurando per verum Deum. Dixi in euentu necessitatis, quia absque ea faceret contra charitatem inducendo alium ad peccandum in administratione sacramenti. Dico secundum. Si sacerdos confessor non est parochus, & est excommunicatus, licet ipse recipiat

sua expositus sit pro audiendis quibusq; pœnitentibus, peccat, qui illum eligit in confessarium. Hæc veritas est contra multorū opinionem, teste Sot. in 4. d. 1. qu. 5. art. 6. Est tamen Castri. lib. 1. de pun. har. ca. 15. Angles qu. de ministro sacram. ar. 6. Ratio eorum est, quia actus exterior addit malitiam supra actum interiore, loquendo moraliter (quidquid metaphysicè veritas doceat) atq; moraliter grauius peccat, qui exterius mœchatur, quam qui solam vult mœchari, estq; experimentum manifestum saltem in delectabilibus, & irascibilibus, vt docet D. Thom. 2. 2. qu. 2. ar. 4. & in alijs peccatis actus exterior addit multiplicatam actum interiorum, & firmitatem propositi. Ideo qui exigit executionem peccati ab eo, qui paratus est illud exequi, cooperatur peccato. Hæc veritas omnino tenenda, nisi vrgeat magna necessitas confitendi: tunc enim sequi potest opposita sententia.

De vicibus, quibus ex vi Bullæ potest pœnitens absolui. §. 9.

- 1 Quoties ex vi Bullæ potest pœnitens absolui.
- 2 Quod est priuilegiū posse absolui in articulo mortis.
- 3 Quis est intelligendus articulus mortis.
- 4 An possit concedi ex vi bullæ indulgentia sub conditione

1 **Q**VÆSTIO. Quoties ex vi bullæ potest pœnitens absolui ab electo confessario? **R**ESP. Semel in vita, semel in morte. Ita textus eiusdem bullæ, hoc est, in articulo mortis.

2 **Q**VÆST. Quid priuilegij concedit sua Sanctitas in articulo mortis? nam tunc nullum est peccatum reseruatam cuiuslibet sacerdoti? **R**ESP. Magnum: enim uero etiam in articulo mortis absolute loquendo seruandus est ordo dignitatis, non cogente aliud necessitate, & ideo præsentem eo, qui potest absoluere à reseruatim, etiam in eo articulo nō potest absoluere, qui tali potestate caret, vt iam dixi supra in materia de pœn. Ex priuilegio autem bullæ cruciatæ potest quilibet confessor approbatus, & à pœnitente electus, etiam præsentem eo, qui iuxta commune ius poterat absoluere. Ita Rode. de bulla §. 11. nu. 36.

3 **Q**VÆST. Quomodo intelligendus est articulus mortis?

§. 4

RESP.

RE SP. Aliud est periculum mortis, aliud articulus mortis. Periculum est, euentus, in quo iuste, & prudenter meri potest euenturam mortem, talis est periculosa cauitigatio; praelium committendum, vel quid simile, vultellu, &c. Articulus mortis est euentus, in quo quatinaturaliter desperata salute est ad moriendum proximum. Ex vi bullae absolutio dari potest tantum in articulo mortis, siue vero, siue praesumpto vero, non autem in periculo. Ita 301. in 4. d. 18. qu. 4. ar. 4. Couar. cap. Alma. Couar. poen. fol. 9. alias 49. Sylu. interdict. d. 5. quest. 4. Panorm. Quod integ. de poen. & remiss.

4 QVÆST. Potestne confessor in articulo praesumpto non impertire indulgentiam sub conditione, si vere mortis obieris, alioqui seruet tibi Deus hanc indulgentiam ad instantis mortis? RESP. Potest. Ita Nauar. in sum. cap. 26. num. 31. Caceres. de indulg. quest. 38. Et ita fieri iubet Bullae Commisarius.

De modo concedendi indulgentias
huius bullae. §. 10.

- 1 An necesse sit a lucrandas indulgentias bullae, rita confessorius concedat.
- 2 Qua forma vti debet confessorius inconcedendi indulgentiis.
- 3 Quando est concedenda indulgentia pro articulo mortis.
- 4 An lucretur indulgentias bulla, qui ex malitia confessorij non absoluitur.

1 QVÆSTIO. Ad lucrandas huius bullae indulgentias requiritur, ut confessorius eas concedat? RESP. Requiritur. Ita collector in Compend. tit. indulg.

2 QVÆST. Qua forma vti debet confessorius inconcedendo huius bullae indulgentias? RESP. Forma tradita Commisario, si tamen ea non utatur adhuc vere impertit indulg. qu. 38. Nau. ca. in Leuit. not. 30. nu. 6. & in man. 26. nu. 31. Satis vero est dicere: Concedo tibi omnes gratias, quas concedere possum virtute huius bullae: idem mente, & cogitatione habendo. Ita Ema. in bul. §. 9. n. 40.

3 QVÆST.

3 **QVÆST** Quando est concedenda indulgentia pro articulo mortis? **RESP** Salubre est consilium non nisi, cum iam pœnitens peccare nequeat mortaliter iuxta prudentis iudicium præ mortis afflictione, & amissione libertatis, illam concedere, vt ita absque vlla purgatorij pœna, queat in cœlum aduolare. Ita notauit pie satis Roder, in bulla. §. 9. n. 39.

4 **QVÆST**. Confiteor, vt indulgentias huius bullæ adipiscar, confessarius ex malitia non me absoluit, lucrone indulgentiam? **RESP**. Lucron. Ita Curiel. de inbil. p. 33. absolute deliquis indulgentia, ita nostræ vero bullæ textus est latus circa hunc euentum,

De ijs, à quibus potest absolueri confessarius per Bullam Cruciatam electus §. II.

- 1 A quibus culpis potest absolueri confessarius electus per Bullam cruciatam.
- 2 Quot sunt censura, & pœna, à quibus potest absolueri confessarius electus per bullam cruciatam.

1 **QVÆSTIO**. A quibus culpa potest absolueri confessarius per bullam Cruciatam electus? **RESP**. A quibuscunque peccatis, & censuris. Ita textus ipsius Bullæ.

2 **QVÆST**. Quot sunt censura, quarum absolutionem committit Summus Pontifex confessario electo per Bullam Cruciatam? **RESP**. Quatuor: Excommunicatio, nimirum, suspensio, irregularitas, interdictum.

De absolutione ab excommunicatione per hanc Bullam. §. 12.

- 1 Ad absolutionem excommunicationis posita ad instantiam partis læsæ oportet, vt prius fiat satisfactio.
- 2 Quo pacto facienda est talis satisfactio.

§ 5

3 An

- 3 An simul possint absolui multa excommunicatio-
nes.
- 4 An confessorius electus per Bullam possit absolui
ab excommunicatione extra confessionem.
- 5 An impertienda sit absolutio excommunicatio-
cum ceremonijs à iure prescriptis.
- 6 An valeat in foro externo absolutio excommuni-
cationis per Bullam Cruciatam.
- 7 An confessorius per bullam electus possit absol-
vere ab excommunicatione ab homine generali-
ter.
- 8 An possit absolvere ab excommunicatione ab homi-
ne nominatim.
- 9 An possit absolvere à tali excommunicatione ab ho-
mine nominatim, cum per excommunicationem
non stat, vt fiat satisfactio.
- 10 An possit absolvere à tali excommunicatione,
cum excommunicatus est impotens ad solu-
endum.

1 QVAESTIO. Iubet summus Pontifex, vt ante absolui-
nem excommunicationis posita ad instantiam partis
se, fiat satisfactio partis, quæro an hoc sit de essentia ab-
solutionis, ita vt non teneat, nec valeat, si aliter deur? RESP.
Est quidem de essentia. Ita Nau. in man. c. 27. num. 47
& 48. Arm. absolut. num. 48. est enim clara bullæ præ-
scriptio.

2 QVAEST. Quo pacto fieri potest & debet iusta læsa parti
satisfactio? RESP. Si vel reddatur æqualitas rei debite, vel
dentur pignora, & sufficientes cautiones, vel saltem iu-
ret se satisfacturum cum primum potuerit. Ita Nau. Cou.
Armil. & Perez, quos refert, & sequitur Eman. in bull. §. 9.
n. 53.

3 QVAEST. Est quis excommunicatus diuersis excommu-
nicationibus, poteritne electus confessorius vnica absolu-
tione ligatum expedire? RESP. Poterit, dicendo absoluo te

ab omnibus quibus derineris excommunicationibus, vel quid simile. Ita Ang. tract. de excom. fol. 52. cum communi. Quoniam in hoc euentu vritur potestate supremi iudicis, cui omnes alij subiiciuntur, summi nimirum P^otificis.

4 QVAEST. Potestne electus confessarius absolueretalem excommunicatum extra sacramentum poenitentiae? RESP. Minime. Ita Couar. cap. Alma. de sent. excom. p. 2. §. II. n. 16. Nau. in man. cap. 26. num. 31. Cordub. in summ. quast. 16. Ratio est, quia eam praescribit bulla conditionem, quorum diligenter auditis confessionibus eos possunt absolueretalem quibuscunque, &c. ut legenti patebit.

5 QVAEST. Estne hac absolutio impertienda cum ceremoniis praescriptis à iure? RESP. Minime, quia fit in foro interiori: ceremoniae vero pertinent ad forum exterius. Ita Nau. in man. c. 26. n. 2.

6 QVAEST. Absolutio excommunicationis impertita ex privilegio bullae, valetne ad forum exterius? RESP. Minime. Ita Couar. c. Alma. 1. p. §. II. n. 10. Ledesm. in 4. n. 26. Guter. in q. can. c. 3. n. 8. &c.

7 QVAEST. Potestne confessarius electus absolueretalem ab excommunicatione ab homine? RESP. Potest. Ita Eman. in bull. §. 9. n. 55.

8 QVAEST. Rogo ulterius. Est quis nominatim ab homine excommunicatus, potestne absolui quo ad forum interius per virtutem huius bullae? RESP. Minime: neque per hanc, neque per aliam, aliudue privilegium, quin prius parti laesae satisfiat. Ita decrevit Pius V. in iubilaeo à se concessio anno 1568. his verbis: Declarantes insuper tam presentes, quam alias quascunque super concessione similium, vel dissimilium indulgentiarum à nobis, & à praedecessoribus nostris haecenus emanatas, & in futurum quomodolibet emanandas literas Christi fidelibus ipsis, nisi ad earum effectum in foro conscientiae, & poenitentiae consequendum duntaxat, non autem in foro fori, aut contentioso, nisi satisfecerint, nullatenus suffragari. Et ita iubet Concil. Trid. sess. 25. d. reform. c. 12. ne absoluat excommunicatus nominatim pro furto decimarum, aut impeditioe, ne soluerentur, nisi prius satisfacta parte.

9 QVAEST. Est pars laesa in longa distantia, & iudex, qui no-

mina-

minatim excommunicauit Petrum: Tuli Petrus confectus
lucrari indulgentias, deponit apud fidei iusorem fidelem reman-
bitam, poteritne absolui ab excommunicatione, & à peccatis
RESP. Poterit. Ita Eman. in bull. §. 9. n. 55. Ratio est
quia ea censenda est iuxta voluntas partis, & indici-
quidem debitor facit quantum in se est, & est impotens
ad plus faciendum.

10 QVÆST. Est quis impotens ad soluendum centum, po-
bus parti læsæ satisfiat, poteritne frui beneficio huius bullæ,
absolui, si est excommunicatus pro tali debito, seu nominatim
seu vniuersaliter? RESP. Poterit, quia coram Deo facit
quantum in se est. Ita Eman. in bull. §. 9. n. 55. Neque po-
tens postea factus, & nolens satisfacere parti læsæ, inci-
dit in eadem excommunicationem. Ita Nauar. in man. c. 27. n. 247. Non enim est in confessario potestas abso-
luendi ad reincidentiam, cum taliter absolueret huius
iurisdictionis circa excommunicandum, ut tenet Soc. in
4. dist. 22. art. 3. Cordub. quæst. 20. sum. Adeo, ut nec
instantiam partis læsæ ita absolui possit, cum nec parti læ-
sæ, nec confessarius habeant iurisdictionem ponendi ex-
communicationem, ut notat Sylu. excom. 2. not. 1. cap. 10.
14. 15. & excom. 1. q. 6. Nauar. in sum. c. 27. n. 14. & Cordub.
loco sup. cit.

De absoluteione à suspensione. §. 13.

- 1 An virtute bullæ cruciatæ possit absolui à suspensio-
ne, qui minor 25. anno sacerdotij ordines suscipit
malitiose.
- 2 Antalis absolutus possit statim celebrare.

1 QVÆSTIO. Supposita veritate, quod malitiose ordines
suscepit sacerdotio sciens se esse minorem vigesimo quinto
anno inchoato maneat suspensus per extraneam tantum
H. manu tantum scriptam, ut notat Nau. in man. cap. 25. n. 70.
& cap. 27. n. 155. & 242. sed non ideo minoris valoris, rem
æqualis ac alia impressa, ut aduertit Caiet. ver. excom. c. 30.
quam postea confirmauit Pius V. ut aduertit Cordub. in sum.
c. 144. quæro, utrum virtute huius bullæ cruciatæ possit talis
absolui in foro interiori? RESP. Potest. Ita Med. in sum. lib. 1.
§. 8. fol.

§. 8. fol. 45. Ratio est; quia talis censura fuit culpabiliter contracta, & de censuris culpabiliter contractis, potest confessarius electus per hanc bullam absoluere, vt *infra* dicam de irregularitate.

2 QVÆST. *Quæro ulterius, an talis absolutus à suspensione, possit statim celebrare?* RESP. Si peruenit ad legitimam ætatem peritam à Conc. Trid. nimirum ad 25. annum inceptum, vt referam in sacramento Ordinis, potest: si non peruenit, non potest, manetque irregularis, si celebrat, quia erat à iure suspensus. Ratio est, quia electus confessarius potest priuilegio bullæ tollere suspensionem, non tamen dispensare in legitima ætate.

De absolutione ab irregularitate. §. 14.

1 *Quæ irregularitas appellanda est censura à qua potest confessarius ex vi bullæ cruciatæ absoluere.*

1 QVÆSTIO. *Quæ irregularitas appellanda est censura?* RESP. Ea, & sola, quæ oritur ex delicto. Et ab ea sola potest confessarius electus virtute bullæ absoluere. Ita Cordub. *de indulg. q. 43. dub. 4.* Medin. *in sum. lib. 1. §. 9. & 12. q. 99. art. 4.* Guter. *in q. can. c. 1. fol. 57.* Quæuis oppositum censeant Sot. *5. iust. q. 1. art. 4.* & Nau. *in man. c. 27. n. 1. & 152.* Hinc excipitur irregularitas, quæ oritur ab homicidio voluntario, siue iusto, siue iniusto, vt aduertit Eman. *in bull. §. 9. n. 64.*

De absolutione ab interdicto. §. 15.

1 *Quem interdictum possit confessarius absoluere ex vi bullæ cruciatæ.*

2 *An talis absolutio proffit ad forum externum.*

3 *An possit absoluere à cessatione à diuinis.*

1 QVÆSTIO. *Quid priuilegij concedit summus Pontifex in hac clausula?* RESP. Magnum quidem. Scilicet, vt confessor electus per hanc bullam cruciatam possit interdictum nominatim ab homine (quem

non

non poterat absoluere nisi iudex; qui illum in eadem
 vel alius iudice illo superior in iurisdictione eiusdem
 fori) ab illa interdicti censura absoluere, satisfacta
 partelesā, vt dixi iam de abfolutione excommunicato-
 rum. Potest præterea absoluere à quouis alio interdicto
 sito à iure; quouis modo, etiam Sedi Apostolicæ refer-
 to. Absolutus itaque ab hac censura, potest suscipere sa-
 cramenta, & sepeliri sepultura ecclesiastica.

2 QVÆST. Prodestne hac abfolutio ad forum externum?
 RESP. Minime. capit. super hoc, vt referi Eman. in bulla
 n. 65.

3 QVÆST. Datne hac bulla confessario facultatem ab-
 soluendi à cessatione à diuinis? RESP. Minime. Ratio est, quia
 cessatio à diuinis non est censura, & ideo qui eam ce-
 lebrat, non incurrit irregularitatem, vt descendit hinc
 rursus in q. can. c. 10.

De abfolutione ab excommunicationibus po-
 tis in Bulla cœnæ Domini, quæ dari po-
 test per confessarium electum
 virtute Bullæ cruciatæ;
 §. 16.

De hæreticis. Sect. i.

- 1 Quæ est prima communicatio Bullæ Cœnæ Domi-
 ni.
- 2 Quis intelligitur sub nomine hæretici.
- 3 Quis intelligitur sub nomine fautoris.
- 4 Quis est dicendus schismaticus.
- 5 Qui excommunicandus in Bulla Cœnæ ratione
 laborum prohibitorum.
- 6 Quis potest absoluere hæreticos, schismaticos, & fa-
 uorum fautores.
- 7 Quid potest Episcopus circa hos.
- 8 An Inquisitores possint supradictos absoluere per
 vicarium.

i QVÆST.

1 QVÆSTIO. *Qua est prima excommunicatio bullæ Cœne Domini?* RESP. Ea, qua excommunicantur hæretici, & fautores hæreticorum, schismatici, & legentes, vel retinentes, vel approbantes libros hæreticorum: hi enim omnes in Hispania à solis Inquisitoribus fidei in utroque foro possunt absolui, & comprehenduntur sub nomine hæreticorum quo ad pœnam excommunicationis. Ita Eman. in bull. §. 9. n. 66.

2 QVÆST. *Quis hoc in loco intelligitur nomine hæretici?* RESP. Is cuius pertinacia, & hæresis prodiit in deliberatum actum externum. Itaque ad incurrendam, contrahendamque huiusmodi excommunicationem requiritur contumacia animi, & deliberatio operis externi hæreticalis scienter, & hæreticali malitia patrati. Ita Guter. in q. can. c. 23. nu. 28. Et quamvis sola pertinacia mentis deliberata contra aliquid, de fide ab Ecclesia propositum sufficiat, & requiratur omnino ad constituendum hæreticum, iuxta omnes, sic uti notat Sylu. hæresis. l. q. 3. & Simanchas de instit. Cathol. c. 26. ut iam memini ad primum Decalogi præceptum, tamen hic hæreticus appellatur mentalis, & non excommunicatur in bulla cœnæ. Merito tamen censetur hæreticus externus ille, qui ita pertinaciter adhæret alicui opinioni, ut quidquid censcat in oppositum Ecclesie, illam doceat tanquam de fide, offeratque vitam, si oportuerit. Ita Castro de pun. har. lib. 1. quest. 7. §. 37. Carthar. in Apolog. contra Sor. de certis. grat.

3 QVÆST. *Qui intelliguntur sub nomine fautorum?* RESP. Solus ille, qui iuvat, recipit, defendit hæreticum, quatenus hæreticum, ut permaneat in sua hæresi, vel saltem non puniatur à Censoribus fidei, quasi sit indignus tali pœna. Ita Nau. in man. capit. 27. num. 56. & hic solus incurrit excommunicationem Bullæ cœnæ: quovis modo illum iuuet, verbo, vel facto, vel pecunia, vel alimentis, vel equo, vel gladio, &c. Non autem censendus fautor hæretici, qui illum iuvat, recipit, aut defendit, ut amicum, ut proximum causa postulante pietatis, ut consanguineum miseratione cogente, vel ut alium similem hominem miserum, & calamitosum.

4 QVÆST. *Quis est dicendus schismaticus, qui in bulla*

cœnæ

œna excommunicatur? RESP. Qui pertinaciter ab Ecclesia separantur in opinionibus pertinaciter repugnans mandatis Ecclesiæ, Concilii generalis, & Papæ: dicitur que suo modo Christum, dicendo sic, & sic. Ita D. Hieron. in epist. ad Gal. Hoc enim est discrimen inter hæreticum, & schismaticum, quod hæreticus habet aliquam propositionem contrariam fidei, & eam pertinaciter defendit: schismaticus vero separatur ab Ecclesia.

5 QVÆST. *Qui in bulla œne excommunicantur prohibitis hæreticorum?* RESP. Ii, qui eos domi hæreticiter sciunt. Ii item, qui eos sciunt legunt absque factis Apostolica. Ii, qui eos imprimunt. Ii, qui eos quous modo defendunt, etiam laudando. Ita Eman. in bulla §. 4. n. 78. Et ideo non excommunicantur, qui dicta hæreticorum legunt in libris Catholicis relata: vel libros Catholicorum per hæreticos expositos: pro istis tamen pena posita in indice Pii II. teste Nau. in man. capit. 17. numer. 56. & in indice librorum prohibitorum Hispaniæ.

6 QVÆST. *Quis potest absolueret hæreticum, & fautores hæreticorum, aliosque supra dictos?* RESP. In Hispania etiam in foro conscientie soli Inquisitores fidei. Nulleque illius neque virtute bullæ, neque alterius plenissimi iuramenti, nisi de hæresi fiat peculiaris mentio, iuxta breuissimum Inquisitoribus per Pium V. teste Roris. ad hanc. 1. p. asser. 19. & eodem lib. de priu. Inquis. num. 416. eorum priuilegium iam concessum quadam Extravag. Urbani IV. teste Albert. in repertorio Inquis. verbo *mens.*

7 QVÆST. *Quid possunt Episcopi circa hos?* RESP. Possunt per se, & non per alium vicarium suum absolueret ab hæresi occulta. Ita Conc. Trid. his verbis: *Licet Episcopi &c.* & in quibuscunque casibus occultis, etiam Sectæ Apostolicæ referuatis, delinquentes quoscunque sibi subditos in diocesi sua per se ipsos, aut vicarium ad id specialiter deputandum in foro conscientie gratis absolueret imposita pœnitentia salutari. Idem, & in hæresis criminis in eodem foro conscientie eis tantum, non eorum vicariis sit permillum.

8 QVÆST.

1 QVAEST. Licetne inquisitoribus absoluere supra dictos haereticos, aut eorum fautores per vicarium, quamuis non liceat Episcopus? RESP. Licet. Notat id Camillus Inquisitor generalis Mantuae, & Ferraræ in suis additionibus, teste Roder. in bull. §. 9. n. 79.

De piratis. Sect. 2.

1 Contra quos piratas lata est excommunicatio in bulla Cœna Domini.

2 Qui dicendi sint piratae.

1 QVAESTIO. Contra quos lata est huiusmodi excommunicatio? RESP. Contra piratas, piratarum fautores, ut piratae sunt, recipientes, fauentes, occultantes, &c. & raptores bonorum naufragorum.

2 QVAEST. Qui dicendi sunt piratae? RESP. Qui mari vagantur latrocinia exercendo, & homicidia, vel animo latrocinandi, & occidendi. Mari, dixi, non fluuijs, aut paludibus: qui enim fluuios, paludesue latrocinij, & homicidij infestaret, non diceretur pirata excommunicatus in bulla cœnae.

De dominis petentibus, seu imponentibus noua vectigalia, gabellas, & pedagia.

Sect. 3.

1 Qui domini incurrunt in talem excommunicationem.

2 Quando incurritur talis excommunicatio.

3 An incurratur circa personas exemptas.

1 QVAESTIO. Qui domini intelliguntur incurrere excommunicationem Bullae Cœnae? RESP. Ii, qui supra se habent superiorem temporalem. Ita Roder. in bull. §. 9. n. 81.

2 QVAEST. Quando incurrunt huiusmodi censuram petendo, & imponendo haec noua vectigalia? RESP. Cum ea ponunt, & petunt absque licentia sui temporalis superioris, & per violentiam subditorum tanquam rem sibi iure Medull. Casuum. T t debi-

debitam. Ita Roder. *proxime*. & Nau. *in man. cap. 27. non*
61.

3 QVÆST. *Incurritne princeps secularis huiusmodi cen-*
suram, cum à personis exemptis petit tributa, ut à clericis,
RESP. Minime. Ita Eman. *proxime*.

De falsificantibus literas Apostolicas.

Seçt. 4.

1 Qui comprehenduntur in hac excommunicatione.

2 Quid intelligitur sub nomine literarum Apostolicarum.

1 QVÆSTIO Qui excommunicatur per hanc excommunicationem RESP. Non solum qui Apostolicas literas falsificat, sed etiam qui eas falsificare facit. Ita Ioan. Maior, & Rosel. quos citat, & sequitur Cordeus 5. q. 26.

2 QVÆST. Quid intelligitur per literas Apostolicas RESP. Intelliguntur tam bullæ a Papa expeditæ, quam litterationes signatæ à Papa cum verbo, fiat. Ita Nau. *in man. c. 27. §. 61.* imo est contextus bullæ. Ideo non excommunicantur hac excommunicatione Bullæ eorum, qui falsificant literas episcopi, vel Nuncij, vel Protoperintendentis, quia non sunt literæ Papales. Item non excommunicantur hac excommunicatione, qui falsis obtentis rationibus à Papa impetrant literas (quanquam ponit puniendum *Ad falsariorum*) Neque qui immutant aliquid accretarium papalium literarum, ut notat Nau. Neque qui falsis ab alio factis literis utuntur in suam commodum, quia hi non falsificant.

De ponentibus manus violentas in prelati. Sect. 5.

1 Qui contrahunt hanc excommunicationem.

2 Quales intelliguntur Patriarcha, Archiepiscopi, & Episcopi.

3 An comprehendantur iubentes, & facientes.

1 QVÆST.

1 **Q**VAESTIO. *Qui contrahunt hanc excommunicationem?* RESP. Ii, qui Patriarchas, vel Archiepiscopos, vel Episcopos aut occidunt, aut mutilant, aut cædunt, aut vulnerant, aut retinent vi, aut in carcerem conijciunt.

2 **Q**VAEST. *Quales Patriarcha, Archiepiscopi, & Episcopi intelligendi sunt?* RESP. Soli consecrati. Ita Nau. proxime. & Eman in bull. 6. 9. n. 83.

3 **Q**VAEST. *Comprehenditne huiusmodi excommunicatio iubentes, & fauentes?* RESP. Comprehendit. Ita Gregor. XIII. declarauit teste Nauar. & Roder. proxime.

De usurpantib. bona Ecclesiastica. Sect. 6.

1 *Quæ bona Ecclesiastica hic intelliguntur.*

2 *Qui incurrunt hanc excommunicationem.*

1 **Q**VAESTIO. *Quæ intelliguntur in hac prohibitionè bona ecclesiastica?* RESP. Redditi ecclesiastici, hoc est, qui sunt personarum ecclesiasticarum.

2 **Q**VAEST. *Qui hanc censuram incurrunt?* RESP. Qui autoritatiue, seu vi iusti domini hos redditus absque licentia Papæ capiunt, & exigunt.

Contra iudices sæculares. Sect. 7.

1 *In quos iudices sæculares lata est censura in bullâ Cæna.*

1 **Q**VAESTIO. *In quos iudices sæculares lata est excommunicatio bullâ cæna?* RESP. In eos qui cum sæculares iudices sint, volunt cognoscere causas Ecclesiasticarum personarum, quouis modo id intendant facere. Quicque impediunt executionem literarum Apostolicarum. Nomine vero iudicum intelliguntur quicque sæcularis fori ministri & officiales. Ita Emanuel in bullâ 6. 9. n. 85.

De iis, qui portant arma ad infideles. Sect. 8.

1 *Quos comprehendit hæc excommunicatio.*

1 1

2 2

2 An comprehendat captiuos Christianos remigantes in triremibus Turcarum.

1 **Q**VÆSTIO. Quos comprehendit hæc excommunicatio? **R**ESP. Qui ad Turcas, Mauros, aut quoslibet alios infideles arma deferunt, vel materiam armorum, vt ferrum, æs, &c. aut quoduis aliud ad bellum conducens, vt equos, &c.

2 **Q**VÆST. Comprehenditne captiuos Christianos metu verberum, necisue coacti remigant in triremibus Turcarum pugnantium contra Christianos? **R**ESP. Minime. Nauar. in man. c. 27. num. 63. Imò eos excusant à peccato mortali. Cordub. q. 137. dub. 2. Instruct. casu 7. de bonis Nauar. lib. 3. restit. cap. 4. num. 61. & 62. concinit Nauar. sum. cap. 27. num. 63. Ratio eorum est, quia nauigatio se est bona, aut saltem indifferens. Ex malicia vero Turcarum ordinatur ad malum finem: isti vero captiuo tendunt solum rem bonam, aut saltem indifferenter. Oppositum tamen de peccato censeo verum, vt dicitur 4. p. de pec. captiuor. num. 6.

De ijs, qui offendunt pergentes Romam, aut ibi habitantes. Sect. 9.

1 Qui ligantur hæc excommunicatione.

1 **Q**VÆSTIO. Supra quos offendentes cadit hæc excommunicatio? **R**ESP. Cadit supra eos, qui tales causas Romam, vel ibi commorantes, vel inde proficiscentes offendunt, modo quem bulla assignat ratione ipsius sedis Apostolicæ, hoc est, qui Romam perunt, vel incolunt, vel ab ea decedunt causa ipsius Sedis Apostolicæ. Si enim Romam perant, vel ibi habitent, aut inde proficiscantur negotiandi causa, vel aliud quid agendi à Sede Apostolica alienum, non muniuntur eo privilegio.

De impediens, ne Romam asportentur vestitui, & vestitui necessaria. Sect. 10.

1 Qui non incurrunt hanc censuram.

1 **Q**VÆSTIO. Qui non incurrunt hanc censuram? **R**ESP. Qui suæ Reipublicæ necessitati consulunt.

tes, prohibent extrahi inde frumentum, ne fame postea laborent; aut prospicientes suorum populorum incolumitati interdicut, ne Romam pestifera lue infectam eant, & redeant. Ita Rode. in bul. §. 9. n. 87.

De confessario absolvente à casibus cœnæ,
cum non habeat ad id facultatem.

Sect. II.

I Qui confessarius ligatur hac censura.

I **Q**VAESTIO. Qui confessarij incurrunt huiusmodi excommunicationem? R E S P. Soli ij, qui vel audacia, vel ignorantia crassa absoluunt. Non vero, qui inaduerteret, & ignorantia leui. Ita Nau. & Eman. in bul. §. 9. numer. 90.

De commutatione votorum. §. 17.

- 1 In quod opus pium faciendâ est commutatio votorum per bullam cruciatam.
- 2 An possint commutari ex vi bullæ iuramenta facta Deo.
- 3 An possint commutari vota facta post bullam susceptam.
- 4 An possit commutari votum de nunquam petendâ commutatione votorum.
- 5 An possit fieri talis votorum commutatio extra sacramentum pœnitentiæ.
- 6 An commutandi facultas comprehendat facultatem dispensandi.
- 7 An possint commutari omnia vota.
- 8 Quod votum castitatis nequit ex vi bullæ commutari.
- 9 An possit per bullam cruciatam commutari votum pœnale religionis.

Tt 3

10 An

10 An votum ingrediendi religionem militarem
 si per bullam commutari.

11 Quid intelligitur per votum ultra mare.

1 QVÆSTIO. In quod opus pium facienda est commutatio virtute bullæ cruciata? RESP. In eleemosynam pecuniariam ad auxilium belli contra infidelendamque est, siue tradenda talis eleemosyna thesaurificet et quæstoribus ipsius bullæ. Ita Nau. in man. c. 12. Cordub. in sum. q. 140. Angel. q. de voto. fol. 121.

2 QVÆST. Potestne confessarius commutare in virtute bullæ cruciatae quemadmodum vota, in etiam iuramenta facta circa eandem materiam votorum? RESP. Potest. Ita Sot. i. q. 11. art. 9. Direct. curat. cap. 15. D. Thom. 2. 2. q. 10. art. 8. Eman. in bul. §. 9. n. 108. contra Nau. in man. c. 12. n. 272. Ratio est, quia iuramenta talia facta Deo vota iurata.

3 QVÆST. Potestne confessarius commutare virtute bullæ cruciatae vota non solum facta ante, sed post bullam, per quam? RESP. Potest. Ita Cordub. in sum. q. 149. Navar. de indulg. notab. 37. Non sic dicendum de eo, qui potest dispensare, ut docent Sot. i. iust. q. 4. Angel. in vot. Cordub. citatus. Ratio est, quia in commutatione obligatio non tollitur, sed solummodo transferitur, in dispensatione vero omnino tollitur.

4 QVÆST. Vouit quis se nunquam petiturum commutationem suorum votorum, potestne confessarius virtute bullæ cruciatae hoc votum commutare? RESP. Potest, sed in maius tunc commutanda sunt vota, de quibus vouit se non petiturum commutationem. Ita Angel. q. de conf. & Relig. bul. §. 9. n. 112.

5 QVÆST. Potestne confessor commutare vota commutata bulla cruciata extra sacramentum penitentiae? RESP. Minime. Ita Eman. proxime, & textus manifestus bullæ.

6 QVÆST. Sub potestate commutandi vota, intelligitur potestas dispensandi in ijs? RESP. Minime. Ita Navar. in man. cap. 12. numer. 71. Sot. & Cordub. de indulg. q. 13. Ratio est, quia maior potestas requiritur ad dispensandum, quam ad commutandum, commutari enim vo-

nam nequit nisi in æquale, & ad hoc nulla requiritur iurisdictione: quia tamen quisque in proprijs rebus fallitur, committitur hoc iudicium confessario.

7 QVÆST. *Potestne confessarius electus per bullam cruciatâ commutare omnia vota?* R E S P. Minime. Excipiuntur enim sola tria. Castitatis scilicet, Religionis, & vota trãsmarina. Ideo potest commutare vota eundi Romam, aut Compostellam peregrinandi gratia, quæ solent Papæ reservari, quia vbi textus non excipit, nec nos excipere debemus.

8 QVÆST. *Quod votum castitatis nequit confessarius virtute huius bullæ commutare?* R E S P. Votum castitatis perpetuæ, & absolutæ. Nam si quis vouit castitatem ad tempus, per annum verbi gratia, vel circa vnam rem veneream, & non alia, vt circa tactus impudicos, vel circa amplexus, vel circa pollutionem, non censetur vouisse castitatem absolute, & hoc votum virtute cruciatæ commutari potest. Ita Sot. 7. *Iust. quest. 4. artic. 3.* Naua. *in man. cap. 12. num. 77.* quoniam tale votum non est reservatum Papæ. Tale similiter est votum non nubendi, vt ait Sot. *in 4. dist. 38. quest. 2. artic. 1.* contra Caiet. *in quest. de voto non nubendi, & ideo potest commutari.* Talia itidem sunt vota suscipiendi ordinem sacrum, vt docet Eman. *in bul. 5. 9. numer. 112.* & ingrediendi Religionem, vt aduertit Palatius *in 4. dist. 32. disp. 2. punct. 710.* Ratio est, quia tales non vouerunt aliam perfectionem, quam se ponendi in statu, in quo decens est seruare castitatem.

9 QVÆST. *Potestne confessarius virtute cruciatâ commutare votum pœnale religionis, hoc est, factum in pœnam, verbi gratia, si tale, vel tale egero, voueo me ingressurum ordinem D. Francisci?* R E S P. Res est valde controuersa. Affirmat Medina, *in sum. libr. 1. c. 13. §. 6.* fuitque opinio Doctissimorum virorum, teste Henriquez. *lib. 7. de indulgent. cap. 30. num. 6.* & ideo probabilis, tutaque in conscientia, licet Couar. c. *Quamuis pactum. §. 2. num. 12. de pactis lib. 6.* & Sot. 7. *Iust. quest. 1. art. 1.* eam scrupulosam iudicent. Ratio est, quia vota pœnalia non sunt facta in fauorem, & amore religionum, sed quodammodo in derestimationem, & mœrorem, quasi rem contrariam gustui,

& voluntati: tale autem votum non sibi Papa, aiunt, seruat, sed facta amoris, & gaudij stimulis,

10 QVAEST. *Caditne exceptio bullae cruciatæ etiam votum ingrediendi religionem militarem* D. Ioannis Respon. Cadit. Ita Roderic. in bul. §. 9. num. 123. Ratio est, quia hæc est vera religio, in qua votum castitatis solemne ea emissum dirimit matrimonium ratum sicut in aliis religionibus, teste Nau. tract. de iudic. eccles. & Cotta. sum. quest. 184. probatque consuetudo in Hispania, quod quid repugnet Sor. 7. Iust. quest. 5. art. 3. & in 4. de a. 7. 1. artic. 4. Deinde, quia si quis vouit absolute ingredi religionem, satisfacit ingrediendo hanc; ergo est vera religio, teste Roder. proxime.

11 QVAEST. *Quid intelligitur per votum ultra mare* Respon. Votum eundi deuotionis causa Hierosolyman. Ita Roder. in bul. §. 9. num. 126.

De ecclesiastica sepultura concessa interdictis repente mortuis, virtute bullae cruciatæ. §. 18.

1 Quibus interdictis per bullam conceditur facultas sepultura.

2 Quo pacto intelligenda est negatio sepultura per bullam cruciatam excommunicatis repente mortuis.

1 QVAESTIO. *Quibus interdictis conceditur hæc facultas?* RESP. His, qui in articulo mortis signauerunt contritionis, & non erant excommunicati.

2 QVAEST. *Quomodo intelligenda est huiusmodi bullae prohibitio circa excommunicatos mortuos repente, aut sine contritione propter defectum confessarij cum solis signis contritionis?* RESP. Sane merito iure dubitari potest de hac prohibitione. Quoniam secundum ius commune excommunicatus mortuus cum signo contritionis sine absolutione excommunicationis, potest ab ea post mortem absolui ab eo, qui pollet in excommunicationis iurisdictione, & ita post absolutionem donandus est ecclesiastica sepultura, & exhumandus de loco profano, teste

non extrahendus à loco sacro, si ibi sepultus erat, satisfq; tunc est virgis terram cedere, & non corpus, vt docent Rosel. *absolutio*. l. §. 12. & Nau. *in man. cap. 26. num. 52.* Intelligenda igitur est bullæ prohibitio, nisi prius absoluantur ab excommunicatione.

De suspensione aliarum indulgentiarum, aliorumve priuilegiorum facta per bullam cruciatam durare illius tempore erga eos, qui illam non habent.

§. 19.

- 1 Quæ indulgentia, & priuilegia suspenduntur per bullam cruciatam.
- 2 An suspendantur altaria priuilegiata pro animabus purgatorij.
- 3 An suspendantur per bullam priuilegia concessa à iure communi, consuetudine tolerata.
- 4 An sufficiat, vt alius meo nomine bullam suscipiat.
- 5 An suspendatur bulla cruciatâ per promulgationem bullæ Cœnæ Domini.
- 6 An suspendatur bulla cruciatâ per Iubilæum.

QVÆSTIO. Quæ indulgentia, quæve priuilegia suspenduntur per bullam cruciatam? RESP. Non omnes, nec omnia, sed eæ solæ indulgentiæ, & eæ sola priuilegia, quæ conceduntur per hanc bullam. v.g. similes indulgentiæ plenariæ: similia priuilegia sepeliendi ecclesiastica sepultura tēpore interdicti, & alia huiusmodi. Ita Eman. *in bul.* §. 12. notatque ex Felin. *in capit. Nonnulli. de rescript.* Nam clausulæ reuocatoriæ generales solum comprehendunt priuilegia contraria concessionis consecutioni, non vero alia, quæ impedimento non sunt tali concessioni. Et ideo siue similes indulgentiæ concedantur personis: siue domibus sacris, similiaque priuilegia suspenduntur per hanc bullam. Præter eas, quæ superiores religionum mendicantium concedere possunt suis

religiosis tantummodo ex vi suorum privilegiorum
nam quæ habent simul cum secularibus communia
est, quibus tam ipsi, quam seculares frui possunt, et
suspendantur quo ad seculares, non quo ad Religiosos.
Ita Rod. in bull. §. 12.

2 QVÆST. Est in hac Ecclesia, vel monasterio altera
quo pro missa liberatur anima à purgatorio, suspenditur
hec gratia per bullam cruciatam? RES P. Suspenditur.
Eman. loco proximo.

3 QVÆST. Suspenditur bulla cruciata privilegia cruce
sa in iure communi: Et qua consuetudine tolerata appropria
bantur usu? RES P. Minime. Est enim ad suspendendam
vel reuocanda ea, quæ in iure communi continentur
necesse, ut de eo fiat mentio, & de consuetudine.
Ita Barthol. in Extravagan. Ad reprimendum. verb. non
stantibus. & est textus in Authent. Qua in provin. & in
in capit. de constitut. in 6. Unde quia initiati ordinibus
nonibus possunt tempore interdicti audire sacrum, &
adesse diuinis officijs ex iure communi, possunt etiam
iam anno bullæ cruciatæ. Item quia superiores Religio
num habent ex iure communi potestatem conferre
litteras fraternitatis, quibus fratres facti per eas frui
sunt pijs operibus Religiosorum, possunt eas dare tempo
re bullæ cruciatæ cum effectu participationis. Ita
Rod. in bull. §. 12. numer. 12. dub. 5.

4 QVÆST. Satisne est, ut alius nomine meo mihi bullam
accipiat? RES P. Satis, imo intelligens acceptam se
se pro sua, ratum habeat factum. Ita Eman. proximo
dub. 17.

5 QVÆST. Durat tempus bullæ cruciatæ, in eo preter
gatur bulla cœna, per textum bullæ cœnæ derogatur communi
privilegio: derogaturne etiam privilegio cruciatæ ad absolven
dum à casibus bullæ cœnæ? RES P. Minime. Ita Nau. de
indulg. not. 33. num. 2. Eman. in bull. §. 9. num. 69. Henricus
de indulg. ca. 21. nu. 1. Ratio est, quia aliter sibi esset Pontifex
contrarius.

6 QVÆST. Suspenditurne Cruciatæ iubilæi anni centesimi
RES P. Minime. Responsum probat latissime Henricus
loco proxime citato.

De potestate Commissarij bullæ Cru-
ciatæ. §. 20.

- 1 In qua irregularitate potest dispensare Commissarius Bullæ cruciatæ.
- 2 Qui sunt irregulares, quia male promoti ad sacros ordines.
- 3 In quo gradu affinitatis potest Commissarius Bullæ dispensare.
- 4 An possit dispensare super quavis irregularitate ex delicto publico.
- 5 An possit dispensare super quavis irregularitate ex delicto.

QVAESTIO. In qua irregularitate potest commissarius bullæ cruciatæ dispensare? **R**ESP. Potest dispensare in irregularitate procedente ex delicto occulto: tum quo ad forum interius, tum quo ad forum exterius, etiam extra confessionem: confessorius vero non potest nisi in confessione, & quo ad forum tantummodo interius. Excepiuntur tamen quatuor irregularitates, in quibus Commissarius non potest dispensare. Prima orta ex homicidio voluntario, in qua solus Papa dispensat, ut notat Navar. in man. cap. 27. num. 240. ex Concil. Trident. sessi. 24. cap. 6. Secunda, orta ex simonia reali, & perfecta, & ita non potest titulum beneficii simoniaci validum facere. Tertia orta ex hæresi, aut apostasia à fide, quamvis occultissima. Quæ quidem clausula posita est iuxta opinionem Claustr. lib. 2. de potest. leg. pœnit. cap. 1. & capi. 20. & aliorum affirmantium per heresim occultam, atque etiam mentalem amitti ipso iure titulum beneficii, & dominium bonorum. Quamvis oppositum sentiant Sor. 1. Inst. qu. 6. Medin. in 12. qu. 106. ar. 4. Cordub. lib. 6. qu. 36. asserentes non amitti nisi per sententiam iudicis declaratoriam criminis. Quarta est, quam incurrunt male promoti ad sacros ordines, si celebrent, quia à die suscepti ordinis suspensi sunt.

2 **Q**VAEST. Quis ad hunc effectum censetur male promotus? **R**ESP. Qui ordinem superiorẽ suscipit, non suscepto
inferiõrẽ

inferiore. Qui excommunicatus, aut suspensus subleu-
 ordinem sacrum, Qui sine literis commendatitijis, seu
 ordinarij (Nostrates vocant reuerendas) ordinis susci-
 pit. Qui absque debita facultate extra tempora ordina-
 suscipit. Qui ante legitimam ætatem ordinatur, aut
 legitimus, aut irregularis. Ita Eman. in bulla. §. 13. nu. 1. &
 in man. ca. 21. nu. 69. & ca. 27. nu. 241.

3 QVÆST. In quo gradu affinitatis potest Commissarius
 bulla cruciata dispensare? RESP. Potest dispensare in primo
 & secundo gradu affinitatis orta ex fornicatione in foro
 tantum interno conscientie, non quidem vt publicè, sed
 cum ritu nuptiali iuxta ordinem præscriptum a Concilio
 Trident. sed vt factum cum tali impedimento, & tunc
 nullum, ratum sit, vt maneat verum. Tunc verò necesse
 est adesse testes, & parochum, sed satis est vnus
 ytriusque coniugis consensus occultè inter se declaratus.
 Ita declarauit Pius V. motu proprio, quem reuertit
 Nau. in summ. cap. 22. num. 70. Adeo autem potest Com-
 missarius dispensare quo ad hoc impedimentum in foro
 tantum interiori circa matrimonium iam contractum
 inualide, vt si post dispensationem derogatur impe-
 dimentum, recurrendum sit ad Papam pro foro externo.
 Ita Nauar tom. 2. Constit. de iudic. consid. 4. Non quia
 quod matrimonium nullum sit coram Deo, sed quia
 foro externo iudicandum sit nullum. Tres tamen
 hanc dispensationem requirit bullæ textus conditiones.
 Prima, vt ambo contrahentes, aut saltem vnus contra-
 hente bona fide nullum arbitrans interesse impedimen-
 tum. Deinde, vt ignorans antea, certus modo sit in
 impedimenti. Tertio, vt ex dissolutione matrimonij
 sequatur scandalum. Potest deinde dispensare in affini-
 tate orta ex copula fornicaria cum consanguinea suæ
 uxoris, vel è contra cum consanguineo sui maritis ad po-
 tendum debitum, quod petere non poterat. Potest præ-
 terea cum paucis, & debitis personis dispensare, ad
 eorum faciendum hora vna ante auroram, & post medi-
 um diem.

4 QVÆST. Potestne Commissarius dispensare in irregulari-
 tate aliqua procedente ex delicto publico? RESP. Potest, in ca-
 quam contrahit excommunicatus, suspensus, aut inter-
 dictus

dictus celebrando publice, aut interdictum violando. Ita bulla plumbea his verbis. *Similiter conceditur facultas dicto Commissario dispensandi, & componendi super irregularitate cum his, qui quibusvis Ecclesiasticis censuris missas, & alia diuina officia, non tamen in contemptum clauium celebrauerunt, aut alias illis se immiscuerunt.* Ita Plumbea.

5 QVÆST. *Quaro ulterius, vtrum dispensare possit super quavis irregularitate ex delicto?* RISP. Potest, textus expressus bullæ plumbeæ. Et super qualibet irregularitate. Ita illam intelligit Henrriquez. *libr. 2. de indulgent. cap. 14. numer. 4.* Viuald. quem citat Roderic. *in add. bull. ad 3. 13. num. 2.*

DE SACRAMENTO EXTREMÆ VNCTIONIS. §. I.

CAPVT X.

- 1 Quo pacto definitur.
- 2 Quæ est eius materia.
- 3 Quæ est eius forma.
- 4 Quæ est præferenda forma huius sacramenti.
- 5 An sit de essentia formæ sacramenti vnctionis, vs feratur per modum deprecatorium.
- 6 Quæ mutatio verborum mutet hanc formam.
- 7 Quæ partes infirmi sunt vngenda.
- 8 De ministro huius sacramenti.
- 9 De subiecto capace huius sacramenti.
- 10 Qui sunt effectus huius sacramenti.
- 11 De dispositione necessaria ad hoc sacramentum.
- 12 De necessitate huius sacramenti.
- 13 De ijs, quæ decreuit Conc. Tridentinum circa hoc sacramentum.

I QVÆST.

1 QVÆSTIO. Quo pacto definitur sacramentum Vnctionis?
R E S P. Est sacramentum in quo presbyter cum oleo consecrato certas partes corporis infundit probabiliter periclitantis oleo consecrato, certa intentione debita intentione proferendo. Ita colligitur in *cap. 1. de Sacrament. vñct. adiunctis ibi adnotatis. Tract. Doctores in 4. sent. d. 23. Nau. cap. 2. num. 12. Viuald. de vñct. tit. 14.*

2 QVÆST. Quæ est materia huius sacramenti Vnctionis?
R E S P. Est oleum oliuarum per Episcopum consecratum. Ita communiter Doctores in 4. d. 23. Nau. cap. 2. num. 11. Viçt. in sum. num. 216. Quod debeat esse oleum oliuarum traditur *ca. unico de sac. vñct.* Docet Catech. Roman. pag. 34. Definitur in Conc. Flore. & Trid. *sess. 14. ca. 2.* Constat ex D. Iacobo *ca. 5. Vngentes eum oleo.* Oleum enim absolute prolatum, supponit pro oleo oliuarum. Quod debeat esse ab Episcopo consecratum tale oleum docet *Tho. 3. p. qu. 72. art. 3. cum communi.* Habetur *ca. unico de sac. vñct.* & in *Tri. sess. 14. ca. 1.* Hæc autem consecratio est necessitate sacramenti. Teneat D. Tho. *proxima. Sotus Durand. & Palud. in 4. d. 23. qu. 1. art. 4. concl. 1. Syl. in Gloss. in ca. illud. 95. dist. ver. Sanctificatio.* Quod quidem immerito negauit Viçt. in *sum. num. 217.* & debeat Caiet. & post eos Viuald. in *suo Candel. tract. de vñct. vñct. tit. de materia num. 4.* Quod vero esse debeat consecratum ab Episcopo docent Summistæ. *verb. vñct.* Doctores scholastici in 4. d. 23. D. Tho. in *add. qu. 23. Nau. 22. nu. 12. Viçt. in sum. num. 216.* habetur in Concil. Flore. & Trident. *sess. 14. ca. 2. Catech. Rom. fol. 3. 3.* An vero in commissione Papæ possit simplex sacerdos oleum consecrare, dubitat Sot. in 4. d. 23. *quæst. 1.* Affirmat tamen Viçt. cum Palud. & Scoto. in 4. d. 23. Caiet. 3. p. *quæst. 72. art. 1.* quos refert in *sum. num. 216.* tenet etiam Viuald. *in proximo.*

3 QVÆST. Quæ est forma sacramenti Vnctionis?
R E S P. Est hæc. Per istam sanctam vñctionem, & sanctissimam misericordiam pareat (vel indulgeat) tibi Deus quidquid oculorum vitio (vel per visum) deliquisti.

4 QVÆST. Quando sunt hæc verba proferenda?
R E S P. Nec ante

ente, nec post vnctionem, sed dum eadem vnctio fit. Notat Nau. ca. 22. in sum.

5 QVÆST. *Estne de necessitate huius forma, ut proferatur per modum deprecatium?* RES P. Est quidem, Ratio est, quia ista forma eruitur ex loco D. Iacobi allegato, traditur ab Ecclesia. Nam forma per modum indicatiuū prolata est incertissima. Ideo non est audiendus Victor. in sum. de vnct. num. 218. adducens pro se Rich. & Durand. & quantum Nau. ca. 22. num. 3. Angl. de extr. vnct. Vival. in cand. tract. de extrem. vnct. tit. de forma. num. 5. ex Sylu. & D. Thom. affirmant D. Ambros. vsum fuisse forma per modum indicatiuum, non ideo aliter, quam per modum deprecatium est hæc forma proferenda, vti docent D. Thom. Angel. Sylu. Armil. quos refert, & sequitur Vivald. loco citat. cum Sot.

6 QVÆST. *Suntne verba assignata forma huius sacramenti, ita certa, ut omnino eadem requirantur?* RES P. Quæstio est communis, cum reliquis sacramentis, de quibus cum me rogasti in genere, respondi verba formæ in omni sacramento non requiri quo ad sonum, & terminationem verborum, sed quo ad sensum. Itaque illa sola mutatio soni, & terminationis, quæ sensum mutat, mutat essentiam formæ. Gratissima mihi tamen fuit de hac re tunc tua interrogatio, propter euentum, qui mihi in transmontana contigit regione, dum parochialis Ecclesiæ Diu. Petri in oppido Torti Fluij curam agerem, antequam beneficium illud per resignationem dimitterem. Solebam perpetuo comitari Coadiutorem quendam, cum ad infirmos hoc sacramentum deferrebat, bis, & ter aduerti illum in proferenda forma propter similitudinem soni, & inscitiam latinitatis pro verbo, Dereliquisti, dicere Dereliquisti, cœpi mecum impensius cogitare, an ita proferret, attentius aduerti aures, ita proferre illum solitum comprehendere: rogavi hominem, an ita se res haberet, affirmavit, fateor, dolui vehementer, quoniã incidi in scrupulum non contemnendum, an omnia antea acta sacramenta extremæ huius vnctionis, & sæpe sapius necessitatis ad comparandam gratiam, & salutem, recte fierent: illa. n. mutatio ita est in sono, vt arbitrer esse etiam in sensu, suar. n. distinctissima verba, & deo si quis dicat;

dicat: Per istam sanctam unctionem, & suam misericordiam parcat tibi Deus, quidquid oculorum vitio dereliquisti: non faciet sacramentum. Ratio quia bona intentio sola ministri non facit sacramentum absque vera materia, & forma, ut manifestum est.

7 **QVAEST.** *Quae partes infirmi corporis sunt unctionis?*
RESP. Oculi, aures, nares, os, manus, pedes, renes, & pectus autem (si sit foemina propter honestatem) Ideo in proferenda forma notandum est verbum, paratque locco, oculorum, apponendum est, aurium, narium, oris, manuum, pedum, renum, vel pectoris.

8 **QVAEST.** *Quis est minister huius sacramenti?*
RESP. Solus sacerdos. Ita definit Concil. Tridentinum 14. capit. 1. can. 4. Erat iam definitum capit. 1. de sacra. 14. capit. presbyt. dist. 95. Concil. Cabilonensi capit. 19. Ita dunt Moderni Nauar. in man. capit. 22. numer. 12. Videri sum. numer. 220 Sot. in 4. d. 23. quaest. 2. art. 1. Hic sacerdos non quivis esse debet, sed parochus proprius. Ita D. Thom. in 4. d. 23. quaest. 2. art. 1. Bonau. quaest. 2. art. 1. Richar. & Scot. ibid. Sot. proximo citatus, Sylu. Armil. de & reliqui Summistae verb. unctio. Si vero alius sacerdos vngeret, teneret sacramentum, Veruntamen talis sacerdos manet excommunicatus Clem. 1. de privileg. cum aliisque Episcopi, vel parochi proprii licentia istud sacramentum ministrat contumaciter ijs repugnans. Controuertunt Doctores, an huiusmodi poenas incurret etiam in necessitate extrema infirmi, absente parochi, & alio sacerdote de licentia parochi apto ad illud ministrandum; cum scit parochum agere intrusionem, ut ita loquar, etiam in hac extrema necessitate latitum. Affirmat Sylu. unct. quaest. 4. cum D. Anton. quem refert Armil. num. 5. & verb. excomm. num. 49. Nau. cap. 22. numer. 12. Vict. num. 220. quos sequitur Viuald. tract. de unct. de minist. Negant tamen Atchid. & Ioan. And. cap. Si parochus ter. 26. quaest. 6. Innoc. & Hostiens. cap. omnis. de poenitent. & remis. Ang. verb. unct. casu. 12. num. 3. Caiet. cap. 6. Armil. num. 49. Sot. d. 3. quaest. 2. art. 1. Et sane crediderim sanctam matrem Ecclesiam pro sua pietate noluisse hanc sacerdotis contumaciam, demus sceleratam, damnari

pœnis, ne deterreatur à sacramento ministrando peropporuno, & sæpe necessario infirmo extreme indigenti. Quod si parochus hoc ministerium ægrè ferat, indignè feret, & irrationabiliter. Quis enim pastor erit, qui ægrè ferat ab inimico suo auxilium præstari suæ oui extreme indigenti, & periclitanti? Ita mihi suadeo, alij aliud iudicent, facile doctiorum iudicio adhæreo, & subsum.

9 QVÆST. *Quis est capax huius sacramenti?* R E S P. Homo infirmus, qui propter infirmitatem est in probabili mortis periculo. Hanc ob rem non datur damnatis ad mortem. Dandum tamen est senibus, qui absque infirmitate alia senio conficiuntur. Ita Viuald. cum Nauar. Dudum vulneratis, qui ob vulnera moriuntur. Ita Sor. in 4. d. 24. quest. 2. art. 2. Sylu. verb. vnct. quest. 5. D. Thom. & Palud. in 4. dist. 25. Flores Theolog. quest. de vnct. quest. 4. conclus. 1. Dandum infirmis, freneticis à quibus non timeatur irreuerentia erga sacramentum, si antequam in frenesim ceciderint, illud petierunt expresse vel tacite, aut si talis est freneticus, vt moraliter credatur, quod si meminisset, illud petijset. Oportet autem, vt non inciderit in amentiam dum esset in peccato mortali notorio, tunc enim incapax est alicuius sacramenti. Ita D. Thom. Sylu. Nau. quos refert, & sequitur Viuald. de vnct. Viguer. in instituta, ca. 16. §. 5. Dandum est infirmo, de cuius vita adhuc dubitatur, an viuus adhuc sit. Ita Nauar. in sum. ca. 22.

10 QVÆST. *Qui sunt effectus huius sacramenti?* R E S P. Duplex. Primus est gratia animam sanctificans, certa, & æqualis omnibus ex opere operato: Ideo grauius peccat, qui hoc sacramentum accipit in peccato mortali. Quia ponere obicem gratiæ est mortale. Datur autem in hoc sacramento gratia ad corroborandas potentias animæ, amouendamque imbecillitatem ex infirmitate ortam erga dæmonis præstigias, & spectra in illa vltima vitæ periodo grauius insultantia. Ita Nauar. cap. 22. Secundus effectus est salus corporis. Ita communiter Doctores. Colliguntur hi effectus ex verbis Dni. Iacobi capit. 5. ita asserentis, & præcipientis. *Infirmatur quis in vobis, inducât presbyteros Ecclesiæ, & orent super eum, ungentes eum oleo in nomine Domini, & oratio fidei saluabit infirmum.*

Medull. Casuum.

V n

mm:

num: & alienabit eum Dominus, & si in peccatis suis, alienentur ei.

11 QVÆST. Qua dispositione accedere debet quis ad hoc sacramentum? RESP. Cum attritione vera, putata contritione. Ratio est, quia hoc sacramentum est viuendum, ideo tenerur quis accedere in vita spirituali, saltem putata, alioqui grauer peccabit contra dignam dispositionem. Nam licet probabilissimum sit quoduis sacramentum conferre gratiam attrito vere, debet tamen accedens putare se esse contritum, præter quam accedendo ad sacramentum poenitentiae, ad quod, verum dicitur sufficit attritio, putata contritio. Ita Sot. in 4. dist. 23. q. 1. art. 1. Caiet. verb. contritio. Henriquez de sacramentis in generali capit. 22. Suar. tom. 1. 3. p. disput. 17. sect. 2. §. Sed opposita sunt.

12 QVÆST. Estne hoc sacramentum necessarium susceptioni? RESP. Peccat grauer, qui hoc sacramentum excommunicationis omittit ex contemptu: vel ex iniuria salutis æternæ suæ, vel aliorum suæ domus, familie, vel civitatis commissorum.

13 QVÆST. Qua decreuit Concil. Trident. de hoc sacramento session. 14. ? RESP. Plura. Nimirum esse verum sacramentum à Christo Domino institutum. Itaque reprobata sententia Magist. in 4. dist. 23. qui cum Hippone, & alijs asseruit fuisse institutum à Beato Iacobo, notat Sot. in 4. dist. 23. quest. 1. artic. 1. Esse sacramentum promulgatum à D. Iacobo. Conferre gratiam ex opere operato. Remittere peccata. Alleviare infirmos. Ita Sot. in 4. d. 23. qu. 1. art. 1. definit hoc sacramentum. Est sacramentum infirmorum ad salutem animæ, & corporis. Item definit ritum, quem circa illud observat Ecclesia quadrare sententiæ D. Iacobi. Non posse talem ritum mutari, aut contemni. D. Iacobum per presbyteros intelxisse solos sacerdotes Ecclesiæ, non vero levites populi, & ideo per solos Episcopos, & sacerdotes posse conferri. Damnat denique anathematis, qui oppositum huic dictis asseruerit.

(.)

DE SACRAMENTO

Ordinis.

CAPVT XI.

De Institutione, Definitione, & gradibus,
quibus constat sacramentum
Ordinis. §. I.

- 1 An Ordo sit Ecclesie Sacramentum.
- 2 Quo pacto definitur.
- 3 Quibus gradibus constat.
- 4 An prima tonsura sit gradus huius sacramenti.
- 5 An prima tonsura sit antiqua in Ecclesia.

1 **Q**VAESTIO. Estne Ordo Ecclesie Sacramentum à Christo Domino institutum? R E S P. Est sacramentum Nouæ legis à Christo Domino institutum, est de fide certum ex Conc. Flor. & Trid. sessi. 7. can. 1. & sessi. 23. & ca. 3.

2 **Q**VAEST. Quo pacto definitur? R E S P. Est signaculum, per quod spiritualis potestas circa Eucharistiæ in Missæ sacrificio tractationem Ordinato confertur. Ita Doctores communiter cum magistro in 4. d. 24. Signaculum idem est, atque signum sensibile.

3 **Q**VAEST. Quibus gradibus constat Ordinis sacramentum? R E S P. Septem: Ostiarij, Lectoris, Exorcistæ, Acoliti, Subdiaconi, Diaconi, Presbyteri. Sic enim appellantur his gradibus insigniti. Appellantur vero gradus per similitudinem, quia per eos, quasi per gradus ascenditur ad presbyteratus dignitatem. Primi quatuor horum graduum appellantur minores: reliqui appellantur maiores. capit. De eo de tempor. ordin. capit. A multis. de atat. & qualitat. ord. præsiciend. Appellantur etiam Concil. Trid. sessi. 23. ca. 11. can. 7. Ratio est, quia primi quatuor remotius

V u 2

ab Eu-

ab Eucharistia distant; reliqui propriis ad eam conueniendam accedunt. Tres item vltimi appellantur facti, qui habent continentiae votum annexum: quamuis aliquando Subdiaconatus gradus illo caruit, vt constat ex cap. *A. multus. de etat. & qualit. ord. p. r. sic. & ex ca. Nullus de stol. 21. dib.*

4 QVAEST. Nonne prima tonsura est gradus sacramenti Ordinis? RESP. Non quidem, sed praevia quaedam ad gradus dispositio requisita in ordinando, quae à Doctore iure merito appellatur quaedam ad Ordines introductio. Per eam tamen quisque ex laico fit clericus, vt docet Innocent. III. & habetur in cap. *Cum contingat de etat. & qualit. ord. p. r. sic.*

5 QVAEST. Estne antiquum in Ecclesia prius tonsuram assignare Ordinandos? RESP. Antiqua quidem: illius meminit D. Dionys. ca. 6. de Eccles. Hierarch. affirmatque similitudinem in crucis formam: fieri vero in coronae figuram iam ab Apostolorum temporibus, praecipue à D. Remo ostendit Rabanus li. 2. de instit. cleric. ca. 3. & Beda lib. 3. de gestis Anglorum. Dicitur vero tonsura, quia in ea certissima crines ordinando tondentur.

De officiis cuiuscunque gradus Ordinum. §. 2.

I Quod sit officium cuiusque gradus.

QVAESTIO. Dic quod est officium cuiusque gradus Ordinum? RESP. Ostiarii officium est Ecclesiam ostia aperire, & claudere, ibique praesidere. Infideles, haereticos, excommunicatos, quibus interesse factis non licet è limine arcere. Quae intra Ecclesiam sunt diligenter custodire, ne surripiantur. Cimbala ad vocandum populum pulsare. Ita Doctores cum Magist. in 4. distin. 24. Raban. libr. 1. de institut. cleric. capi. 12. Lectoris officium est Veteris Testamenti Lectiones clare, & distincte in Ecclesia coram populo legere. Rudimenta fidei Catechumenos docere. Exorcistae officium est manus super eorum, & Catechumenos exorcizando imponere. Ita habetur ca. *Prælectis. 25. distin.* ex D. Isidoro. Præterea admonere populum, vt recedant, & dent locum communicantibus. Aquam deinde fundere ad porandos communicatores

municatos post Eucharistiæ sumptionem, pro abluendo ore, & reliquijs sacris deglutiendis: est autem adeo proprium exorcistæ exorcizare, vt nullus, qui hoc gradu careat, possit exorcizare. Ita cautum est in Concil. Laodicensi *capit. 26.* & refertur *capit. Non oportet. 69. distinct.* Acoliti officium est lumen deferre cum Euangelium legitur. Ampullas cum aqua, & vino Subdiacono offerre. Sacrificio Missæ ministrare. Ita habet Romanum Pontificale. Subdiaconi officium est calicem, & patenam ad altare Christi deferre, & Diaconis tradere, eisque ministrare vireolum cum aqua. Aquam manibus præbere Episcopis, presbyteris, & Diaconis offerre lineum ad abstergendas manus. Ita D. Isidorus citatus, *cap. Praelectis 25. distinct.* Tradit Magist. sente. in 4. *distinct. 24.* Addit etiam Pontificale Romanum illius officium esse pallas altaris, & corporalis abluere. Diaconi officium est, sacerdotibus assistere, & ministrare in omnibus, quæ aguntur in sacramentis. Componere mensam Domini, atq; vestire altare. Crucem ferre. Prædicare Euangelium populo. Ita Isidorus relatus *cap. Praelectis 25. dist.* Sed de his latius Gratian. *ca. D. i. con. Ecclesia. d. 39.* Presbyteri officium docet Isidor. loco citato his verbis. *Ad presbyterum pertinet sacrificium corporis, & sanguinis Domini in altari Dei conficere. Orationes dicere, & benedicere dona Dei. Pertinet etiam ad presbyterum ministrare quatuor sacramenta, Baptismum, scilicet, Pœnitentiam, Eucharistiam, & Extremam unctionem. Tonsuratus non habet in Ecclesia proprium officium, sed tantum reputatur aptus ad suscipiendos ordines.* Ita D. Thom. in *Addit. qu. 40. ar. 2. cx D. Dionys. ca. 6. de eccles. Hierarch.*

An omnes hi septem gradus, seu septem Ordines, sint sacramentum Ordinis. §. 3.

I An omnes gradus sint partes sacramenti Ordinis.

QVÆSTIO. Habentne omnes hi Ordines tam minores, quam maiores rationem sacramenti suntne vnum sacramentum Ordinis? R E S P. Discrepans est admodum hac in re doctorum sententia. Durand. in 4. d. 24. *quæst. 2.* solum sacerdotium dicit esse sacramentum,

V u 3

reli-

reliquos vero Ordines appellat sacramentalia, hoc est ritus, & ceremonias ad digne accedendum illuc. Secutus est Caiet. *som. 1. Opusc.* cum ait Diaconatus gradum esse institutum humanum. Secutus est etiam Vitorius quo ad Ordines minores in *summ. numer. 209.* & de preteritate *ecclesiast. question. 3. prop. 4. Caietan. capit. Distinct. 1. distinct. Magister in 4. dist. 24.* dum asserunt minores ordines non fuisse in usu apud primitivam Ecclesiam extra Urbanum Papam, quem citat Gratian. *capit. Nullus Episc. 60. dist. tenet Castro de iust. har. pun. ca. 2. Socin. d. 24. qu. 1. art. 4. Nau. in sum. ca. 2. nu. 18. Mich. Medicina continentia sacerdot. lib. 1. cap. 17. & 45.* Dico tamen primum De fide est, Ordinem sacerdotij esse sacramentum Nouæ Legis. Ita omnium Catholicorum sensus, Dico secundum. Opinio Durand. adhuc non est ab Ecclesiastica. Ratio est, quia non extrat talis damnatio. Dico tertium. Usus horum septem graduum non est nouus, sed iam habebatur in tempore Apostolorum: Ita Clem. Papa lib. 1. *constit. D. Ignatius epist. ad Antiochen. D. Cyprian. lib. 1. cap. 5. & lib. 4. epist. 5. & lib. 5. epist. 14.* Cornel. Pap. *epist. ad Fabianum* vt refert Euseb. *lib. 6. histor. Ecclesi. ca. 33.* Fabian. Papa refert idem Euseb. *lib. 3. hist. ca. 23.* Conc. Laodiceense. *Carthag. 4. can. 2.* Dico quartum. Securius est in fide, et omnino probabilibus asserere non solum sacerdotum, sed reliquos sex Ordines esse sacramentum Nouæ Legis à Christo Domino institutum. Ita Diu. Thomas. *Dist. 1. quintum* Ex his ordinibus septem, & gradibus cohibetur vnum, idemque Ordinis sacramentum: quemadmodum ex duabus consecrationibus panis, ac vini conficitur vnum, idemque sacramentum Eucharistia. Ita omnes proxime citati Auctores,

De reliquis Ecclesiæ statibus, hoc est Episcopis, Archiepiscopis, Prælatibus, Patriarchis, Cardinalibus,
Papa. §. 4.

An Prælatia Ecclesiastica sint partes sacramentorum Ordinis.

2 Quomodo differant inter se.

3 Quantum extenditur cuiusque potestas Ordinis.

4 Quantum extenditur cuiusque potestas iurisdictionis.

5 Vnde Prælati Ecclesiastici acceperint distincta nomina.

6 De Cardinalibus.

7 Quod est Cardinalium munus in Ecclesia.

8 Cur Cardinales induantur purpura.

1 **Q**VAESTIO. Suntne hi gradus, seu status Ecclesie distincti Ordines ab Ordine Sacerdotij, ac proinde distincta Sacramenta Ordinis? RESP. Minime: sed est unum, idemque sacramentum (excipe Cardinalatum, ut ita dicam) perfectius in Papa, ac reliquis nominatis, imperfectius in simplici quovis sacerdote. Character enim, qui in sacerdotio, semel imprimitur, extenditur in reliquis, tum quo ad potestatem Ordinis, tum quo ad potestatem iurisdictionis. Ita Doctores communiter, & Div. Thom. in *Addit. question. 40. artic. 5.* & Anacletus Papa *epist. 1.* & D. Gregor. ut habetur *capit. Decretis. 21. dist.* Vtrum vero Episcopalis consecratio appellanda sit sacramentum, est quaestio de nomine, cum constet, quid dicendum sit de re. Negat quidem D. Thom. in *Addit. qua. 40. artic. 5.* Affirmant tamen Durand. in *4. dist. 24. quest. 6.* Gab. *qua. 1. art. 3. prop. 3.* Scot. *qua. unica. art. 2.* Pal. *quest. 7. num. 16.* Maior. *qu. 1. Palat. disp. 2.* Caiet. *tom. 1. opus. tract. 12.* Pet. Sot. *lect. 4. de sacr. Ord.* constat ex D. Paul. *1. Tim. 4. & 2. Tim. 1.*

2 **Q**VAEST. In quo differunt Papa, Patriarcha, Prælati, Archiepiscopi, Episcopi? RESP. Dico primum. In ordinis potestate omnes sunt æquales. Ideo nullum omnino actum Ordinis exercere valet Papa, quem quivis Episcopus valide exercere non possit. Ita cum communi Sot. in *4. dist. 24. qu. 2. art. 4.* Couar. *lib. 1. Resol. capit. 10. nu. 8.* Hanc ob rem quamvis aliæ sint atque aliæ externæ ceremoniæ iuxta maiorem, minoremve dignitatem, tamen essentialis

consecratio est eadem, vt videre est in Rituali Pontificio. Dico secundum. In potestate iurisdictionis valde, & multum differunt inter se.

3 QVÆST. *Ad quos actus extenditur potestas Ordinum Papa, & Episcopis supra simplices sacerdotes?* R E S P. Extenditur ad conferenda sacramenta Ordinis, & confirmationis. Ita Concil. Trid. sess. 25. ca. 4. can. 6. & 7. Hanc extensionem characteris excipiunt in ipsa essentiali consecratione iure diuino à Christo Domino instituto. In contrarium ex locis Conc. allatis, & ex Epiphani. lib. 3. de her. 75. D. Damasc. epist. 4. Concil. Antiochen. can. 10. Leto. Papa epist. 88.

4 QVÆST. *Ad quos actus extenditur potestas iurisdictionis in Papa supra reliquos Episcopos, & in Episcopis supra sacerdotes tantum?* R E S P. Ad ferendas censuras, ad distinguendos terminos Episcopatum, & parochiarum, ad delegandam potestatem Ordinis ad creandos Ecclesiasticos magistratus, & dignitates, & similia, quæ legum esset, & exorsum hic recensere. Papæ quidem potestas super vniuersum orbem, Reliquorum vero supra singulorum subditos tantum, vt iure optimo dicere possumus, quod alius cecinit. *Regum potestas in propriis populis. Reges in ipsos imperium est Iouis.* Hæc tamen omnia sunt intelligenda iuxta consuetudinem ab Ecclesia receptam, arctius, vel latius hanc iurisdictionis potestatem, aut minus, vel latius hanc iurisdictionis potestatem contrahentis, vel demittentis, quæ quidem consuetudo, cum locis, ac tempore sæpe mutetur, hic certo afferri nequit, sed oportet loco, ac tempori inseruire, ac parere.

5 QVÆST. *In quo differunt hæc dignitates?* R E S P. potestatis nomen solum, & hanc intensionem iurisdictionum, quæ quidem significatur ornamentorum numero, quibus in consecratione huiusmodi prælati insigniuntur. Appellata vero fuerunt hæc nomina ab ipso D. Petro, & reliquis Apostolis, cum similes prælatos in hac, vel illa ciuitate creabant, ad similitudinē gentilium. Nam cum gentes suos sacrificos appellarent, flamines, & archiflamines pro maiori, minori ve potestate cōcessa. Ita D. Petrus, & reliqui Apostoli in creandis sacerdotibus similia imponebant nomina. Ita tradit D. Clem. epist. 1. ad Iacobū refertur c. 10. illis 80. dist.

6 QVÆST.

6 QVAEST. *Quid censet de Cardinalium dignitate?* RESP. Dico primum. Cardinalium dignitas non est Ecclesiae ordo, à Christo Domino institutus. Sed est dignitas ex humano instituto creata. Hæc conclusio est contra Anchar. *lib. de potest. Eccles.* Tur rec. *lib. 1. de sum. Eccles. c. 80.* D. Ant. 3. *p. tit. 21. c. 1. §. 2.* Sylu. *verb. Card.* Eam tamen probat Sot. *in 4. d. 24. q. 2. art. 4.* Ledesm. 2. 4. *q. 41. a. 6.* Dico secundum. Vocabulum, Cardinales, antiquum est. Ita locutus est Sylu. Papa anno Domini 345, ut constat ex *cap. Presul. 2. qu. 5.* vbi Sum. Pontifex statuit, ut presbyter Cardinalis non deponatur, nisi conuictus à sexaginta quatuor testibus. Diaconus autem Cardinalis non nisi conuictus à viginti septē. Meminit huius nominis Pōtius Papa XII. post D. Petrum, ut patet ex eius vita anno Domini 231. Meminit Nicolaus XI. *cap. In nomine Domini 28. distin.* Dico tertium. Cardinalium dignitas olim multo minoris fuit æstimationis apud homines episcopali dignitate. Constat ex *cap. Presul. 2. qu. 2.* nunc vero infra summum Pontificem maior apud homines æstimatur. Ratio huius æstimationis est, quia ex ijs solis eligitur Papa. Et ij tantummodo in Papæ electione suffragantur. Ita statutum est *cap. Licet c. ap. Vbi periculum de elect.* qua de re Sylu. *verb. electio.*

7 QVAEST. *Quod est Cardinalium munus in Ecclesia?* RESP. Assistere Romano Pontifici, & Ecclesiae negotijs. Ita decreuit Conc. Lateranense sub Leone X. Adeo ut in gubernanda Ecclesia agnoscant multi Auctores vniorem identitatis. Ita agnouit Ioan. Andr. *cap. Requisisti.* Franc. *ca. 1. de offic. delegati.*

8 QVAEST. *Quid sibi vult eorum indumentum rubrum?* RESP. Significat defensionem fidei, quam iurant in sua creatione se fortiter defensores, etiam cum sanguinis, ac vitæ profusione. Quam ceremoniam decreuit Innoc. IV. in Conc. Lugdunens. anno Domini. 1243. Qua de re D. Anton. 3. *p. tit. 21. cap. 1. 2. 3.* Platina, *in vita eiusdem Pontificis Gabr. lib. 4. chronographi pag. 385.*

De materia, & forma Sacramenti
Ordinis. §. 5.

V u 5

I Quo

I Quæ est materia sacramenti Ordinis.

2 Quæ est illius forma.

QVAESTIO. Quæ est materia sacramenti Ordinis.
 RESP. Immerito dubitavit Victor. in sum. tractat.
 Ord. sac. num. 110. & Ledesm. 2. 4. q. 36. ar. 5. an in
 hoc sacramento sit vera materia, & vera forma. Affir-
 mandum tamen indubitanter est dari in hoc sacramen-
 to veram materiam, & formam. Ita Conc. Trid. sess. 14. c. 1.
 Conc. Floren. Dico igitur primum. Materia in sacerdotio
 est porrectio calicis cum vino, & porrectio patenæ cum
 pane. Ita Conc. Trid. & Flor. Hæc propositio ita certa est
 ex Conc. ut erroneum sit, & pene hereticum eam negare.
 Est præterea materia partialis sacerdotii impositio ma-
 nuum Episcopi super ordinatum: & ideo materia tota-
 lis huius Ordinis ex duabus partialiter constat. Non
 & affirmat Scot. in 4. d. 24. q. unica. Gab. q. 1. ar. 1. Minor.
 q. 1. Arm. ver. ordo n. 3. Panor. cap. finali. de sac. non. interdu.
 contra Syl. ordo 2. n. 4. Angel. n. 7. Sor. in 4. d. 24. q. 1. ar. 4.
 Probatut tamen conclusio ratione: Nam per impositio-
 nem manuum Episcopi confertur sacerdoti gratia, ut
 firmat D. Thom. in Add. q. 37. ar. 4. exponens illa verba
 Noli negligere gratiam. Quod aperte indicat D. Paulus
 & 2. Tim. 1. indicatque Concil. Trid. loco citato. Cum ergo
 non conferatur gratia sanctificans ex vi sacramenti, nisi
 per id, quod vel materiam, vel formam rationem habet, ma-
 nifeste colligitur hanc manuum impositionem esse par-
 tialem materiam huius sacramenti Ordinis. Materia
 Diaconatus est porrectio libri Evangeliorum. Non per-
 tinet vero ad hanc materiam impositio dexteræ super
 Diaconi caput. Materia subdiaconatus est calicis vacui
 cum patena vacua traditio. Non pertinet vero ad hanc
 materiam traditio libri Epistolarum. Materia gradus A-
 colitorum est traditio candelabri cum cereo extincto, &
 traditio vrceoli vacui. Dubitant Auctores, quæ harum
 duarum traditionum sit propria materia huius gradus.
 Richar. in 4. dist. 24. quest. 3. artic. 5. ait esse solam por-
 rectionem candelabri. D. Thom. in Add. quest. 37. art. 1. ad
 2. & Palud. in 4. d. 24. q. 3. ar. 3. ait esse solam porrectio-
 nem vrceoli. Dico tamen utramque porrectionem esse
 veram.

veram, & totalem materiam. Ita conc Carth. 4. Materia gradus Exorcistæ est traditio libri sacrarum lectionum. Ostiarij gradus materia est traditio clauium. Ita Doctores communiter, quam doctrinam colligunt ex Conc. Florentino.

2. *QVÆST. Quæ est forma sacramenti Ordinis?* *RESP.* Quoniam tot sunt formæ in hoc sacramento, quot materiæ, materiæ vero tot sunt, quot gradus, imo in Sacerdotio, & in gradu Acolitorum duplex est materia partialis, vt in superiori puncto dixi, multiplices item sunt formæ. Quoniam vero huiusmodi formæ habentur in Romano Pontificali, pertinentque ad Episcopos ministros solos huius sacramenti, ne grauemus lectorem superflua lectione, si tibi placet, iis recitandis superseceamus, sitque satis nostro instituto materias assignare, ex quarum ractione, quæ ad omnes ordinandos pertinet collatio huius sacramenti.

De actu, in quo fit huius sacramenti
collatio, & characteris im-
pressio. §. 6.

I. *In cuius rei actu consistit materia sacramenti Ordinis.*

1. *QVÆSTIO. Vnum rogo, ut dicas, in cuius rei actu collatio fit huius sacramenti, & impressio characteris?*
RESP. Vnum dicerem, & sufficeret. Collocatur in ractione materiæ porrectæ, sed vt res maneat clarior, repetam materiam in vnoquoque ordine porrectam. Ostiarij igitur character imprimitur in ractione clauium. Lectoris character in ractione libri sacrarum lectionum. Exorcistæ character in ractione candelabri cum cereo, & vrceoli vacui. Subdiaconi character imprimitur in ractione calicis vacui, & patenæ. Diaconi character in ractione libri Euangeliorum. Presbyteri character in ractione calicis in quo est vinum: & patenæ cum hostia: probabilius tamen est, vt necesse sit simul pa-

renam, & hostiam super positam attingere. Hoc magis
 pere attendendum, nisi enim supradictæ materiæ
 gantur, non suscipitur hoc sacramentum, nec fit in
 ho characteris.

De ministro, & effectu sacramenti Ordinis, insuper de dispositione, qua quis accedere debet ad illud. §. 7.

- 1 Quis est minister huius sacramenti.
- 2 Quis est effectus huius sacramenti.
- 3 De effectu gratiæ collatæ in sacerdotio: & præterea Ordinis.
- 4 De dispositione necessaria ad suscipiendum ordinis sacramentum.

1 **Q**UÆSTIO. Quis est minister huius sacramenti? R. Solus Episcopus. Ita Damasus Papa epist. 4. cum communi Ecclesiæ sensu.

2 **Q**UÆST. Quis est effectus huius sacramenti? R. Duplex. Primus gratia sanctificans, est certa ex communi doctrina sacramentorum, & est veritas inter catholicos sine controversia, Secundus, character. Ita omnes Doctores.

3 **Q**UÆST. Quoniam dixisti in sacerdotio duplicem esse materiam, duplicem etiam formam: ex vi autem sacramenti secundum certam doctrinam confertur gratia per unam tantum formam, & materiam. Rogo quos effectus habeat gratia in sacerdotij gradu per duplicem illam materiam, & formam? Rogo etiam an detur diuersa potestas ordinis? R. et sp. Datur noua gratia ad recte nouam potestatem administrandam. Itaque per calicis cum vino, & patenæ cum pane porrectionem datur potestas ad Christi corpus consecrandum. Per impositionem manuum datur potestas ad absolendum à peccatis. Et ideo si sacerdos cum sola prima materia, & forma ordinetur, solam habet potestatem ad corpus, & sanguinem consecrandum, non vero ad sacra-

mea.

mentaliter à peccatis absoluendum. Ita Sot. in 4. d. 24. q. 1. art. 4. Non tamen imprimuntur diuersi characteres, sed prior impressus extenditur ad maiorem potestatem.

Dubitant Auctores, an minoribus gradibus imprimatur character. Dico tamen. Securius est in fide, & omnino probabilius non solum in diaconatus ordinatione, sed etiam in primis quatuor gradibus conferri characterem. Hæc conclusio manifeste infertur ex superiori doctrina tradita, ubi ostendi securius esse in fide, & omnino probabilius asserere hos omnes gradus esse sacramentum Ordinis. Igitur nec de infusione gratiæ, nec de impressione characteris per hos gradus, modo quidem licet dubitare. Ita D. Thom. in *Add. q. 36. art. 4.* Palud. & Sot. *locis supra citatis.*

4. QVAEST. *Qua dispositione quis accedere tenetur sacramentum Ordinis suscipiendum?* R. E. SP. Tenetur accedere in gratia. Ratio est, quia per hos omnes gradus confertur gratia: accedere autem cum obice ad gratiam est peccatum graue; ergo qui accedit ad suscipiendum aliquem Ordinem, tenetur accedere in gratia. Dubitant vero nonnulli, an teneatur accedere ieiunus. Dico tamen non teneri ratione ipsius sacramenti quia de præcisa ratione sacramenti, non est, ut accedat quisquam ieiunus ad illud suscipiendum, ut patet in Baptismo, Confirmatione, Pœnitentia, Matrimonio; igitur si non obstat susceptio Eucharistiæ, quæ quidem præcipitur subdiaconis, diaconis, ac presbyteris: reliqui suscepturi alios ordines ieiunus accedere non tenentur.

DE HORIS CANONICIS, seu diurno officio sacerdotum.

CAPVT XII.

De definitione, & diuisione diuini officii. §. I.

1 Quo

- 1 Quo pacto definitur diuinum officium.
- 2 In quot partes, seu horas diuiditur diuinum officium.
- 3 Quid significant septem horae diuini officij.

1 **Q**VAESTIO. Quo pacto defini potest diuinum officium? R E S P. Est laus Dei vocabiliter expressa per ecclesiam decreta. Ita Tolet. in sum. lib. 1. cap. 10. nu. 1. cum communi.

2 **Q**VAEST. In quot partes diuiditur huiusmodi officij horas vocat? R E S P. In septem. Matutinam, Primam, Tertiam, Sextam, Nonam, Vesperam, Completam. Immo, quae est Ecclesia tora, regij Vatis morem laudandi. Deum ipso teste: *septies in die laudem dixi Deo.* Ab horis à matutino separantes totum officium in octo partes distribuunt, aiuntque Ecclesiam imitam fuisse Iherosolymitam, qui post liberationem à captiuitate Babylonica conuertit, vt octies Deus laudaretur, quater in nocte, & quater in die. Ita lib. 1. cap. 9.

3 **Q**VAEST. Quid significant ha septem diuini officij horas? R E S P. Varia Christi passionis tempora, quae quidem in versibus continentur.

*Matutina ligat Christum, qui crimina purgat.
Prima replet spiritibus: Dat causam Tertia mortis.
Sexta cruci necit. Latus eius Nona bipertit.
Vespera deponit. Tumulo Completa reponit.*

Ita communiter Doctores omnes.

De iis, qui tenentur recitare diuinum officium. §. 2.

- 1 Qui tenentur recitare diuinum officium.
- 2 Quid intelligitur nomine Ecclesiastici beneficii, inducendam recitandi obligationem.
- 3 An teneatur religiosus receptus in religionem ad mundana officia, ordinatus absque licentia praelati.

4. An teneantur excommunicati, suspensi, interdicti, depositi, degradati ab ordinibus.
5. An teneatur beneficiatus, qui non habet pacificam beneficii possessionem.
6. An teneatur beneficiatus qui causa studiorum in academijs versatur.
7. An teneatur recitare cras, qui hodie non recitavit diuinum officium.

QVAESTIO. Qui tenentur recitare diuinum officium? RESP. Tenentur in primis Subdiaconus, Diaconus, & Sacerdos ratione solius accepti ordinis. Ita cap. *Volentes de celeb. mis.* Deinde tenentur omnes, qui habent beneficium ecclesiasticum cum ratione solius beneficii Ita d. 42. *Can. fin.* & teneat Panorm. in c. *Volentes de celeb. mis. nu. 4.* Tenentur praeterea Religiosi, licet non sint sacris initiati, si sint choro deputati. Nostrates vocant, choristas. Non est circa hoc textus, ut notant *Sot. lib. 10. Iust. qu. 5. art. 3.* & *Tolet. lib. 2. c. 12. nu. 7.* Obtinuit tamen consuetudo (quae inueterate legis habet vim) ut docet communis opinio. Ita *Syl. hora 9. 2. D. Art. 3. p. tit. 13. c. 4.* *Sot. citatus, cum Tol. & Nauar. de orat. c. 7. nu. 2. & 5.* Ideo non tenentur religiosi conuersi, qui ad domestica officia recepti sunt in religionem; nec item uouitij. Ita *Toler. proxime,* & *D. Antonin. 3. p. tit. 13. cap. 4.* *Roder. in sum. c. 140. num. 10.* Tenentur etiam Moniales. Non est textus, sicut nec de Religiosis, ira tamen obtinuit consuetudo, & docet communis sententia, ut prob. *Nau. de orat. c. 7. nu. 2. & 5. arg. c. 1. de celebr. mis. & c. fin. 29.* & cum *D. Anton.*

2. QVAEST. Quid intelligitur nomine ecclesiastici beneficii? RESP. Quicumque redditus ecclesiastici, qui non nisi clerico dari possunt. Et ideo qui habent redditus ecclesiasticos, qui etiam saecularibus conceduntur, non tenentur recitare diuinum officium. Ita omnes Doctores.

3. QVAEST. Suscepit ordinem sacrum absque licentia sui praelati religiosus professus receptus in domum ad domestica officia

offic

officia, teneantur postea horas recitare? R E S P. Minime, nisi in pœnam talis inobedienciæ præcepit Leo Papa. L. v. minime recitare permittatur, sed cogatur laborare etiam quidem priuatus clericali dignitate. Ita adnotat Rodol. cap. 140. sum. num. 3.

4 QVÆST. Teneanturne recitare diuinum officium excommunicati, suspensi interdicti, depositi, & degradati ab ecclesiâ? R E S P. Tenentur. Ratio est, quia tales priuantur honoribus, non oneribus, recitatio vero est onus, non honor. Neque in hoc illis debet suum crimine partocinari. Ita lex. in capit. presbyterum 28. dist. Nau. in sum. cap. 7. numer. 17.

5 QVÆST. Teneanturne recitare officium beneficiorum qui non habet pacificam beneficij possessionem? R E S P. Minime. Ita Nauar. lib. 3. consil. titul. de celeb. m. consil. 14.

6 QVÆST. Quid censes de beneficiatis, qui causa futurum in academijs versantur? R E S P. Tenentur recitare. Ita Monoch lib. 2. quem refert Emaniel citato loco capit. 145.

7 QVÆST. Qui officium totum, aut partem officij non recitauit, teneanturne illud cras recitare? R E S P. Minime. Ita Innocent. cap. 1. de celeb. m. Syluest. hora. §. 17. & in rufus obtinuit, quia officium est onus diei, ut est ieiunium, & ideo dies transit cum suo onere, vel, ut proprius loquar, onus transit cum suo die.

De qualitate officij. §. 3.

i An qualitas officij obliget sub mortali.

i QVÆSTIO. Obligatne qualitas officij sub mortali? R E S P. Minime. Ita Sylu. hora. §. 1. & 2. Caeteran. in cap. 2. Armil. §. 7. Imo aiunt ex consuetudine obligare ex sola decentia, non sub peccato. Crediderim tamen veram esse Toleri sententiam circa eos, qui scilicet omittunt qualitatem officij præscripti, exultant enim tales peccare mortaliter. Ita lib. 2. cap. 13. Vera igitur est prior sententia circa eos, qui inaduertenter se gesserunt in huiusmodi mutatione, ut qui recitaturus de sancto, recit-

recitavit de feria, vel è contra. Satisque est suppleri defectum, si potest, vt repetendo inuitatorium. &c.

Quo tempore est recitandum diuinum officium. §. 4.

1 Quo tempore tenemur recitare diuinum officium.

2 An tempore quadragesimæ recitanda sit vespera ante prandium.

3 Quando satisficit precepto recitandi.

4 An melius sit antepone, quam postponere.

1 QVAESTIO. Quod est proprium tempus ad recitandum diuinum officium? RESP. Proprium horarum tempus, ita assignant Doctores. A solis occasu vsque ortum matutinis: potestque matutinum dici noctu, & laudes iam orto sole. Imo Nau. quem affert Roderic. in sum. cap. 142. ita faciendum consulit ad acquirendam deuotionem. Prima recitetur post ortum solem, Tertia, Sexta, & Nona, ante prandium, Vespera post meridiem, Completa prope noctem.

2 QVAEST. Tempore quadragesimæ, quando sunt recitanda vespera & completa? RESP. Ante prandium tam in choro, quam in particulari. Non est tamen peccatum mortale illas priuatim recitare post prandium. Ita Sylu. ver. hora §. 10. Est tamen veniale, cum sit sine caua, iuxta Tolet. lib. 2. c. 13.

3 QVAEST. Quando satisficit quis precepto recitandi, licet non seruet peculiare tempus horarum? RESP. Qui à solis occasu huius ferix secundæ, vsque ad mediam noctem ferix tertix recitat officium, satisficit officium ferix tertix & sic dicendum de alijs diebus. Ita omnes.

4 QVAEST. Estne melius postponere, aut antepone, hoc est recitare horas ante earum tempus adueniens, an post illud transactum, verbigratia primam ante solis ortum, an post solis occasum? RESP. Antepone. Ita omnes. Tolet. lib. 2. cap. 33. Nau. de orat. cap. 3. nu. 45. Roderic. in sum. cap. 141. num. 4.

Medull. Casuum.

Xx

De

De loco in quo recitandum est diuinum officium. §. 5.

- 1 In quo loco est recitandum diuinum officium.
- 2 An Canonici lucrentur distributiones recitandi, & non in choro.

1 **Q**VAESTIO. In quo loco recitandum est diuinum officium? **R**ESP. Officium publicum in Ecclesia loco determinato: priuatum vero, vbique, et modo quiete, & decenter recitari possit.

2 **Q**VAEST. Canonici, qui choro tantummodo adsumuntur, mi horas recitant, faciuntne fructus sui canonice? **R**ESP. Minime, loquendo de distributionibus. Ratio est, quia distributiones non dantur propter solam assistentiam in choro, sed propter recitationem in choro. Ita Medicus sum. fol. 15. Instruct. 2. p. cap. 95. Nau. lib. 3. consil. in. de iur. mis. Roder. in sum. cap. 145. num. 5. & alii. Et ideo tenentur ad earum restitutionem, iuxta eosdem Doctores.

De modo, quo recitandum est diuinum officium. §. 6.

- 1 Quomodo est recitandum diuinum officium.
- 2 An satisfaciat, qui recitat cum socio balbutiente.
- 3 An satisfaciat, qui recitat in choro summissa voce.
- 4 An satisfaciat, qui recitat, & simul audit sacra ex praecepto.
- 5 Qua orationis recitatione suppleantur defectus recitando diuino officio, commissi.

1 **Q**VAESTIO. Quomodo recitandum est diuinum officium? **R**ESP. Attente, reuerenter, deuote, et intente in primis ad verba, vt illa recitans exprimat, & audiat, licet non percipiat sensum, sciens se esse contentam Deo, & Angelos habere socios. Sufficit autem

tentio virtualis, qua quis voluit in initio vacare Deo, licet actualiter per inaduertentiam distrahatur. Ita Nauar. in man. cap. 25. numer. 104.

2 QVÆST. Recitat quis cum socio balbutiente propter lingua impedimentum, ita vt non bene pronunciet, satisfacitne præcepto recitandi attente R E S P. Satisfacit: imo malefacit, si interturbet, postulando, vt iterum repetat, & pronunciet. Ita Roderic. in sum. ca. 141. num. 1.

3 QVÆST. Recitat quis in choro, sed tam summissa voce, vt non solum non audiat ab alia parte chori, sed vix à vicinis, satisfacitne præcepto? R E S P. Satisfacit. Ita Roderic. in sum. cap. 142. num. 2. Contra Caier. in sum. & Nauar. de orat. cap. 19. num. 81.

4 QVÆST. Possunne satisfacere præceptis recitandi officium, & audiendi sacrum, recitâdo & audiendo sacro? R E S P. Potest. Ita Tolet. lib. 2. cap. 13. Quoniam ista duo ad eundem ordinantur finem, nempe ad vacandum rebus diuinis.

5 QVÆST. Tene sine memoria aliquam orationem, per quam suppleantur defectus in recitando negligenter commissi? R E S P. Teneo equidem subsequenter: eam refert Nau. cap. Quando de consecr. disp. 1. not. 19. Tolet. lib. 2. cap. 13. Ex gratia Leonis Papæ. Sacrosanctæ, & indiuiduæ Trinitati, crucifixi I E S V Christi Domini Nostri Humanitati, & Beatissima, ac Gloriosissima Virgini Maria fecunditati, & omnium sanctorum vniuersitati sit sempiterna laus, honor, virtus, & gloria ab omni creaturâ, nobis que remissio peccatorum in infinita sacula sæculorum, Amen.

Verl. Beata viscera Mariæ Virginis quæ portauerunt æterni Patris filium.

Resp. Et Beata ubera, quæ lactauerunt Christum Dominum.

Pater noster. Aue Maria &c.

De causis excusantibus à recitando diuino officio §. 7.

- 1 Quæ causæ excusant à recitando diuino officio.
- 2 Qui ex causa constitit in recitando diuino officio cū socio, satisfacitne si causa cessante persequi-

X x 2

517

tur cum socio, recitaturus postea solus partem
missam.

3 Quæ est pars notabilis diuini officij.

4 An satisfaciatur canonicus, qui dum alij recitant
quæ necessaria sunt, ministrat.

5 Quod est peccatum verba sacra diuini officij dimittere.

QUÆSTIO. Quæ causa excusant à recitando diuino officio? RESP. Multiplices. Atque in primis agendo, quam notabiliter offendit, & aggrauat recitatio. Ita Innoc. & Hostiens. in cap. 1. de celeb. miss. Pen. in 4. dist. 15. artic. 2. Nauar. cap. 25. numer. 60. Deinde occupatio vrgens circa negotium publicum, quam notabiliter impediret officij recitatio, qualis est prædicatorum, vel lectio, vel defensio conclusionum publice habenda. Ita Sylu. ver. hora. §. 18. Gandau. quodl. 15. quest. 12. Martini in 4. dist. 12. quest. 6. col. 4. Tertio, Excusat etiam occupatio vrgens circa negotium priuatum, cui quidem non subueniam, si recitem, qualis est occupatio circa litem de re graui: vel circa viam celeriter agendam pro captanda possessione prædij, vel beneficij, &c. Ita omnes. Quarto, Custodia infirmi grauiter periclitantis: vel recursio ad rixam dirimendam, ne rixantes grauius ledantur. Ita Tolet. lib. 2. c. 14. Ratio est manifesta, quia nemur ex charitate subuenire proximo periclitanti: leges autem humanæ charitati seruiunt, non contradicunt. Quinto, Excusat tenuitas beneficij, qualis est octo ducatorum. Ita Sorus lib. 10. iust. quest. 3. art. 3. Ratio est, quia nemo tenetur ad tantum onus pro tam exiguo stipendio. Oppositum tenet Tolet. proxime, & Gloss. can. Clericus. 91. d. & Sylu. ver. hora §. 3. Vtraque opinio in vero sensu recipienda, & recipitur communiter ab omnibus. Soti quidem sententia circa totum officium, nimirum non teneri talem beneficiatum recitare totum officium. Toleti vero Gloss. & Sylu. circa partem teneri, scilicet talem beneficiatum recitare aliquam partem officij, pro maiori minoriue stipendij quantitate. Quæ ve-

ro pars recitanda sit, arbitrio prudentis, & timorati viri relinquatur.

2 QVÆST. Recitat quis cum socio, inter recitandum euenit iussis, vel accedit amicus, cum quo oportet loqui, socius progreditur notabiliter ulterius: potestne deinceps persequi cum socio officium, recitaturus postea omissam partem? RESP. Potest. Ita Nau. in man. cap. 25. n. 89.

3 QVÆST. Quam indicant Doctores partem notabilem diuini officij? RESP. Dimidiam partem vnius horæ: non vero partem vnius Psalmi, Ita Roderic. cap. 140. num. 17. Non quidem expresse, sed tacite: ait enim non peccare mortaliter, qui omittit partem Psalmi ex paruitate materia: paruitas autem materia excusat à mortali, vt tenet D Thom. 2. 2. quest. 59. art. 4. Nau. cap. Inter verba. 1. q. 3. & in man. cap. 11. num. 4.

4 QVÆST. Satisfacitne præcepto, qui peragit ea, qua conducunt ad officium, vt qui thure perfundit altare, qui pulsat organa, & quid simile? RESP. Satisfacit. Ita Roderic. in sum. cap. 142. num. 2. Et iam quid simile dixi in præcepto de audiendo sacro.

5 QVÆST. Qui interrumpit officium, teneturne iterum denuo incipere? RESP. Quanquam interruptio sit magni spatij, factaque sit etiam absque causa, nõ est necesse iam recitata reciperere, & incipere ab initio. Ita Aragon. 2. 2. quest. 83. artic. 12. Roder. in sum. cap. 141. numer. 3. & alii.

6 QVÆST. Quod crit peccatum ob solam negligentiam multoties syllabas contrahere, dictiones deglutire, & suos versus incipere, antequam socius finiat? RESP. Mortale. Ita Nau. cap. 25. num. 98. quia notabiliter minuit officium, & interturbat deuotionem.

De restitutione fructuum beneficiati; qui non recitat officium diuinum. §. 8.

1 Qui beneficiatus tenetur restituere fructus, quia non recitauit.

2 De quantitate fructuum restituendorum.

Xx 3

3 Cui

3 Cui facienda est talium fructuum restitutio.

1 QVÆSTIO. *Hac de re iam te rogavi ad septimum præceptum Decalogi, nunc quæro an quis postea tibi currerit?* R E S P. Duo sane notatu dignissima tibi ibi non memini. Primum Decretum Concilii Lateranensis sub Leone *sess. 9. §. Statuimus* his verbis. *Nullus in sex menses primos beneficii habitus, tenetur ad restitutionem fructuum quamvis non recitet* Quem textum ita exposcit Toletus *lib. 2. cap. 12. numer. 5.* Confertur alicui aliquod beneficium quodcumque sit sub titulo clericali, si non recitat per sex menses primos, mortaliter quidem peccat, ad nullam tamen obligatur restitutionem. Secundum. Qui transiit per sex menses post beneficium habitum non recitat tenetur ad restitutionem fructuum perceptorum. Ita Navarrus *in man. cap. 5. numer. 122.* Tabien. *benef. 11. & alii omnes.*

2 QVÆST. *Circa quantitatem fructuum restituendum, quid novi occurrat?* R E S P. Non esse omnes restituendos, quia non dantur propter solam officii recitationem, sed etiam pro aliis ministeriis Ecclesiæ, ut curam concedunt, & quamvis circa quantitatem tota sententia, quot capita, optima videtur opinio Toletus *lib. 2. cap. 12. numer. 9.* Pro toto omisso officio restituendam tamen partem fructuum illi diei respondentium.

3 QVÆST. *Cui facienda est talis restitutio?* R E S P. De fabrica Ecclesiæ à qua recipit fructus. Ita Concilium Lateranense citatum. Aut pauperibus. Ita declaravit Pius V. in Constitutione. Si vero beneficiarius pauper est, potest sibi, ut ilij pauperes partem accipere, dummodo id non sit in occasione non recitandi. Ita Toletus *lib. 2. cap. 12. numer. 10.* cum Navarrus *in man. cap. 25. n. 122.*

DE BENEFICIIS. CAPVT XIII.

De beneficii definitione. §. I.

1 Quod est beneficium ecclesiasticum.

1 QVÆSTIO

QVAESTIO. Non erit abs re hoc in loco benefici-
rum materiam apponere, ut ex ipsa tractationis serie
manifeste deducitur. Rogo igitur quid est beneficium
ecclesiasticum? **R**ESP. Est ius percipiendi fructus ex bonis
Deo dicatis, clerico propter diuinum officium compe-
tens. Ita apposite admodum definiuit Tolet. *l. 5. c. 76. n. 1.*
Pro diuino vero officio intelligitur non solum diuina
horarum recitatio, sed etiam missae sacrificium, & sacro-
rum administratio.

De eo qui potest conferre bene-
ficiū. §. 2.

- 1 Quis potest conferre beneficium.
- 2 Quid est conferre beneficium, resignare, praesentare,
& eligere.

QVAESTIO. Quis potest conferre beneficium? **R**ESP.
In primis Papa omnia beneficia totius orbis. De-
inde ex iure communi Episcopus beneficia sui E-
piscopatus, nisi sit statutum aliquod contrarium, vel im-
memorabilis consuetudo patronatus. Tertio capitulum
cum Episcopus est suspensus à collatione beneficiorum:
aut excommunicatus *ca. Tanta de excess. pralat.* Atque et-
iam sede vacante. Circa quem euentum non seruat
modo ius commune, ex quo solummodo potest confer-
re beneficia, quae sine eo Episcopus non conferebat, non
vero ea, quae solus poterat conferre: sed haec consuetudo
est antiquata, quia Episcopus ad conferenda beneficia
modo Capitulum nõ consulit, sed omnia per se confert.
Quamobrem videnda sunt specialia priuilegia, quae af-
ferre non est nostri instituti. Ita Tolerus. *loco citato.*

QVAEST. Quid est conferre beneficium, resignare, praesentare,
& eligere? **R**ESP. Conferre est dare ipsum ius, & ti-
tulum exigendi fructus, & potestatem exercendi offi-
cium. Resignare, est determinare aliquam personam,
cui beneficium conferatur. Potest vero resignare, qui
habet beneficium, & vult illud in alium transferre.
Praesentare, est aliquem offerre ordinario, ut
certum beneficium illi conferat, ad quam praesen-
tatio.

rationem, & postulationem habent à Papa faciendam minime negandam, qui fruuntur iure patronatus ecclesiasticæ, seu sæculares personæ sint. Eligere, est enim eis unum offerre prælato, cui beneficium certum constituitur ex facultate Papæ minime negandum. Hoc olim erat frequentissimum, solebat enim populus capitulum eligere, modo tamen ferme abolitum.

Cui est conferendum beneficium. §. 3.

- 1 Cui est conferendum beneficium.
- 2 Quid faciendum curatis illiteratis post collationem beneficij.
- 3 Quis censendus est talis illiteratus.
- 4 Quod peccatum est conferre beneficium indigno.
- 5 Quas condiciones habere debeat dignus ad beneficium.

QUÆSTIO. Cui est conferendum beneficium? **R**ESP. In primis conferendum est digno. Dignitas autem consistit in tribus. In bonitate scilicet morum, in scientia, saltem earum rerum, quæ ad suum officium spectant. Et præterea in aptitudine ad exercendum suum munus. Qui enim bonus, & doctus est, tamen nescit exercere suum munus, vel non potest præ aliis occupationibus, vel quia non est datus praxi, & exercitio exteriori, tunc indignus censetur. Ita Maiolus de irregularitatibus 32. numer. 13. Roderic. cap. 29. sum. num. prim. & Tolet. libro 5. cap. 78.

2 **Q**UÆST. Quid faciendum Curatis illiteratis post collationem beneficiorum? **R**ESP. Non sunt removendi à beneficio, sed iuvandi socio literato. Ita decrevit Conc. Trid. sess. 21. cap. 6.

3 **Q**UÆST. Quis censendus est illiteratus? **R**ESP. Ille qui nec linguam latinam mediocriter caller. Ita Roderic. de sum. cap. 29. num. 5.

4 **Q**UÆST.

4 QVÆST. Quod peccatum est conferre beneficium indigno? RESP. Mortale, teneturque conferens ad restitutionem damnorum. Ita Angel. *restitutio. Nau. de script. capit. 2. except. 11. Lupus in capit. per vestras. capit. 26. numer. 11. Tolet. lib. 5. capit. 78. Incurritque pœnas iuris, quas memorat Rebuffus in pract. benefic. de pœnitent. contra collatores.*

5 QVÆST. Præter hanc personam dignitatem, qua consistit in illis tribus, scientia nempe, bonitate, & aptitudine exercendi officium suum, qua præterea conditiones requiruntur à iure? RESP. Plures. Prima, ut sit clericus saltem primæ tonsuræ. Ita Toletus *lib. 5. cap. 89. Secunda, ut sit ex legitimo matrimonio procreatus. Ita Tolet. proxime. Tertia, ut sit legitima ætatis. Cum in cunctis de elect. Ætas autem ad episcopatum, determinatus trigessimus annus inceptus; ad curatum, vigesimus quintus inceptus. cap. Cum in cunctis, citæ. ad beneficia simplicia, decimus quartus ex Con. Trident. sessi. 23. cap. 6. Quarta, ut nullo sit inhabilis iuris impedimento, qualis est irregularitas, vel excommunicatio, aliave censura ecclesiastica. Ita Tolet. proxima. Quinta, ut non habeat aliud beneficium: sed de beneficiorum pluritate velim, ut me postea interroges.*

De collatione beneficiorum ipso iure nulla. §. 4.

- 1 Quæ collatio beneficij est ipso iure nulla.
- 2 De postulatione beneficij ab eo, qui non habet legitimam ætatem.
- 3 An sint incapaces beneficij Ecclesiastici filij Iudæorum, & Saracenorum baptizati infantes.

1 QVÆSTIO. Quæ collatio beneficij est ipso iure nulla? RESP. Dico primum. Collatio facta illiterato. Ita Nau. *de re script. capit. 2. except. 11. Salzed. in pract. crim. capit. 25. pag. 63. colum. 1. Rebuff. de pacif. possession. numer. 203. Dico secundum. Collatio facta illegitimis. Ita Toletus lib. 5. cap. 8. Notandum præterea est non posse conferri pensiones filijs presbyterorum super beneficijs,*

quæ fuerunt suorum parentum. Ita decrevit Concilium
 Trident. *session. 24. capit. 15.* Hinc colliges posse colligi
 filijs filiorum, hoc est nepotibus. Ita adnotavit Rodri-
 gus *in sum. capit. 29. num. 4.* Ratio est, quia hæc lex est par-
 tis, & ideo non extendenda nisi ad personas nominatas.
 Lex vero loquitur tantum de filijs, non de nepotibus, et
 ergo nepotes non intelligendi sunt. Ita Gloss. *in capit. 1. de
 & cap. Apostol. can. 8. quest. 1. Bellarm. num. 3. Præpositi
 dem. num. 2. Guevar. lib. 7. de potestat. legat. num. 33.* & com-
 munitè Doctores in materia de legibus, cum agunt de
 lege pæn. Intelligenda deinde est Concilij pænna circa
 beneficia, quorum Ecclesijs presbyteri parentes sunt
 runt personaliter. Ita adnotavit Emanuel. *in sum. capit.
 29. numer. 4. ex Rebuffo de dispensat. sup. defect. num. 27.*
 Non deinde intelligenda de filijs presbyterorum,
 quos susceperunt coniugati ex legitima copula, ut
 quam presbyteri fierent. Ita observatur in præmissis
 Rebuffum citatum *part. 4. num. 2.* Hinc colligitur idem Re-
 buffus posse parentes clericos succedere beneficijs filio-
 rum, quia id nec à Concilio, nec ab alio iure proba-
 betur. Dico *tertium.* Est ipso iure nulla collatio facta
 communicato maiori excommunicatione, etiam igno-
 ranti eandem excommunicationem. Ita Navar. *in ma-
 cap. 17. num. 271. Couar. capit. Alma mater. 2. p. 5. 7. num. 271.*
 Ratio est, quia ignorantia non facit habilem, quem
 inhabilem reddiderunt. Propter hoc in literis apostoli-
 cis collationis absoluitur collatus ab omni censure ec-
 clesiastica. Adnotavit Staphilæus *de lit. Grat. fol. 82. Gue-
 de pension. quest. 14. Rebuff. in concord. tit. de excommuni-
 non evitand. Navar. in man. capit. vigesimo septimo. num.
 271. Dixi (maiori excommunicatione) quia minoris
 communicatione ignorata, tenet in foro poli collatio,
 licet in exteriori irritari possit. Ita Henriquez. *tom. 2. lib.
 13. de excommunic. capit. 2. §. 3.* Dico *quartum.* Est ipso iure
 nulla collatio facta irregulari, etiam occulto. Ita omnes
 Doctores. Satis tamen est, si occulte post collationem
 petat dispensationem irregularitatis, ad fruendum be-
 neficio sibi inhabili propter irregularitatem collato. Ita
 Navar. & Henriquez quos refert, & sequitur Rodri-
 gus *in sum. ca. 29. num. 6.* Dico *quintum.* Est ipso iure nulla colla-*

tio beneficij facta non habenti aetatem legitimam, iuxta Conc. Trid. supra citatum. Peccatq; mortaliter Episcopus taliter conferens, agens contra legem Concilii in qua Episcopus nequit dispensare. Ita Eman. cap. 20.

2 QVÆST. Duo adhuc te rogabo de hac re. Primum. Postulata est à Papa collatio per non habentem legitimam aetatem, seu anim facta fuit postulatio, & literæ accesserunt, legitima facta fuit, & literæ accesserunt, legitima facta fuit, ut qui dum non habet viginti quinque annos, postulat beneficium curatum, qui quidem inceperunt inter postulandum, & literas accedendum, estne bona collatio? RESP. Maxime. Ita Nau. lib. 3. Constit. de temp. ordin. cons. 43. quæ refert, & sequitur Roder. in sum. ca. o. nu. 1.

3 QVÆST. Secundum rogo. Suntne incapaces beneficiorum procreati ex Iudæis, aut Sarracenis, baptizati tamen infantes? RESP. Minime. Ita Couar. in Clem. Si furiosus 1. p. §. 2. quia non est textus, nec ratio oppositum suadens.

De ijs, ad quæ tenetur beneficiatus post collatum beneficium. §. 5.

- 1 Ad quid tenetur beneficiatus post collatum beneficium.
- 2 Ad quid tenetur, qui suscepit beneficium curatum sine animo suscipiendi ordinem sacerdotij intra annum.
- 3 An dispensare possit Episcopus cum tali, ne intra annum sacerdos fiat.
- 4 De eo, qui suscepit beneficium curatum animo se ordinandi, vel non ordinandi, iuxta occurrentem meliorem occasionem status

1 QVÆSTIO. Ad quid tenetur beneficiatus post collatum beneficium? RESP. Qui intra annum à collatione beneficii curati sacerdotio non initiatur, ipso iure beneficio priuatur. Ita statuitur can. de elect. libr. 6. probatque Rebuff. in pract. benef. de promotis intra annum. Et ideo intra annum à collatione beneficii curati, tenetur beneficiatus sacerdotij ordinem suscipere, quem

NON

si non suscipit, amittit ipso iure deinceps fructus, et
 rurque illos restituere. Ita Nauarr. *in man. capit. 2. num.*
 117. & *de orat. cap. 22. numer. 49.* Est autem super hoc Ca-
 dinalium declaratio maximopere notanda, quam affert
 Salzed. *in pract. crim. cap. 5. 2. p. pag. 142.* Verba autem Ca-
 dinalium sunt hæc. *Pena canonis prescripta est, quæ
 annum sacerdotium non susceperint, non habet locum in
 etore, qui intra annum à die susceptæ possessionis facia-
 intra tempus comparuit, & se promoueri petijt, asserens, quæ
 tum in eo est, se paratum ad suscipiendum sacerdotium
 ordinarius noluit eum propter illiteraturam, vel aliam causam
 promouere.*

2 QVÆST. Qui beneficium curatum suscipit sine animo
 intra annum sacerdotium suscipiendi, ad quid tenetur? Res p.
 Ad fructus perceptos restituendum. Ita aperte colligitur
 ex can. Concl. Trident. citati, vt notat Eman. *in sum.
 capit. 30 numer. 3.* & habetur *capit. Commissum. 3. 150.
 rum. de election.* Si tamen animum mutet, & intra annum
 ordinetur, nil restituere tenetur, iuxta eoldem ho-
 ctiores.

3 QVÆST. Potestne Episcopus dispensare cum beneficiis
 beneficij curati, ne intra annum suscipiat ordines? Res p.
 talis beneficiatus studiorum causa versetur in schola,
 potest Episcopus cum eo dispensare, ne intra primos le-
 rem annos suscipiat talem ordinem, dummodo intra
 primum annum fiat subdiaconus. Ita decernitur *cap. Con-
 eo. de elect. lib. 6. notatq; Sylu. beneficium. 3. qu. 2. & Roderic.
 in sum. ca. 30 num. 4.*

4 QVÆST. Habet quis animum suscipiendi ordines intra
 annum, sed habet etiam animum, si quid opportunius emerit,
 manendi in statu laico, poteritne tuto accipere collatum
 beneficij, & fructus, quousque mutet omnimodam voluntatem
 se ordinandi? Res p. Potest. Ita Nau. *in man. capit. 2. num.*

118. Qui etiam infert idem dicendum de eo, qui
 suscipit beneficium animo illud omittendi,
 si aliud maius, aut commodius illi
 detur. Notat Roderic. *in sum.
 capit. 30. numer. 6.*

(:)

De pluritate beneficiorum simul. §. 6.

- 1 An liceat plura habere beneficia curata.
- 2 An liceat habere plura beneficia simplicia.
- 3 An possit Papa dispensare ad pluralitatem beneficiorum.
- 4 Quae plura absque dispensatione possint haberi beneficium.

1 **QVÆSTIO.** Licetne plura simul habere beneficia
RESP. Minime. Ita decernitur *cap. singula 89. dist. &*
Conc. Trid. sessi. 7. capit. 24. Notant. Tolet *li. 15. ca.*
8. numer. 2. Sor. *lib. 3. Iust. quest. 6. art. 3.* Nau. *in man. cap. 5.*
num. 125. Rebuff. *de benef. tit. de dispensat. ad plur. benef.*

2 **QVÆST.** Hæcne prohibitio intelligenda est de omnibus
 beneficijs tam curatis, quam simplicibus? **RESP.** de omni-
 bus. Ita declaravit Congreg. Cardinalium quam affert
 Eman. *in sum. ca. 31. num. 2.*

3 **QVÆST.** Potestne Papa in hoc decreto dispensare?
RESP. Ex causa potest, quia in tali euentu est supra ius
 commune. Ita omnes. Non tamen censendus est dispen-
 sare, cum in supplicatione fit intentio alterius iam habi-
 ti beneficij, Ita probat Nauar. multis rationibus. Enchir.
de orat. 22. cap. num. 64. Ostenditque Rodericus *capit. 31.*
sum. numer. 112. solere apponi illam clausulam, ne gratia
 surreptitia videatur.

4 **QVÆST.** Licetne in aliquo euentu plura simul habere
 beneficia? **RESP.** Licet in primis. Cum talia beneficia,
 vel saltem alia excepto vno non exigunt residentiam
 personalem. Deinde cum vnum non est satis ad congru-
 am sustentationem beneficiarij. Tertio. Cum alterum al-
 teri est iusta copulatione annexum. In his enim euentis
 nulla requiritur dispensatio Ita Nau. *in man. cap. 25. num.*
127. Angl. *in florib. verb. benefic.* Roder. *in sum. ca. 13. num. 2.*
 Tolet. *lib. 5. cap. 81.*

5 **QVÆST.** Habet quis beneficium curatum, postea accipit
 alterum; quid censet de primo beneficio? Nisi secundo renun-
 ciet post sex menses a collatione illius, vacat primum i-
 pso iure. Ita Salzedo *in pract. crim. capit. 47.* contra Nauar.
 opposi-

oppositum afferentem, qui immerito pro sua sententia adducit verba Conc. sessi. 24. cap. 17 Cogantur omnia. Quæ quidem verba sententiam expectare videntur fallitur, vt aduertit Roder. in sum. ca. 31. coactio enim & expectatio sententiæ intra primos sex menses: et enim tractatis, iure ipso vacat beneficium iuxta verbum ipsius Concilij.

De Residentia beneficiatorum §. 7.

- 1 An residentia sit de iure diuino.
- 2 De pœna non residentium.
- 3 Quamdiu possunt beneficiati non residere.
- 3 An faciant fructus beneficiati non residentium.
- 4 A quo est exigenda facultas ad non residentium.

1 **Q**UÆSTIO. Estne residentia beneficiatorum in beneficijs curatis de iure diuino? R E S P. Maxime. Caic. 2. 2. qu. 185. art. 5. Sor. 20. lib. 1. ff. 3. art. 1. in man. ca. 25. nu. 21. Cou. lib. 3. rehol. ca. 13. num. 9. Ceteri lib. 1. quæst. 19. & hanc opinionem satis innuit Conc. Triden. sessi. 13. de reform. ca. 1. Nec excusantur ab hac personali residentia beneficiati substituendo quemlibet idoneum vicarium, vt aduertit D. Thon. in 4. d. 2. art. 2. ad 3. & in add. qu. 10. ar. 5. ad 1. Hostie. in jura cleric. excom. minist. §. 1. num. 2. Caic. 2. 2. qu. 18. ar. 5. Sor. Iust. qua. 3. art. 2. Neque item excusatur ab hac residentia religiosus professus, qui iuste obtinuit beneficium curatum. ca. Si quis translatus 21. quæst. 2. & Clem. in agro. de statu Monach. Ratio est, quia nihil officit statum monachali residentia in beneficio. Ita Nauar. lib. 3. comp. de cleric. non resid. concl. 5.

2 **Q**UÆST. Quas pœnas incurrunt beneficiati non residentes? R E S P. Eas longum esse annumerare, habet Concil. Trid. sessi. 24. ca. 12. de reform. & ca. Conqueruntur cleric. non resid.

3 **Q**UÆST. Quamdiu possunt beneficiati esse ab absentia in beneficio? R E S P. Non ultra tres menses. Ita Conc. Trid. sessi. 24. ca. 12. de reform.

4 **Q**UÆST. Faciuntne fructus beneficiati non residentium

RESP. Minime, sed tenentur eos restituere, respondentes spatio absentiae. Ita decernitur cap. Conquer. de cleric. non resid. & Conc. Trid. sessi. 6. ca. 1. de reform. & sessi. 21. cap. 1. & sessi. 23. ca. 1. S. Si quis autem.

§ QVAEST. Indiget Episcopus, aut beneficiatus abesse à sua Ecclesia, à quo est petiturus licentiam? RESP. Metropolitanus à Papa, Episcopi à Metropolitanano. Si autem mora est in petendo, & necessitas urget, petat ab Episcopo vicino antiquiori. Eaque danda est in scriptis. Ita Concil. Trident. loco allegato. Beneficiatus à suo Ordinario. Ita praxis.

CAPVT XIV.

De Simonia. §. I.

- 1 Qui Auctores agunt de Simonia.
- 2 Quo pacto definitur Simonia.
- 3 Circa quam materiam versatur Simonia.
- 4 Quæ res vocatur spiritualis.
- 5 Quot sunt res spirituales.
- 6 Vnde deductum est vocabulum Simoniae.
- 7 Quale peccatum est Simonia.
- 8 Quo iure prohibetur Simonia.
- 9 Qui contractus vt simoniaci sunt à iure prohibiti.
- 10 Quot sunt species simoniae.
- 11 Quot modis licet offerre pretium temporale, pro re spirituali.
- 12 Quando committitur simonia.
- 13 Quæ res spirituales vendi, aut emi possint.
- 14 An sit simonia commutare res spirituales, pro alijs rebus spiritualibus.
- 15 An liceat commutare beneficium ecclesiasticum, pro alio beneficio ecclesiastico.

- 16 An liceat exigere pretium pro labore antecedente
administrationem sacramentorum. 34
- 17 Qui labor dicitur antecedere administrationem
sacramentorum. 35
- 18 An sit simonia pacisci de pretio pro certa hora, et
in certo loco celebranda missa. 36
- 19 An sit simonia pacisci pro sustentatione certorum
ministri sacramentorum. 37
- 20 An possit Episcopus pretium accipere pro actu
exercendo potestatis iurisdictionis. 38
- 21 An possit minister sacramentorum pacisci de cre-
ta sua sustentatione. 39
- 22 De dote Monialium. 40
- 23 De emptione, & venditione sacrarum vestium,
sacrorumque vasorum. 41
- 24 De simonia beneficiorum. 42
- 25 An sit simonia offerre pretium pro non eligendo
digno ad beneficium. 43
- 26 An sit simonia offerre pretium pro eligendo digno
ad beneficium. 44
- 27 An possit vendi ius patronatus. 45
- 28 An liceat offerre pretium pro redimenda
vexatione ad beneficium obtinendum. 46
- 29 An sit simoniacus beneficiatus, qui emit beneficium
per alium. 47
- 30 An sit simonia dare pretium non collatori benefi-
cij, sed amico collatoris, ut illud mibi obtineat. 48
- 31 An committat simoniam, qui ficto animo promittit
se daturum pecuniam, si illi conferatur bene-
ficio. 49
- 32 De permutatione beneficiorum. 50
- 33 An sit simonia commutare beneficium pro maiori
commodo temporali. 50

- 34 *Qua simonia committitur in locatione beneficiorum.*
- 35 *Ad quantum tempus possunt vendi, aut locari redditus ecclesiastici.*
- 36 *De simonia in pensionibus.*
- 37 *De simonia in emenda sepultura.*
- 38 *De pretio solito reddi Ecclesijs pro sepultura.*
- 39 *An possit dari pretium pro baptismo ministrando.*
- 40 *An sit simonia accipere pretium pro benedicendis nuptijs.*
- 41 *An sit simonia nolle benedicere nuptias absque oblatione offerri solita.*
- 42 *De pretio Concionum Euangelicarum.*
- 43 *An sit simonia seruire collatori, ad benevolentiam eius comparandam, qua motus mihi conferat beneficium.*
- 44 *An sit simonia mutuas dare pecunias cum pacto de mihi conferendo beneficio.*
- 45 *An committat simoniam, qui confert beneficium ad comparandam benevolentiam alicuius.*
- 46 *An sit simonia resignare beneficium in manibus Episcopi, sub conditione conferendi illud certa personae.*
- 47 *De renunciatione beneficii litigiosi sub pacto reddendi renuncianti pensionem, si lis victa fuerit a renunciato.*
- 48 *De renunciatione beneficii cum spe accipiendi opera gratitudinis debita.*
- 49 *Quot diebus viuere debet renuncians post factam renunciationem.*
- 50 *An teneatur renunciatus renunciati reddere fructus, sub quorum fiducia renunciauit beneficium.*

- 51 De collatione beneficij curati cum pacto de dimittendo alij beneficium simplex.
- 52 De permutantibus beneficia absque ordine vis.
- 53 De commutatione beneficij, à quo soluitur pensio.
- 54 De simoniaci Episcopo, qui confert beneficium uni, cum pacto de transferendo illud in alium reseruata pensione.
- 55 De poenis simoniaci.
- 56 An poena supra dicta sint posita omni simoniaci.
- 57 De restitutione debita ob simoniam.
- 58 Cui facienda est restitutio simonia.
- 59 De restitutione ob simoniam occultam.

QVAESTIO. Quoniam huiusmodi materia latius est: dic in primis qui Auctores agunt de ea? Respondeo. Agunt de ea Beroy. in capit. Non sine multa de canonis. 51. 46. & 51. & in rubr. de usuris. Bernard. Dias in tract. capit. 91. Iul. Clar. lib. 1. recept. Nau. in capit. fin. de simonia. Man. ca. 23. nu. 99. D. Thom. 2. 2. qu. 100. Cord. lib. 1. tit. 22. Nauar. libr. 2. de restit. cap. 2. à nu. 373. Sor. libr. 4. de Victor. in relect. de simonia.

2 QVÆST. Quo pacto definitur simonia? Respondeo. Est liberata voluntas emendi, aut vendendi rem spirituales siue annexam rei spirituali seu Voluntas contractus contractu oneroso circa talem rem. Item Eman. in verb. simonia, & Tolet. lib. 5. cap. 84. & omnes.

3 QVÆST. Circa quam materiam versatur simonia? Respondeo. Claret interrogatio ex definitione posita. Verlatur circa rem spirituales, aut annexam rei spirituali.

4 QVÆST. Quae res vocatur spiritualis? Respondeo. Omnia illa, quae à Deo, vt est autor gratiae, procedit, vel ad Deum, vt est autor gratiae, ordinatur. Ea vero omnia, quae à Deo procedunt, vel ad Deum referuntur, quatenus creatura intellectualis (vt homines, Angelosq; comprehendendam) per media supernaturalia saluator, seu deductum ad Deum

ad suum finem supernaturalem; dicuntur ab eo procedere, seu ad eum referri, ut est auctor gratiæ.

5 QVÆST. *In quos diuiduntur huiusmodi res spirituales?*
 RESP. In quatuor, quædam enim dicuntur spirituales essentialiter. Tales sunt virtutes, & dona supernaturalia, ut fides, spes, charitas, gratia, &cæt. Quædam dicuntur spirituales causaliter, quia sunt causa rerum spiritualium. Qualia sunt sacramenta Ecclesiæ. Quædam dicuntur spirituales effectualiter. Tales sunt operationes ex aliqua spirituali potestate procedentes, vel operationes ad Deum ordinatæ, ut concionari, cantare in choro, sepelire mortuos, dispensare in voto & matrimonio, excommunicare, absoluerè ab excommunic & alia huiusmodi. Quædam denique dicuntur res spirituales ex annexione: vel quia ad officium spirituale pertinent, qualia sunt beneficia ecclesiastica; & vasa ornamenta, &cæt. supellectilia sacra.

6 QVÆST. *Vnde dictum huiusmodi peccatum simoniæ?*
 RESP. A Simone Mago, primo auctore huius contractus lege in euangelica, sicuti legimus Act. 8. & habetur *cap. Saluator. 1. qua. 3.* Voluit enim emere donum, seu gratiam miraculorum, ut eandem cum lucro posset alijs vendere.

7 QVÆST. *Qualis peccatum est Simoniæ?* RESP. Ex genere suo mortale contra virtutem religionis. Nam qui emit, emit pretio rem, quæ excedit omne pretium temporale. Qui vendit quod suum non est, homo enim dispensator est rerum spiritualium, non dominus. 1. Corinth. 4.

8 QVÆST. *Quo iure prohibetur huiusmodi peccatum?*
 RESP. Naturali, diuino, & humano: Ita Tolet. lib. 5. cap. 83. Naturali, quia prohibet vendere, & pretio æstimare temporali, quod venale non est, quia omne pretium temporale excedit. Diuino Matth. 7. *gratis date, quod gratis accepistis.* Positiuo 1. *question. 3. per totum.* & alijs cauonibus. Et ideo grauiter fuit hoc vitium reprehensum à D. Pet. Act. 7. *pecunia tua tecum sit in perditionem.* Et ab Elyseo Proph. 4. *Rég. 5.* Cum vindicauit simoniam Giezi lepræ morbo.

9 QVÆST. Suntne aliqui contractus, ut simonia, & cru canonibus damnati, quamuis secundum se non sint tales, sed tantummodo, quia prohibiti? R. E. S. P. Maxime Permutare beneficium beneficio absque licentia Pontificis: Prohibetur cap. Quæsitum de rer. permut. Deinde vendere officium æconomæ ecclesiæ prohibetur can. saluator. i. quæstion. 3. quamuis illud officium temporale. Præterea vendere pensiones beneficiorum sine licentia Papæ. Ita adnotauit Tolet. lib. 5. ca. 87.

10 QVÆST. Quot sunt species simonia? R. E. S. P. Tris mentalis, conventionalis, & realis. Mentalis est cum do, aut accipio rem spiritualem intentione dandi, vel recipiendi pretium temporale pro ea. Conventionalis est, cum do, vel accipio rem spiritualem sub conditione dandi, vel accipiendi pro ea pretium temporale. Realis est, cum non iam mente sola intendo, neque solo contractu hæreo, sed exterius pretium temporale offero pro re spirituali. Aduertendum tamen, ut maximopere, quod ad perfectam, & realem omnem simoniam requiritur interior voluntas contrahendi in pretio temporali rem spiritualem: præterea pactum explicitum, vel saltem implicitum (erit vero censendum pactum implicitum, cum datur pretium temporale, quamuis nulla præcedat conuentio) denique exhibitio exteriori pretij, & externa donatio rei spiritualis. Erat altero horum deficiente non est realis, sed contentiosa simonia. Ita Armil. verb. simonia. & Tolet. lib. 3. cap. 1. num. 4.

11 QVÆST. Quot modis offerri potest pecunia, seu pretium temporale pro re spirituali? R. E. S. P. Multis quibusdam aut in sustentationem ministrorum aut in eleemosynam ecclesiarum, seu confraternitatum: aut liberali contributione, donatione uel, spontanea deuotione, & pietate, iuxta laudabilem consuetudinem loci: aut pretium.

12 QVÆST. Quando ergo committitur simonia? R. E. S. P. Nisi cum pecunia, vel quid simile datur in pretium rei spiritualis. Ita Tolet. lib. 1. ca. 87.

13 QVÆST. Cum res spirituales sint in triplici differentia, quædam enim sunt pure spirituales, nullam habentes tem-

poralem mixtionem, ut virtutes supernaturales, & potestates, earumque usus. Quaedam sunt mixta ex temporali, & spirituali. Rursum harum secundarum, quaedam participant plus de spirituali, ut sacramenta, quorum materia sunt res corporales, beneficia ecclesiastica, quorum fructus sunt etiam temporales. Quaedam vero plus participant de temporali, quam de spirituali, ut calices, aliarum vasa inferuentia rei spirituali, templorum loca, officia cantorum. Quaro igitur verum harum rerum aliqua emi vendiue possint? R E S P. Res parè spirituales, aut mixtae, quae plus participant de spirituali vendere, aut emere pretio, simonia est in omni consideratione, nam tota simpliciter censentur spirituales. Secus dicendum de mixtis, quae plus participant de temporali: censentur enim ad hunc effectum simpliciter temporales, & ideo in ijs vendendis non committitur simonia: nisi expresse intendatur vendi spirituale earum. Ita Tolet. lib. 5. ca. 83. Ideo licet vendere, aut emere calices, etiam consecratos pretio eodem quo emerentur, si non essent consecrati. Est tamen simonia emere, aut vendere ieiunium, orationes, aut alium virtutis actum.

14 QV AEST. Estne simonia commutare res spirituales pro alijs spiritualibus, ut ieiunium pro ieiunio, orationem pro oratione, audire confessionem, ut alter audiat meam? R E S P. Minime. Ita Sot. 4. iust. quaest. 5. Tolet. libr. 5. capit. 88. numer. 2. licet oppositum teneat Conrad. in 4. distinct. 2. art. 3.

15 QV AEST. Licebit igitur commutare beneficium pro beneficio? R E S P. Stando in iure diuino, ita est, sed talis commutatio est prohibita iure humano. ca. Quatuor de ver. permut. atque in eo dispensat Summus Pontifex.

16 QV AEST. Licetne exigere pretium pro labore antecedenti in administratione sacramentorum? R E S P. Licet. Ita Sot. 6. iust. qu. 9. ar. 1. Tol. lib. 5. ca. 88. nu. 5.

17 QV AEST. Qui labor censendus est antecedere administrationem sacramentorum? R E S P. Omnis ille, qui ex se & ex natura rei non comitatur ipsam effectum sacramenti: enim vero necessario comitatur labor actionem audiendi confessiones, baptizandi, operandi sacrum: iste labor vendi non potest. Veruntamen iter magnum

conficere ad audiendas eandem confessiones, ad
zandum, ad faciendum sacrum, ex se non est laicus
annexus tali operi.

18 QVÆST. Potestne exigi pretium pro obligatione, ut
se obligat certo tempore ministrare sacramenta, vel dicitur
crum in tali loco? R E S P. Potest. Ita Gloss. cap. 1. de
ratum de prabend. Caietan. verb. simonia. Tolet. de
capit. 88. Ratio est, quia ibi non venditur res spiritualis
sed libertas.

19 QVÆST. Potestne exigi pretium ad congruam
ministri sustentationem pro ministrandis sacramentis?
Potest. Etiam si minister dives sit, & habeat aliam
cientia alimenta. Ita Tolet. proxime Id tamen prohibet
Concil. Trident. sessio. 21. cap. de reformat. in hoc
pro conferendis ordinibus, pro literis dimissionis, & de
gillo, sed vult, omnino gratis ista conferantur, quia
vitam alant mendicando, & pro rebus dictis spiritualibus
offeratur aliquod alimentum.

20 QVÆST. Potestne Episcopus pretium accipere pro
quem exercet per potestatem iurisdictionis, ut pro dimit-
do in votis, pro relaxando iuramento, pro abolutione
suris, pro consecrandis templis, & pro alijs huiusmodi.
Minim. Ita Div. Thom. 2. 2. questio 100. artic. 3. ad 2.
ista sunt simpliciter spiritualia. Potest tamen si dicitur
sponte, & gratuito: vel ad congruam sustentationem.
Quod si à summo Pontifice aliquid pro talibus
nibus exigatur, vel id fit in pœnam, qua inconstanter
nitur vouentis iurantem, aut nubentem: vel in commu-
tationem, commutationemve unius oneris ablati
in aliud minus.

21 QVÆST. Potestne sacerdos pacisci de certa qua-
tate sustentationis pro faciend. sacro, aut funere, quod
data, nolit celebrare, nec funus exequi? R E S P. Negat.
Thom. 2. 2. questio 10. artic. 1. quam opinionem ven-
bitratur Caiet. circa ministrum diuitem, non vero
perem, qui non habet, unde alatur. Ita quodl. questio 9.
vero 9 iust. 6. artic. 1. eam improbat etiam circa
ministrum, amoto scandalo, quod quidem frequenter
inde oritur. Nulla tamen est simonia quæretur loca
pinguioribus sustentationibus, & elemosynâ pro faciend.

facere, aut concione habenda, ministris tribuantur. Sic
Tolet. lib. 5. ca. 89. nu. 7.

22 QVÆST. *Quid censetur de pecunia, pretiore dato, & accepto pro monialibus suscipiendis in monasterium?* RES P. Dico primum. Dare, vel accipere pecunias pro ipso ingressu religionis simonia est. Sic habetur cap. *Quod pro 1. qua. 2.* Dico secundum. Potest dari, & accipi, & pacisci pecunia pretiumve, pro sustentanda moniali in monasterio, vel monasterium sit pauper, vel diues. Ita Sylu. *simon. §. 5. & Tolet. lib. 5. ca. 89. nu. 9.*

23 QVÆST. *Possuntne vasa sacra, vestesve sacra vendi in usus profanos?* RES P. Si frangantur, scindanturve, ita vt figura mutetur. Ita D. Thom. 2. 2. *qu. 10. art. 4.*

24 QVÆST. *Qua simonia committitur in beneficijs?* RES P. Dico primum. Simonia est vendere, aut emere beneficium ecclesiasticum. cap. *si quis 1. qua. 3.* Dico secundum. Simonia est vendere, aut emere, pretiumve dare vel accipere pro resignatione beneficij, vel collatione, vel electione ad illud. Est omnium Doctorum. Addit vero Tolet. *lib. 5. capit. 90.* Imo pro ipsa interuentione. Nam qui daret pretium alicui, vt pro ipso interueniret apud patronum, vt illi conferat beneficium, simoniacus esset.

25 QVÆST. *Sunt digni ad beneficium, sed patronus vult eligere indignum, possumne pecuniam offerre pro non eligendo indigno?* RES P. Potes. Ita Caietan. *quodlib. 1. qua. 9.*

26 QVÆST. *E contra sunt omnes indigni, vnus tantum est dignus ad beneficium, possumne pecuniam offerre pro eligendo digno?* RES P. Potes. Ita Sot. 9 *Iust. qua. 6. art. 1.* Tolet. *lib. 5. cap. 9.* Non tamen quando sunt multi digni, iuxta eundem Doctorem. Ratio est manifesta, quia ista oblatio pecuniæ pro eligendo illo solo digno in re est data pro non eligendis indignis.

27 QVÆST. *Estne simonia vendere iura, quod habeo ad beneficium, vel ius patronatus?* RES P. Prior casus est in litigantibus de beneficio, & respondeo affirmatiue. Ita Cardinalis loco proxime allegato. Solet tamē Papa huiusmodi litē cōponere, dando vni beneficium, & alteri pensionem in eo. Idem affirmo de iure patronatus, quod malū

grauiter prohibetur à Conc. Trid. *sess. 25. cap. 9.* contra canones. Oppositum videtur asserere D. Thom. 2.2. *quest. 100. art. 4.* sed intelligendus est, cum patrimonius pertinet ad villam, vel maioratum temporalem, et vendito simul videtur vendi ius patronatus, cum tamen in illa venditione transferatur in emptorem villæ, et maioratus. Et ita de eo acquiritur possessio, vt habet *norm. ca. Quarela. Armil. simonia. 5. §. 40.* veruntamen ea nil ultra omnino exigere potest.

28 QVÆST. *Licetne pecuniam dare ad redimendam vexationem iniustam beneficij?* R E S P. Subdistinguit D. Thom. 2.2. *qu. 100. 2. art. 2. ad 5.* Vel vexatio fit post consecrationem ius beneficij, vt cum litigator vult iniusta opponere impedimenta, & beneficiatum spoliare beneficium habebit iuste. Et tunc ait licere. Et est communis opinio *Gloss. ca. Dilectus de simonia.* Vbi Abbas *nu. 4.* & *Francia. num. 2.* Rebuffus *de simonia. num. 17.* Nauar. *in man. cap. 25. num. 114.* Ratio est, quia iure naturali mihi licet bona à me possessa. Vel vexatio fit ante possessionem ius acquisitum beneficij. Et tunc absolute negat. Hinc D. Thomæ opinionem limitat *Sot. 9. lib. 1. In 1. quest. 1. nisi violentia inferatur,* vt cum quis vi detinetur, et compareat tempore proposito coram Episcopo ad beneficium consequendum, vel coram alijs, ad quos beneficij collatio pertinet, &c. tunc enim licet hanc vexationem pretio redimere. Crediderim, pace tanti Doctoris posse etiam anticipata pecunia redimere vexationem quam quis certo nouit sibi faciendam in ferendis suffragijs suæ maioris dignitatis, in oppositione ab ipsius maioribus suffragatoribus, & alijs similibus iniuste iudicantibus. Hinc enim redimo pretio ipsam vexationem, et beneficium.

29 QVÆST. *Consensusne est simoniacus beneficiatus, qui non per se, sed per alium emptum possidet beneficium?* R E S P. *Mathe. Et tenetur, vbi primum id sciuerit, dimittere beneficium.* ita habetur *Extraud. ca. Ex insinuat. de sim.*

30 QVÆST. *Non dedi pecuniam collatori, sed alij, et collatore illud mihi obtineret, verbi gratia, cognato Episcopi, commisitne simoniam?* R E S P. *Commisisti.* Ita *Tolet. lib. 5. cap. 90. num. 9.* & est res clara.

31 QVÆST.

31 QVAEST. Promisit quis ficta promissione, hoc est, animo non reddendi promissam pecuniam pro beneficio obtinendo, commisitne simoniam? RESP. Minime. Ita Caietan. quodl. 1. q. 9. Iust. quast. 8. ar. 1. Tolet. lib. 5. cap. 90. num. 11. Ratio est metaphysica, quoniam actus exterior sumit suam specificationem, ab actu interiori.

32 QVAEST. Quid censes de permutatione beneficiorum? RESP. Dico primum. Permutare beneficium spirituale pro officio temporali, seu saeculari, simonia est. Dico secundum. Permutare beneficium cum beneficio, vna ex tribus deficiente conditione, simonia est. Ita Sylu. permutatio §. 1. Tres autem conditiones assignat Tabiena verb. beneficium. 3. §. 16. Primam, vt Permutatio fiat cum facultate superioris: superior autem in hoc negotio est, qui potest illa beneficia conferre. Secundam, ne ante talem facultatem fiat absolutum pactum de permutatione: hoc tamen non tollit, quod possint inter se agere de permutatione cum facultate superioris. Tertiam, Ne in pretium etiam conferatur quicquam spirituale, vt aliud beneficium simplex, &c. Hoc tamen non tollit, quod in permutatione beneficii pinguioris possit exigi pensio in eo de licentia Papæ. c. Ad quæstiones de rer. perm. notatq; Sot. lib. 9. iust. q. 7. art. 2.

33 QVAEST. Estne simonia permutare beneficium pro quouis commodo temporali? RESP. Maxime. Et ideo simonia est permutare beneficium, vt soror eius nuberet fratri suo, aut remitteret iniuriam.

34 QVAEST. Quæ simonia committitur in locatione beneficii? RESP. Dico primum. Simonia est locare potestatem iurisdictionis, seu vices spirituales, vt si Episcopus locet suam potestatem iurisdictionis, aut curatus potestatem ministrandi sacramenta. Ita Sylu. simon. §. 14. Dico secundum. Locare, aut vendere oblationes ecclesiasticas, non est simonia. Sylu. simon. §. 14. Idem affirmat de fructibus.

35 QVAEST. Ad quod tempus possunt vendi, aut locari fructus beneficiorum? RESP. Iuxta Extravag. Ambitiose: de rebus eccles. ex Paulo II. ad triennium solum & ultra infligitur ipso iure priuatio eorundem fructuum. Hæc tamen Paulina non est vbique recepta, ita notat Nau. cap. 27.

Ty 5.

sum.

sum. nu. 149. Caiet. excommun. Iuxta Nau. ad secretum aitque esse decretum. cap. *Querelam, ne pralati* vici sed in hoc textu nihil determinatur, sed approbatio, & venditio vsque ad septennium. Iuxta Sylu. 210 §. 3. Tabiena. *ibid.* ad modicum tempus. Modico ro tempus est minus decennio, vt notat Tolet. *lib. 5. cap. nu. 6.* Iuxta Panorm. cap. *Querelam cit.* ad totam locantis, & vendentis adducit pro sua sententia Henr. & Federium, quia non est iure prohibitum. Iuxta det Sylu. *simonia §. 14.* Vbi ergo Pauli Extrraugans in in vsu, hæc vltima sententia vera est, si ad sit necessitacionis, & venditionis, vt approbat Tolet. *lib. 5. cap. mer. 7.*

36 QVAEST. *Quid censes de simonia in pensionibus?* Pensiones, quæ ad resignationem alicuius beneficii dantur, possunt redimi absque Simonia, etiam absque gratia. Quod si hæc facultas petitur, est ob securitatem tractus, ne alter neget esse redemptas. Ita Card. Tolet. *5. ca. 92.* Dico secundum. Simonia est resignare beneficium apposita pensione, cum pacto illam redimeremur. Ita Caiet. *opusc. 16. quest. 10.* Dico tertium. Simonia est vendere, aut emere supra dictas pensiones. Non hoc iure prohibitum: prohibetur tamen consuetudine & praxi Curia, vbi vt simoniacus punitur peccator emptor, & venditor. Ita Tolet. *lib. 5. cap. 92.*

37 QVAEST. *Estne simonia vendere ius sepulture, si quis habet, vt ipse, sui que consanguinei, verbis gratis, sepelitur in aliquo loco?* RES P. Maxime. Ita Innocent. *ca. 1. de sepulchris, c. 1.* inquam, quod iam acquisitum est, vel episcopi licentia, vel ex mortuo iam in ea sepulto. Non emere terram (virginem vocant) ad sepulturam, nec simonia.

38 QVAEST. *Potestne exigi certa pecunia dari saluta. Etia. fis. pro sepultura concessa?* RES P. Potest. Ita Sylu. *sepultura nu. 2.* Videndus tamen hac de re D. Thom. *2. 2. q. 103. art. 4. ad 3.* Lopez. *L. 1. tit. 13. p. 1. verb. vender.* Molina. *de p. mogen. cap. 24. nu. 10.* Menoch. *lib. 2. de arbitr. cap. 1. §. 1. Sol. lib. 9. Inst. q. 6. ar. 1. ad 3.*

39 QVAEST. *Est infans in extrema vita periodo: ad quæ duo, ego nescio formam baptismi: aliter scit, sed non vult*

pretio illum baptizare, estne simonia tale pretium offerre pro redimenda illa negationis vexatione? RES P. Minime. Idem cenleo de adulto, qui non potest ab alio obtinere baptismum sine pretio, & est in ultimo vitæ periculo, & in periculo damnationis, quia difficilis est actus contritionis, cuius flamine baptizetur, vt iam respondi in materia de baptismo. Ita Roderic. de simon. in sum. numer. 8.

40 QVÆST. Estne simonia quicquam pretij petere, vel sponte datum, accipere in pretium pro benedicendis nuptijs? RESP. Maxime. Ita decernitur cap. in Ecclesia. Extrauag. de simon.

41 QVÆST. Solent nubentes pro benedicendis nuptijs parochæ ex more offerre quicquam, committitne simoniam parochus, qui alteri non vult concedere licentiam benedicendi, nisi ipsi soluantur dona solita? RESP. Minime. Ita Sylu. simonia. s. 8. post Panormitan. quos sequitur Eman. de verb. simonia. c. 58. num. 9.

42 QVÆST. Possuntne predicatores Euangelij pacisci de pretio ad congruam suam sustentationem pro predicatione, & facta ea, pretium exigere? RES P. Possunt. Ita Caiet. 2. 2. quæst. 100. art. 2. Sot. 9. lib. iust. quæst. 6. art. 1.

43 QVÆST. Offert quis Episcopo pecuniam, & obsequia prestat, vt Episcopi comparet benesolentiam, qua motus Episcopus illi conferat beneficium ex gratitudine, atque ita secundario per pecunia, & obsequiorum vim intendit beneficij collationem, committitne simoniam? RES P. Minime. Ita omnes cum Nauar. in sum. capit. 23. numer. 106.

44 QVÆST. Commodavi pecunias Episcopo cum pacto de beneficio dando, commisitne simoniam? RESP. Commisit. Ita Nauar. in sum. ca. 17. nu. 207. Aragon. 2. 2. quæst. 78. art. 2. Mercatus. de vsuru. ca. 7. Medin. in instruct. lib. 2. cap. 14. s. 24. Ratio est, quia commisit vsuram, vsura autem est pretium, seu lucrum, ergo commisit simoniam, siquidem pro pretio obtinui beneficium, seu vt verius loquar, beneficium fuit pretium.

45 QVÆST. Quid censes de collatore, qui confert beneficium ad acquirendam, vel non amittendam amicitiam alicuius, aut ad comparandas laudes, vel evitandas con-

tumæ

per elias alterius? RESP. Si intentio collatoris in hoc
 modo sistit, non committit simoniam. Ita Caiet.
sim. verb. simonia. Sot. lib. 9. iust. q. 7. art. 2. Ratio est,
 tunc collatio beneficii non procedit ex auaritia, sed
 ambitione: simonia autem supponit auaritiam. Dico
 cundum. Si intentio progreditur ulterius, ita ut com
 ret amicitiam alterius ad lucra, vel seruitia inde pro
 nientia, non tantum in gratitudinem, sed in pretium,
 etiam ad fugienda damna emergentia, & compensanda
 lucra cessantia, simonia est. Et ideo committit simoniam
 Rex, qui iure patronatus confert beneficia, seu Episcopus
 patris Magnatum filiis, ut postea parentes pecuniam impo
 peditent ad bellum, vel quid simile. Ita Roder. *verb. simo
 nia. c. 59. nu. 9.* cum communi.

46 QVÆST. *Estne simonia resignare beneficium curati
 piscopo, assignando certam personam, cum illud conferat?*
 Est quidem. Ita Gomez. in rubr. de trien. possess. quest. 16. nu.
 3. & 4. Rebuff. in praxi benef. de resig. pura. & in cap. de resig.
 condit. num. 4. & est contra ius ca. Ordin. 1. q. 1. cap. Tota
 simonia.

47 QVÆST. *Habeo beneficium, sed adhuc de eo litis, et
 nuncio illud Petro cum pacto soluendi pensionem, si
 vicerit, committone simoniam?* RESP. Committis. Ita Na
 uar. in man. cap. 23. num. 100. Estque ante litis victoriam
 conventionalis, obtemperata vero lite est simonia realis. Pen
 pensio soluitur. Notat ex eodem Nauarro Eman. *verb. simon.
 cap. 60. nu. 3.* & alij.

48 QVÆST. *Resignauit Petrus beneficium Ioanni, sed
 tendit secundario, ut Ioannes postea gratum se ostendat, et
 neuolum, quod si non existimaret futurum, nullatenus resig
 gnasset, committitne simoniam?* RESP. Minime. Ita D. Tho.
 2. 2. quest. 78. art. 2. ad 2. Ratio est, quia gratitudo non
 habet rationem pretij, nec debetur ex obligatione legali,
 sed tantum gratuita.

49 QVÆST. *Quot dies viuere debet renuncians propter
 firmitatem post factam renunciationem?* RESP. Viginii. Ita
 habet Regula 18. Cancellariæ.

50 QVÆST. *Renunciavit Petrus absolute beneficium in
 arnem, sed cum fiducia accipiendi ab ipso Ioanne, aut eius
 redditus, aut certam partem fructuum, tenet urre Ioannes illud*

solvere: Minime. Ita Sorus *lib. 3 Iust. q. 6. art. 2. & lib. 4. q. 7. artic. 2.* Ratio est, quia ista fiducia non posuit obligationem iustitiae, sed ad maximum gratitudinis; ergo stando in iure naturali solum obligatur Ioannes ex gratitudine: gratitudo vero alia via satisfieri potest, ut notat Nauar. *in man. cap. 23. nu. 104. & 105. & tract. de simon. nu. 11. 13. & 14.* Imo contra hanc fiduciam est motus proprius Pij V. qui excommunicatione Papae reseruata punxit, & Petrum ex fiducia pactione simplici accipientem, & Ioannem dantem, ut notat Gord. *de casib. q. 3.* Quod si talis fiducia fuit declarata inter eos, renunciatio fuit simoniaca, ut aduertit Roderic. *in sum. verb. simon. cap. 60. nu. 7.*

51 QVAEST. Habet Petrus beneficium simplex, vult obtinere ab Episcopo, vel alio patrono aliud maius, ut obtineat, promittit se resignaturum simplex cui voluerit Episcopus, de facto resignat, committiturne simonia? RESP. In foro exteriori committitur, & ita iudicandum est. In foro vero animi, si illi promissio non facta fuit in pretium, sed tantum in causam impulsuam, ut facilius Episcopus, patronusve suum beneficium conferret, non committitur. Ita Nauar. *lib. 5. Consil. tit. de simon. consil. 23.*

52 QVAEST. Qui absque ordine iuris inter se permutant beneficia, incurruntne aliquam poenam, censuramve Ecclesiasticam? RESP. Minime. Nulla enim imposita est in iure. Notauit Arag. *2. 2. quest. 100. art. 6.* Poena vero apposta a Conc. Constan. quod refertur in *Extrauag. 2. de simon. cōprehendit* veros naturali iure simoniacos, qui pretio vendunt, emuntve res spirituales, non vero simoniacos solo iure positivo, ut tales punitos, quales sunt permutantes, beneficia, non seruato iuris ordine, ut notat Couar. *lib. 12. resol. cap. 9. num. 3. & 5.*

53 QVAEST. Habet Petrus beneficium cum pensione, habet aliud Ioannes sine ea, potestne ex Episcopi licentia Ioannes commutare cum Petro, cum pacto, ut pensionem soluat Petrus, sicuti antea soluebat? RESP. Minime, quia est simonia conuentionalis, ut aduertit Nauar. *in man. cap. 23. num. 106.* Debetque obtinere a Papa facultatem soluendi talem pensionem, ne in realem simoniam cadat, ut notat Eman. *in sum. ver. simon. c. 95. num. 7.*

54 QVÆST. *Committitur usuram Episcopus, qui beneficium uni confert, dicendo dabit illud petro, & referat in pensionem?* RESP. committit. Ita Nau. in man. cap. 23. num. 1.

55 QVÆST. *Qua pœna imposta sunt simoniaco?* RESP. Quid duplex est simoniaci pœna. Refertur à Syluest. simonia 19. Dux tamen sunt in vsu. Prima est excommunicatio Papalis ipso facto. Secunda est priuatio ipsius beneficii empti, aut venditi, cum obligatione restituendi pecunie acceptam. Ita Card. Tolet. lib. 5. cap. 93. num. 1.

56 QVÆST. *Dixisti superius tres esse simoniacorum pœnas nimirum mentalium, conuentionalium, & realium, dicis estne hæc pœna posita omni simoniaco?* RESP. Dico primum. De simoniaco pure mentali omnes conueniunt esse illam latam pœnam. Cum tamen in aliquem actum exteriorem emanauit, affirmat Sotus lib. 9. Iust. quæst. 8. Oppositum tamen est asserendum cum Panormit. cap. manuum simonia. Syluest. simonia §. 20. Caietan. ibidem cap. 2. & Tolet. proxime, qui id affirmat expresse decerni. cap. Mandato. de simon. Dico secundum. Propter simoniam conuentionalem, quæ ex neutra parte ad opus emanauit, sed solum in conuentione, pactoque stetit, etiam omnes doctores negant incurri pœnam. Nec etiam ob eam incurritur pœna, cum datum fuit pretium, sed non beneficium vel aliud spirituale. Ita Caiet. & Sotus loco proximo. Ita vero; in qua datum fuit beneficium, sed nondum datum est pretium, controuertunt Auctores. Negat Nauar. in fin. de simon. In oppositum est communis opinio cum Soto lib. 9. Iust. quæst. 8. §. 1. Putatque Toletus esse venturam, & expressam in cap. Cum super eo. de confess. cap. Non fuit de simon. Tenet id stylus Rome. Ratio Cardinalis est quia translato beneficio, facta fuit vera emptio, & venditio realis, ergo vera, & realis simonia. Verumtamen Nauarri opinionem censeo probabilem. Dico tertium. Propter realem simoniam commissam in conferendo ordine & beneficio, & propter eam solam incurruatur huiusmodi pœna. Ita communis opinio sine controuersia.

57 QVÆST. *Quid censes de restitutione debita propter simoniam?* RESP. Dico primum. Propter simoniam pure mentalem nulla debetur restitutio. Ita habetur cap. vlt. de simon.

simon. & tenent Caiet. 2. 2. quest. 100. artic. vlt. Nauarr. in man. cap. 23. numer. 102. Atque in hoc, vt bene aduertit Rodericus in sum. verb. simon. cap. 66. differt simoniacus ab vsurario, quod vsurarius mentalis tenetur ad restitutionem, quia, qui reddit vsuras, semper reddit inuitus: qui autem dat simoniaco, libens dat, sed illi responderi posset. Etiam emptor simoniæ dat inuitus, quia potius veller sibi gratis beneficium dari. Hoc tamen non obstat, quia etiam emptor cuiusque rei potius veller sibi rem dari gratis, quam pretio, vt aduertit Nauar. supra. Aragon. 2. 2. quest. 100. Nauar. lib. 2. de restit. cap. 2. nu. 384. Medin. in sum. Dico secundum. Qui beneficium habent simoniace per alium obtentum, sed à se bona fide possessum, non tenentur simul cum beneficio resignato fructus collectos, & bona fide consumptos restituere, sed solum eos, quos habent, quando beneficium resignant. Ita D. Thom. 2. 2. quest. 100. artic. 6. ad 3. Dico tertium. Qui simoniace pro collatione ordinum, & beneficiorum pecunas accepit, tenetur illas restituere ante iudicis sententiam. Ita D. Thom. 2. 2. quest. 100. art. vltim. Medin. de rest. quest. 3. Sot. lib. 9. Inst. quest. 8. art. 1. Ratio est, quia ius canonicum supra allegatum, illum reddit incapacem dominij talis pecuniæ, licet alij aliter sentiant.

58 **QVÆST. Cui faciendâ est talis pecuniâ restitutio?** **RESP.** Dico primum, Si qui dedit, ignorauit simoniacum esse contractum, ipsi semper est reddenda, quia bona fide dedit. Ita decernit cap. veniens. de simon. Dico secundum. Simoniaco vero reddenda est, cum ante sententiam latam super simoniam redditur. Post sententiam latam Ecclesiæ, vel pauperibus, quia lata sententia, ipso iure priuatur dominio talis pecuniæ. Ita Arag. 2. 2. quest. 100. art. 6.

59 **QVÆST. Obtinuit quis simoniace beneficium, sed occultè petit à Papa dispensationem, cui debet facere restitutionem pecuniæ acceptæ?** **RESP.** Respondet Eman. in sum. verb. simonia. c. 66. nu. 6. faciendâ ipsi Papæ tanquam dispensatori beneficio
rum, & fructuum.

CAPVT XV.

De Sacramento Matrimonii.

§. Nostri est finis non ita ieiune de sacramentis agere, ut
 lam institutionem eorum, materiam, formam, ministrum, ob-
 iectum & effectum ostendamus: sed ea persequi, qua commu-
 ter Doctores agitare solent. Ideo acturi de sacramento Mat-
 monij, dicemus prius de contractu naturali, in quo fundatur.
 De impedimentis ad nuptum. De sponsalibus, & Denuntiatio-
 nibus, qua pramittuntur: postea de Repudio, Polygamia, & Apo-
 gemus.

De Matrimonio, quatenus est contractus
 naturalis. §. 1.

- 1 Quid est matrimonium naturale.
- 2 A quo fuit institutum.
- 3 Quando à Deo fuit institutum.
- 4 Quomodo fuit institutum.
- 5 An tale matrimonium sit ex præcepto diuino natu-
 rali.

1 **Q**UÆSTIO. Quid est matrimonium naturale? Res-
 Est cōtractus inter virum, & mulierem, nullo na-
 turæ, aut humanæ legis impedimento inhabilis
 ad contrahendum, de retinendo perpetuam vitæ con-
 suetudinem, aliquo externo signo declaratus.

2 **Q**UÆST. A quo fuit hic contractus naturalis institutus?
 RESP. A Deo ipso. Ita Catholici Doctores. Probat Augu-
 stinus in 4. d. 26. quæst. 1. art. 2. Nam ab eo præcipue facta
 fuit matrimonij institutio, à quo primo, ac præcipue fi-
 cta fuit legitima viri, ac mulieris coniunctio maritalis:
 sed à Deo ipso facta fuit talis maritalis coniunctio, se-
 cundum

cundum Christi Domini testimonium Matth. 19. *Quod Deus coniunxit homo non separet, ergo, &c.*

3 QVAEST. Quando fuit à Deo institutus hic contractus maritalis: R E S P. Bis secundum Doctores, semel tempore innocentis Naturæ ante peccatum: Ita notat Gratian. cap. Sicut h. his ita 32. quæst. 2. Mag. in 4. d. 16. ibidem. Scot. quæst. vnica Abb. Mag. D. Bonauen. quæst. 1. art. 1. Richard. quæst. 2. art. 3. Institutum vero fuit in statu innocentiae in officium naturæ ad propagandam prolem, vt loquitur D. Augustin. de Gen. ad lit. cap. 7. In statu vero peccati in remedium concupiscentiæ, vt colligitur ex D. Paulo. 1. Cor. 7. dicente: *propter fornicationem autem vnusquisque suam uxorem habeat, & vnaquaque suum virum.*

4 QVAEST. Quomodo facta fuit à Deo huiusmodi matrimonij naturalis institutio: R E S P. Omisissis plurimis hac de re opinionibus, dico. Primum. Matrimonium in statu innocentiae, vt est contractus naturalis, institutum fuit à Deo per inspirationem, qua reuelauit Adamo, & Eux se velle, vt inter Adamum, & Euam, ac inter eorum posteros esset maritalis coniunctio, perpetuam vitæ consuetudinem retinens. Qua facta reuelatione adduxit Euam ad Adamum accipiendam in suam, ac proinde tanquam paranympus primos humani generis parentes cōiunxit. Notat Ben. Per. lib. 4. in Gen. disp. de formation. Eux, quæst. 9. Ita præter Bonauen. Scot. Argentinatem citatos tener Abulensis super verba Gen. *Non est bonum hominem esse solum.* D. Thom. in addit. quæst. 42. art. 4. & super Genesis citata verba. *Non est bonum, &c.* Dico secundum. Hæc institutio facta fuit in paradiso voluptatis. Ita notant Gratianus, & Magister citatus locis Altifiodor. in sum. tractat. 4. de matrimen. Dico Tertium. Hanc institutionem Adamus promulgauit, cum matrimonium contraxit, dicendo Eux. *Hoc nunc os de ossibus meis, & caro de carne mea, accipiente Eua contractum.* Dico quartum. Matrimonium in statu peccati, prout est contractus naturalis, institutum fuit à Deo Gen. 9. cum dixit Noe, & posteris illius post diluuium. *Crescite, & multiplicamini, & replete terram.* Ita Richard. loco citato.

5 QVAEST. Estne contractus matrimonialis ex iure diuino naturalis: R E S P. Dico primum. In mundi exordio & post dilu.

Medull. Casuum.

Z z

dilu.

diluuium ob penuriam generis humani tenebantur ho-
mines contrahere matrimonium ex iure diuino natu-
rali. Ita D. Thom. quodl. 7. art. 17. & in addit. qu. 41. art. 1.
ad 1. D. Bonau. in 4. q. 16. art. 1. qu. 3. Durand. quæst. 2. Palud.
quæst. 3. nu. 4. Ratio est, quia ex iure diuino naturali pro-
tinetur subuenire toti: sed propagatio speciei humanæ
pendet ex singulis hominib. per legitimam generationem
procreatis, ergo in penuria ac defectu speciei humanæ
tenentur homines ad actus matrimoniales exercendos.
Dico secundum: Modo post multiplicationem humanæ
speciei singuli homines singulariter sumpti deobligan-
tur ab hoc naturali iure. Dixi, singulariter, quia non
sumpti, vt continent totam speciem humanam, ad hoc
eo iure adstringuntur. Ac proinde si omnes omnino sin-
gulares matrimonio abstinerent, tenerentur Principes
communitatis aliquos cogere ad nuptum. Ita D. Thom.
Bonau. Sor. Durand. Palud. locis citatis. Cum igitur D.
Paul. 1. Cor. 7. dixit, loquendo de virginitate seruanda: *U-
lo autem omnes homines esse sicut me ipsum*, verbum, omnes
sumit diuisim, non vero coniunctim. Dico tertium: In
modo ob pestes aut bella, tanta facta esset humanæ spe-
ciei diminutio, quanta fuit in exordio mundi, & post di-
luuium, etiam obligarentur ex ipso naturali iure singuli
homines ad contrahendum matrimonium. Hæc con-
clusio claret ex ratione adducta in primo dicto. Neque
ab hoc implendo naturali iure deobligarentur, qui vo-
tum haberent castitatis ex vi præcisa ipsius voti. Ita Du-
rand. & Argentin. & Sorus citati. Paludius in 4. d. 16. d. 1.
Viuald. de matrimon. Ratio est, quia votum semper in-
cludit conditionem, nisi obstet maius bonum, maiusque
ius: tunc vero maius esset bonum conseruatio speciei
maiusque vinculum ius naturale, obligans individuum
ad conseruandam speciem.

CAPVT XVI.
DE IMPEDIMENTIS
ad matrimonium contrahendum.

De

- 1 Quotuplex est impedimentum matrimony.
- 2 An Ecclesia possit statuere impedimenta ad matrimonium.
- 3 An Princeps, aut Respublica secularis possit impedimenta statuere ad matrimonium.
- 4 An vere contrahant, qui contrahunt, arbitantes se habere impedimentum dirimens ad contrahendum.

1 **Q**VAESTIO. Quotuplex est impedimentum ad matrimonium contrahendum? **R**ESP. Duplex, aut enim impedit & non dirimit, hoc est; ita obstat, ut qui contrahunt cum tali impedimento, peccent, sed vere nubant. Aut impedit, ac dirimit, hoc est, ita obstat, ut non solum peccent, qui cum eo contrahunt, sed etiam non vere nubant. Ita communiter Doctores cum D. Thom. in 4. d. 34. q. 1. art. 1. in corp.

2 **Q**VAEST. Potestne Ecclesia statuere impedimenta dirimentia matrimonium? **R**ESP. Potest. Oppositum docuit Lutherus, sed est Catholica veritas definita in Conc. Trident. sess. 23. canon. 4. de sacramen. matrimoni. atque cap. 1. statutum impedimentum dirimens his verbis.

Qui aliter, quam praesente paroch. &c. matrimonium contrahere attētabunt, eos sancta synodus ad sic cōtrahendū omnino inhabiles reddi, & huiusmodi contractus irritos, & nullos esse decernit. Ratio adducitur à D. Thom. in d. 40. art. 4. ad 2. Palud. supra quaest. 4. num. 24. Victor. de matrimoni. 2. p. num. 12. quia Ecclesia habet vim super ipsum contractum naturalem, ac proinde potest apponere conditiones ipsum confirmantes, aut irritantes.

3 **Q**VAEST. Potestne Princeps secularis, aut Respublica statuere impedimenta dirimentia matrimonium? **R**ESP. Dico primum. Respublica civilis infidelium, quia Ecclesiae non subiacēt. Itemque Respublica civilis christiana, si suae iurisdictioni relinquatur, potest valida impedi-

menta apponere naturali, ac civili contractui matrimoniali. Ita Victoria loco citato. Ruardus artic. 10. Sor. in 4. 34. *quæst. 1. art. 1. conclus. 1.* D. Thom. *ibidem. art. ad 4.* Ratio est, quia Princeps, ac Respublica civilis possunt precipere aut prohibere, quod prodest, aut obest bono communi: sed unum est rebus bono communi vehementer conducentibus, est matrimonium, ergo circa illud possunt Principes sæculares, ac Respublica civilis aliquid statuere, ut est contractus naturalis. De factovero ita statutum est, *L. Sororis. §. si quis L. Semper. 7. si Senatorum. fin. ff. de ritu nuptiarum.* Dico *secundum.* Ecclesia potest huiusmodi Principum sæcularium, & Reipublicæ civilis leges circa matrimonium irritare, & annullare. Ita D. Thom. *in 4. d. 42. quæst. 2. artic. 2. ad 4.* Palud. *in 2. dist. 26. quæst. 3. numer. 12. & 13.* Vict. & Sor. *supra.* Ratio est quia potestas corporalis, & temporalis subiacet potestati spirituali, & æternæ. Principes vero, & Respublica sæcularis habent solam potestatem corporalem, & temporalem. Ecclesia vero habet potestatem spirituales, & æternam, ergo &c. Dico *tertium.* Leges circa matrimonium conditæ à Republica, seu Principe sæculari, quæ tenentur ab Ecclesia non approbantur, eo ipso nullæ sunt, & irritæ. Ita decernitur *cap. Ecclesia S. Mariæ de consensu.* Et iuxta hanc conclusionem intelligendus est D. Thom. *in 4. dist. 42. q. 2. artic. 2. ad 4.* Palud. *d. 26. q. 3. numer. 16.* Abb. & Felin. *cap. 1. de sponsalib. Couar. de matrimon. cap. 6. §. 10. numer. 16.* Gloss. *cap. 1. 30. quæst. 3. cum absolute* videntur asserere nil posse Principem, ac Rempublicam sæcularem circa matrimonium statuere. Hoc est iuxta ipsius Ecclesiæ decretum *in cap. Ecclesia citato.*

4. *QUÆST.* Contrahunt duo, habiles quidem ad contrahendum, sed ex errore arbitrantes inter se esse verum impedimentum dirimens, intendentes tamen facere quantum possunt, & contrahere, quantum ad contrahendum habiles sunt, *rogantur* verum contrahunt matrimonium? *RESP.* Supposito quibus quidem creditu difficillima: ea tamen data, & confessa, respondeo affirmatiue. Ita Archid. & Rosella quos citat Sylu. *matrimon. 8. quæst. 13.* Couar. *de matrimon. 2. p. cap. 3. numer. 7. numer. 2.* Probatur efficaciter à simili. Nam si quis ex priuato errore putet non esse sacramentum baptis-

tamen

tamen intendat illud si forte est, suscipere à baptizante sub vera forma, verum suscipit baptismum, vt docet communis cum D. Thom. in 4. d. 30. quest. 1. art. secundo ad 1. ergo & verum contrahet cum simili priuato errore matrimonium.

De impedimentis dirimentibus matrimonium. §. 2.

1 Quot sunt impedimenta dirimentia.

1 QVAESTIO. Quot sunt impedimenta dirimentia matrimonium? R E S P. Duodecim, quæ his versibus continentur.

Error, Conditio, Votum, Cognatio, Crimen.
Cultus disparitas, Vis, Ordo, Ligamen, Honestas.
Si sis affinis Si forte coire nequibus.

De impedimento Erroris. Sect. 1.

1 Quotuplex est error.

2 Qui error dirimit matrimonium.

3 Quo iure error dirimit matrimonium.

1 QVAESTIO. Quotuplex est error? R E S P. Quadriplex, nimirum personæ, conditionis, qualitatis, fortunæ. Error personæ interuenit, cum putatur esse Socrates, qui est Plato. Error conditionis, cum putatur esse liber, qui est seruus. Error qualitatis, cum putatur esse bonus, qui est malus. Error fortunæ, cum putatur esse diues, qui est pauper.

2 QVAEST. Qui horum errorum dirimit matrimonium? R E S P. Dico primum. Dirimit error personæ. Ita communiter Doctores in 4. d. 30. Habetur cap. primo 29. q. 1. ca. Tua nos. de sponsalib. Ratio est, quia in eo errore deficit consensus in matrimonium. Dico secundum. Si in errore qualitatis, & fortunæ interueniat etiam error personæ, non sit validum matrimonium. Ita Magist. citato loco, & D. Thom. in 4. d. 30. quest. 1. art. 2. ad 3. Richard. ibid. artic. 1. quest. 2. ad 2. Gabr. quest. 1. artic. 2. conclus. 4. Nauar. in sum.

Z z 3

cap.

cap. 22. numer. 32. Hæc constat ex superiori conclusione
 Dico *tertium*. Si in errore qualitatis, & fortunæ appo-
 tur ipsa qualitas, & fortuna, vt conditio line qua nocet
 tur consensus: matrimonium factum sub tali conditio-
 ne, ea deficiente, est nullum. Hæc claret ex terminis
 lam manifestius ostendam, cum me de consensu con-
 iuncto interrogaueris. Dico *quartum*. Error condi-
 tionis dirimit matrimonium. Sed hæc de te me peculiariter
 sciscitaberis.

3 *Quo iure error persona dirimit matrimonium?* R. 3.
 Iure naturali. Ita D. Thom. *ubi sup.* Palud. in 4. d. 2.
 quest. 1. num. 8. Victor. de matrimon. num. 270. Soc. in 4.
 30. quest. 1. art. 1. concl. 1. Viuald. de matrimon. n. 127. Hæc
 est, quia deficiente consensu, naturaliter deficit matri-
 monium: sed in errore personæ deficit consensus, ergo
 &c.

De impedimento Conditionis. Sect. 2.

- 1 *Quæ conditio dirimit matrimonium.*
- 2 *An sit validum matrimonium cum serua ad tem-
 pus.*
- 3 *Quæ ignorantia seruitutis validet matrimonium.*
- 4 *An sit validum matrimonium cum ancilla, quam
 dominus tradit nuptui.*
- 5 *An serui, & ancillæ sit validum matrimonium ig-
 norata seruitute.*
- 6 *An valide contrahat mancipium inscio domino, vti
 contradicente.*
- 7 *An dominus teneatur consentire mancipij nup-
 tui.*
- 8 *An teneatur seruus potius domini seruitio, quam
 uxori.*

QUÆSTIO. *Quæ conditio dirimit matrimonium?*
RESP. *Conditio seruitutis ignoratæ, igitur si libet*
 So-

Socrates contrahat cum Bertha ancilla, arbitrans Bertham esse liberam, nullum contrahit matrimonium. Ita Doctores in 4. d. 36. D. Thom. qu. 1. ar. 1. ad 3. Durand. q. 1. ad 2. Bonavent. ar. 1. ad 2. Scot. q. 1. Palud. q. 1. nu. 8. Nam ita decretum est, & irritatum tale coniugium ab Ecclesia e. ad nostram, de coniug. ser. cap. si quis lib. c. si quis ingenuus c. si femina. 29. q. 2. Limitatur ista propositio à Richard. 4. d. 39. qu. 1. ar. 1. Navarr. cap. 22. num. 33. Tolet. lib. 7. c. 3. num. 6. nisi qui errat, sic contrahat, quod esset paratus contrahere etiam cognita tali conditione seruitutis. Veruntamen oppositum mihi videtur probabilius, ut dicam infra num. 3. Mora autem fuit Ecclesia ex grauissimis rationibus. Nam in eo coniugio læderetur liber coniux in tribus bonis, quæ Doctores assignant matrimonio; nempe in bono prolis, quia eam non habebit in sua potestate. In bono fidei, quia coniux seruituti addictus non potest libero coniugi debitum, ad quod per coniugium obligatur, libere reddere: nam potest tempore necessario à domino in labore occupari. In bono separationis, quia poterit seruus à domino in alium locum duci, aut vendi. Hinc aperte apparet hoc impedimentum non dirimere coniugium infidelium, qui Ecclesie legibus non subiacent. Dixi conditionem ignoratæ seruitutis esse impedimentum dirimens, quia si liber contrahit scienter cum ancilla, aut e contra, verum contrahit matrimonium. Ita communiter Doctores cum D. Thom. in 4. d. 36. Sylu. matrim. 8. q. 3. Couar. de matrim. 2. p. cap. 4. §. 7. nu. 1. & Gloss. cap. vlt. de coniug. seru. Tolet. lib. 7. c. 3. nu. & expresse habetur ca. Proposuit. de coniug. seru.

2 QVAEST. Estne validum matrimonium contractum cum libera ad tempus tantummodo, postea vero futura ancilla, & e contra, ignorata à libero seruitute? RESP. Minime. Ita Angel. matrim. 3. imped. 4. numer. 6. probatque ex L. Statu liberi ff. de statu lib. Ratio legis est, quia quidquid à tali fit, non fit ut libero, sed ut addicto veræ seruituti.

3 QVAEST. Quæ ignorantia satis est ad hoc impedimentum? RESP. Sufficit ignorantia, tam antecedens, quam etiam comitans, (ut loquuntur Theologi.) Ita D. Anton. 3. p. tit. 1. cap. 3. Scot. in 4. d. 35. art. 2. Ledesm. 2. 4. q. 53. art. 1. Ratio est.

est, quia ignorantia concomitans facit non voluntarium hoc est inuoluntarium negatiue vt docet D. Thom. *quest. 76. art. 3.* Cum igitur ad matrimonium requiratur maxima libertas, fit, vt hoc inuoluntarium negatiue sit ad illud dirimendum.

4 QVÆST. Estne validum matrimonium cum ancilla, ignorata seruitute, quam dominus ipse tradit nuptus, cui liberatur? RESP. Validum. Ita Hostiensis, Abbas, & communiter Doctores *cap. final. de coniug. seruit. Sylu. matrim. 3. q. 2. Angel. matrim. 3. imped. 4. nu. 7. Scot. d. 35. art. 2. Nauar. in sum. cap. 22. numer. 33. Viuald. de matrim. num. 124.* Habetur in *Authentic. de nupt. §. si vero collat. 4.* Ratio est, quia eo ipso, quod dominus, præfato modo, ancillam suppetit tradit ingenuo, ipsam manumittit, donatque liberat. Imo si scienti conditionem seruitutis ancillam domus tradit in uxorem cum dote, eo ipso illam manumittit, & libertate donat. Ita habetur *L. unica. §. sed si quis homin. Cod. de latina liber. notat Gloss. cap. illud de præsumpt. v. dem Panor.* Ratio est, quia dos solis liberis concedi præsumitur.

5 QVÆST. Contrahitne verum matrimonium seruus n. bens ancilla, quam ignorat esse ancillam, & e contra? RESP. Contrahit. Ita D. Thom. *in 4. d. 36. qu. 1. art. 1. ad 1. Scot. 4. 1. §. dico ergo Durand. quest. 1. Palud. quest. 1. num. 9. Armbr. ver. matr. nu. 5.* Ratio est, quia nulli in hoc contractu fit iniuria, cum æqua maneat vtriusque partis conditio.

6 QVÆST. Potestne mancipium valide contrahere matrimonium inscio domino, aut eo contradicente? RESP. Potest. Ita habetur *cap. Omnibus 29. quest. 2. & cap. 1. de coniug. seruit.* Tradunt communiter Doctores *in 4. d. 36.* Ratio est, quia contrahere matrimonium est iuri naturali congruum: seruitus autem est de iure positio: ius autem positium non potest derogare iuri naturali, neque ijs, que iuri naturali sunt conformia.

7 QVÆST. Teneturne dominus consentire in coniugio mancipij sui? RESP. Minime. Peccat tamen grauius, et genere suo, impedimento illius matrimonium, minus verberibus, aut aliqua iniqua ratione. Item grauius peccat, absque alia urgente graui necessitate tale mancipium

cipium vendendo in longinquam regionem, vbi neque-
at vti matrimonio. Ita D. Thom. in 4. d. 30. *quest. 1. ad. 4.*
Palud. *quest. 2. num. 9.* Richard. & Sorus. citati. D. Anton.
3. p. tit. i. cap. 3. *Gloss. cap. 1. de coniug. seru.* à quibus Auctori-
bus immerito recessit Tolet. *lib. 7. cap. 3. num. 3.* Ratio est,
quia in vtroque euentu ira contra ius naturale, quod ser-
uus habet ad contrahendum.

8 *QVÆST. Contraxit mancipium inuito domino, aut saltem
in scio, rogo, an potius matrimonij vsui, quam domini seruitio
tensatur?* RESP. Potius domini seruitio, quam matrimo-
nij vsui tenetur, regulariter loquendo. Itaque si eodem
tempore satisfaciendum sit duorum vni, nempe aut vxor-
i, virove exigendi debitum conjugale, aut domino
postulanti, & iubenti seruitium ab ancilla, aut seruo,
potius tunc tenetur domino, quam coniugi. Dixi, regu-
lariter, quia si ex negatione debiti esset periculū in-
continentie, aut aliud graue detrimentum, tunc ius naturale
matrimonij, anteferendū iuri gētium seruitutis, vt notat
Panor. *ca. 1. de coniug. seru.* D. Tho. in 4. d. 36. *ar. 2. ad 3.* Sor.
in 4. d. 35. *qu. 1. ar. 1. ad 2.* Hoc autē periculum incontinen-
tiæ oriri debet ex fragilitate, non ex malitia, & luxuria.
Doctrina tradita est à D. Thom. *loco allegato.* Richard. in
4. d. 36. *art. 4. quest. 1.* Bonauent. *art. 1. quest. 1.* Durand. *que.*
2. Palud. *quest. 2. num. 14.* & communis Theologorum,
Nau. in *sum. capit. 22. num. 33.* Ex qua oppositum omnino
asserendum, cum dominus tale matrimonium sciuit, &
in eo consensit, vt notat Armil. *verb. matrimon. nu. 6.*

De impedimento Voti. Sect. 3.

- 1 *Quod votum dirimit matrimonium.*
- 2 *Quo iure votum solemne dirimat matrimonium.*
- 3 *An consummato matrimonio, liceat coniugibus pro-
fiteri religionem.*
- 4 *An teneatur maritus post professionem religionis
redire ad vxorem.*

1 *QVÆSTIO. Quod votum dirimit matrimonium?* RESP.
Dico primum. Votum solemne castitatis, fit autē
votum solemne, vel per professionem validam in
aliqua religione approbata, vel per susceptionem sacri
ordinis.

ordinis, ut iam dixi *sup. cap. 6. §. 2. num. 19.* docentur D. Thom. 2. 2. *quest. 8. art. 7.* Scot. *in 4. d. 38. quest. unica.* Richard. *ibidem artic. 7. quest. 3.* Palud. *quest. 1. num. 10.* Haberurque *in cap. 1. de de voto, lib. 6.* Fit autem expressa professio, cum fit verbis coram legitimo superiore, postquam illam acceptare nomine Ecclesie, siue fiat in publico, siue in secreto, ut notat Durand. *in 4. d. 38. quest. 1.* Richard. Scot. *proxime,* haberurque *in capit. Insinuante. Qui clerici vel vouentes,* contra Magistrum loco citato. Fit tacita professio, gestationem habitus professorum Religiosorum proprii per triennium, minime reclamante tali proficere. Ita D. Thom. *in 4. dist. 38. quest. 1. artic. 2. quest. 3. ad 2.* Richard. *proxime,* Palud. citatus *num. 19.* Gloss. *cap. 1. Qui clerici, vel vouentes,* haberur *cap. Statutus, de regulariis.* secundum Tolet. *lib. 7. capit. 4. numer. 1.* fit per hoc, quod quis post annum probationis actum professi facit, ac se ut professum gerit. Dico *secundum.* Votum solemne siue per susceptionem sacri ordinis, siue per professionem Religionis probatae, dirimit matrimonium post illud contractum. Ita habetur *ca. insinuante. Qui clerici, vel vouentes. ca. unico de voto.* Conc. Trid. *sessi. 24. can. 9.* Dicitur *serium.* Votum solemne Religionis factum post matrimonium contractum, dirimit illud ratum, nondum consummatum. Ita D. Thom. *in 4. d. 27. qu. 1. ar. 3. qu. 2. ad 2.* Richard. *ibidem ar. 2. qu. 1.* Durand. *qu. 1.* Palud. *qua. 3. Scot. d. 31. que. unica.* Haberur *cap. 2. et ca. Ex publico de consuetudinibus coniugaz.* Est enim hoc priuilegiu a Christo Domino Religionis concessum, iuxta commune Doctorum interpretamentum, atque proloquium. Probatu hanc conclusio ab aliquibus ex eo, quod Christus Dominus a nuptijs Ioannem vocauit, coaptauitque in Apostolatam, ut videtur asserere D. Hieron. *in prolog. Euangelij Ioannis,* et in *prolog. Apocalypsis.* D. August. *in prolog. operum. Ioan. Palud. in 4. d. 27. que. 3. nu. 25.* Maior. *ibidem quest. 2.* Almain. *de peccatis. Eccles. ca. 15.* Quia tamen hanc opinio falsa esse probatur a Cardinale Baronio *tomo 1. ann. Christi. 31. fol. 106. parum* firma est illorum probatio. Hinc factum fuit, ut intra duorum mensium spacium concedant coniugibus ad deliberandum, an illis ante consummationem matrimonij vtilius sit ad religionem migrare, intra quod spacium

pouet

neuter alteri teneretur debitum reddere. Ita habetur *capit. Verum, capit. Ex publico, de conuers. coniug. capit. Desponsatam, cap. Decreta 27. quest. 2.* Notat D. Thom. & Richar. *Supra. Sotus d. 27. qua. 1. ar. 4.* Ideo rectè asserit Couarru. peccare mortaliter sponsum, vi comprimentem sponsam intra illos duos menses, volentem ingredi monasterium, & profiteri. Nomine vero religionis comprehenditur religio sancti Ioannis, vt contra Sotum asserit Nauarr, *libr. 3. conf. in 2. consilio de conuers. coniug. Card. quest. 178.* claretque assertum ex statutis illius Religionis ab Ecclesia approbatis: sit enim in ea vera castitatis professio. Nō tamen tertij ordinis Dominicanorum, & Franciscanorū, quanquam sint Religiones approbatae, sic Tolet. *libr. 7. ca. 4. num. 1.* Dico *quartum.* Votum solemne per susceptionem sacri ordinis non dirimit matrimonium ratum ante illud celebratum. Ita textit in *Extrauag. Antiqua, de voto.* Dico *quintum.* Votum solemne, siue per professionem, siue per susceptionem sacri ordinis, non dirimit matrimonium consummatum. Ita habetur *cap. Notificasti 23. quest. 5. cap. Sunt qui, capit. Agathosa, cap. Cum societas 27. qua. 2. cap. Placet, de conuers. coniug.* Quamquam consummatum fuerit per vim. Ita Richard. *in 4. dist. 27. art. 2. quest. 4. ad 1.* Durand. *quest. 2.* Palud. *quest. 3. num. 10.* Sot. *quest. 1. art. 4. §. quod autem.* D. Anton. *3. p. titul. 6. cap. 21. §. 1.* Couarr. *de matrimon. 2. p. cap. 7. num. 4. num. 10. p. 2.* Ledel. *2. 4. quest. 63. art. 3.* Consummatum, inquam, per veram copulam, non attentatam, vt notant Palud. & Sot. Ratio est, quia per copulam iam mulier sui corporis potestatem non habet, sed vir. Dico *sextum.* Votum simplex castitatis emissum in Societate sacrosancta IESV post expletum biennium nouitatis dirimit matrimonium postea contractum. Ita decreuit Gregor. XIII. propria constitutione, anno Domini 1584. notat Card. Tol. *lib. 7. cap. 4. num. 1.* Dico *septimum.* Nullum aliud simplex castitatis votum dirimit matrimonium. Ita constans est Doctorum sensus *in 4. d. 38.*

2. QVÆST. Quo iure dirimitur matrimonium contractum post solemne castitatis votum, aut post simplex in Religione Societatis IESV? R E S P. Solo iure ecclesiastico. Ita Canonista *in cap. 1. Qui clerici, vel conuertes.* Gloss. Abbas, &

Hosti-

Hostiensis. Guandan. quodl. 5. que. 28. Scot. in 4. d. 31. Richard. art. 7. qu. 2. ad ultim. Palud. qu. 9. num. 49. Anselm. matrim. 3. imped. 5. Rosella. imped. 4. Abulen. cap. 30. Nam qu. 36. Caiet. 2. 2. qu. 88. art. 7. Ratio est, quia seculum Ecclesie determinatione tam Deo traditur per votum simplex, quam per solemne, non minus enim obligatur quo ad Deum voto simplici, quam solemni, ut dicitur Celestinus III. ca. Rursus. Qui clerici, vel vouentes. Iuxta probabiliorem sententiam. Nam oppositum alicuius D. Thom. 4. d. 38. quest. 1. art. 3. quest. 3. Durand. quest. 1. quest. 2. art. 1. & lib. 7. iust. qu. 2. art. 5. Ledesm. 2. 4. quest. 1. art. 4. Cou. de matrim. 2. p. c. 7. §. 4. nu. 7. Vivald. de matrim. num. 142. aiuntque votum solemne dirimere naturaliter matrimonium. Ratio eorum est, quia votum simplex est sola quaedam promissio: votum autem solemne, est realis traditio. Facile veruntamen tollitur fundamentum, quia negamus in voto simplici non fieri Deo totam vouentis traditionem.

3. QVÆST. Licetne aliquando coniugibus, consummato iam matrimonio, ingredi Religionem? R E S P. Dico primum. Probabile est posse coniugem compressam vi, ac obliam à suo coniuge intra duos primos menses à iure confos ad deliberandum de Religione profitenda, Religionem ingredi, ac profiteri inuito altero coniuge, in saeculo remanente. Ita Palud. in 4. d. 27. quest. 3. numer. 10. Sylu. diu. ritum. que. 5. Armil. eodem verb. num. 6. Ratio est, quia dolus, ac fraus nemini patrocinari debeat, ut est iuristarum proloquium. Dico secundum. Cum alter coniux licite potest negare debitum consortium perpetuum, potestque se ab eo separare quo ad torum, & cohabitationem, tunc potest, eo inuito Religionem profiteri, aut sacris ordinibus initiari in saeculo. Ita Palu. proxime. Scot. art. 4. citata que. Sylu. diuortium. §. 13. Armil. eodem num. 11. Habetur de profitenda Religione cap. Agathosa. 27. que. 27. ca. constitutus, ca. Veniens, de conuers. ca. De sacris ordinibus suscipiendis habetur expresse, cap. Mulier, de conuers. coniug. Dico tertium. De communi consensu potest vterque coniux post consummationem matrimonij Religionem profiteri, cap. Cum sis, ca. Verbitus, de conuers. coniug. 27. quest. 1. Oportet autem (si iuue-

nes sunt) vt ambo profiteantur simul, nec vnus recipiatur ad profitendum, altero in sæculo remanente. Ita dicitur *ca. Cum sis*, citato, & *ca. Ad Apostolicam de conuer. coniug.* Tempus autem profitendi non oportet, vt mathematice expectetur, hoc est, vt in eodem puncto temporis profiteantur, sed moraliter, ne detur periculum morale, vt qui post professurus est, redeat ad sæculum. Ratio est, quia aliter coniux adolescens remanens in sæculo periculo incontinentiæ maneret expositus, quod quidem, velis, vt aiunt, ac remis omnino fugiendum, iuxta Pauli consilium: *Melius est nubere, quam vri.* Per hanc vero professionem non rumpitur vinculum matrimonij (vt soluitur vinculum matrimonij tantum rati) sed adhuc remanent veri coniuges, *cap. Si quis 27. quest. 2. ex 6.* Synodo generali. *cap. Ex publico. de conuers. coniug.* Hinc manifestè colligitur posse coniugem proeclatæ ætatis, in quo non est periculum incontinentiæ, facultate donare alterum consortem, vt Religionem profiteatur, eo remanente in sæculo. Occurrit vero non leue dubium, an possit ille talem facultatem reuocare. Cui respondeo. Peccat mortaliter eam absque iusta causa reuocando. Ita Scotus in *4. d. 32. quest. 1. art. 2.* Durand. *qu. 2. ar. 3.* Palud. *qu. 2. num. 17.*

4. **QVÆST.** *Contessit vxor iuueni marito facultatem profitendi Religionem, inscia quidem se teneri etiam Religionem profiteri, ne remaneat exposita periculo incontinentiæ. Rogo, an ea reuente Religionem profiteri, teneatur maritus professus ad vxorem redire, & vitam coniugalem cum illa agere* **RES P.**
Tenetur. Ita Gloss. *cap. Agathosa 27. quest. 2. ver. vel ipsa.* Scot. in *4. d. 27. qu. 1. art. 4.* Scot. & Durand. citati. Videturque aperta decisio *cap. 1. & cap. Ex parte Abbatis. de conuers. coniug.* Ratio est, quia talis facultas fuit ex ignorantia præstita, & ideo nulla ad professionem faciendam validè, obligantemque ad remanendum in Religionem, hinc apertè colligitur, teneri vxorem consciam iuris, quæ tali facultate maritum donauit, sub mortali Religionem profiteri, esseque ad professionem compellendam. Ita habetur *capit. Agathosa citato, & cap. Qui vxorem 33. quest. 5.* Gloss. Durand. Scotus, & alij citati. Ratio est, quia talis confessus

sus

sus in professionem mariti inuoluit obligationem
fitendæ Religionis, quam ipsa probe sciebat,

De impedimento Cognationis. Sect. 4.

- 1 Quotuplex est cognatio.
- 2 Quot sunt lineæ cognationis naturalis.
- 3 Quot sunt gradus in lineis.
- 4 An gradus pro matrimonio sint computandi scilicet
dum ius canonicum.
- 5 Qui gradus in cognatione naturali dirimit natura-
li iure.
- 6 Qui gradus in cognatione naturali dirimit iure
ecclesiastico.
- 7 De cognatione spiritali.
- 8 De cognatione legali.
- 9 De gradibus cognationis legalis.

QUÆSTIO. Quotuplex est cognatio inducens impe-
dimentum dirimens ad matrimonium contrahendum
& quomodo definitur, & diuiditur? R E S P. Triplex
nimirum naturalis, legalis, spiritalis. Naturalis, est
sanguinitas duarum personarum, quarum vna ab altera
vel ab eadem descendunt, carnali propagatione.
Ita Præpositiu. in arbore consang. libr. 6. Nauar. cap. 22.
numer. 4. Diu. Thom. in 4. d. 40. artic. 1. Durand. questio.
Scot. que. unica. Palud. que. 1. num. 6. Diuiditur vero cog-
natio naturalis in agnationem, & cognationem. Ita
L. Iurisconsultus. ff. de gradib. affin. refertque Palud.
ubi proxime. Enimuerò agnati dicuntur ij, qui per pater-
nam lineam; cognati vero, qui per maternam descen-
dunt; vt notat Couar. loco citato, numer. 2. §. ex eadem cog-
natio legalis, est propinquitas personarum ex adoptione
vnius, ab altera proueniens. Ita Gloss. cap. unico, de cognat.
legal. Nauar. cap. 22. numer. 44. Viguer. in Instit. Cathol. ca. 20.
numer. 7. ex Palud. & Sylu. Est autem adoptare, legitime
assumere tertiam personam in filium, & nepotem, &c.
Adoptio autem, est extraneæ personæ in filium, vel ne-
potem,

potem, &c. legitima assumptio. Ita D Thom. in 4. d. 42. quest. 2. artic. 1. Durand. qu. 2. Sor. qu. 2. art. 1. Sylu. Armil. & alij Summistæ. verb. adoptio. Nomine extraneæ personæ veniunt, quicunque non erant sub potestate adoptantis, licet sanguinis propinquitate coniuncti, sic Mardochæus adoptavit Hester filiam fratris sui, Hest. 2. habetur Institut. de adoptionibus, §. sed hodie. Dixi legitima, quia secundum leges aliqui adoptare prohibentur. Eos referunt Palud. in 4. d. 42. qu. 1. art. 1. nu. 16. Sotus quest. 2. art. 1. ad 2. Sylu. adoptio. Prohibentur imprimis ij, qui sui iuris non sunt. 2. Minores viginti quinque annis. 3. Minor natu nequit adoptare maiorem natu, imo debet pater anteedere filium adoptatum annis octodecim. Institut. de adoptio. §. minorem natu. 4. Is, qui ob impotentiam non potest validum contrahere matrimonium, tales sunt spadones, castrati, frigidi, maleficiati perpetuo. L. 2. ff. de adoption. notat Div. Thom. loco proximo. §. Fœmina. Institut. de adoptionibus. §. Fœmina. 6. Sexagenarius adhuc vegetis viribus constans nequit adrogare. Verum tamen hæc persequi alienum est à nobis. Duplex autem est hæc cognatio legalis, vna est adoptio, altera est adrogatio. L. Generalis. ff. de adoption. Institut. eodem tit. nu. adoptio, notat D. Tho. citatus. Cou. de matr. 2. p. ca. 6. num. 5. Est autem latum discrimen inter adrogatum, & adoptatum. Nam adrogari nequit nisi ille, qui est sui iuris, adoptati verò potest etiam ille, qui est sub potestate parentum. Ratio est, quia adrogatus transit in potestatem adrogantis: adoptatus vero minime. Deinde quia licet tam adoptatus, quam adrogatus succedant parenti, aut auctori adoptanti, & adoptanti, mortuo ab intestato: adrogatus tamen habet legitimam in bonis adrogantis, à qua nequit excludi, sicut si esset legitimus: non ita adoptatus. Tertio, quia adrogatio fieri nequit absq; Principis auctoritate, adoptio vero fieri potest sola auctoritate magistratus competentis. Quarto, quia ad legitimam adrogationem requiritur, ut filius adrogatus interrogetur, an velit adrogari & similiter, ut interrogetur pater, an velit illū adrogare: ad adoptionem verò hæc celebratio non exigitur à iure. Ita Richa. in 4. d. 42. art. 2. qu. 1. ad 3. & Durand. supra. Cognatio spiritualis, est propinquitatis, personarum proveniens ex vera Baptismi, aut

Confir-

Confirmationis collatione: aut ex baptizati, vel confirmati susceptione. Duplex autem est hæc cognatio spiritualis. Paternitas nempe, & compaternitas. Paternitas remanet inter ipsum baptizatum, & baptizantem, & inter ipsum baptizatum, & paternos, inter confirmatum, & confirmantem, atque inter confirmatum, & paternos. Compaternitas manet inter susceptorem baptismi, & parentes baptizati, atque inter baptizantem, & parentes baptizati: similiter inter confirmati parentes, atque paternos confirmati, similiter inter confirmantem, & parentes confirmati. Ita nouissime decreuit Concilium Trullanum session. 4. cap. 2. sublata omni alia cognationis spiritualis specie.

2. **QVÆST.** Quot sunt lineæ in cognatione naturalis?
RESP. Duæ: vna est recta, altera est transversa. Hæc recta linea ordo, seu ordinata collectio personarum sanguinitate coniunctarum. Linea recta, est collectio personarum quarum prima producit secundam, secunda tertiam, tertia quartam, quarta quintam, & deinceps, veluti pater filius, nepos, &c. descendendo, atque in hac collectione appellatur recta linea descendentium. Nam si a superiori incipiamus sursum versus, appellatur recta linea ascendentium. Linea autem transversa, est collectio personarum, quæ ab vno, eodemque principio (stipsum appellant Doctores) sanguinis propinquitate emanantalis est collectio fratrum, patruelium, consobrinorum, amitorum, &c. Hanc autem lineam veluti scalam designant Doctores, personasque eius appellant gradus, quibus veluti descenditur à principio, ad principium, vel ascenditur, à principio, ad principium, seu recta descendendo, seu ad latus oblique progrediendo.

3. **QVÆST.** Quot sunt in vnâquaque lineâ gradus?
RESP. Dico primum. Secundum ius canonicum in recta ascendentium, & descendentium lineâ, tot sunt gradus, quot sunt personæ, dempta extrema. v.g. Pater & filius sunt gradus personæ, dempta vna à qua incipimus, siue ascendendo, siue descendendo remanet altera, & ideo pater, & filius sunt in primo gradu rectæ lineæ. Pater, filius, nepos, sunt tres personæ, dempta vna, remanent duæ, ideo nepos & auus sunt in secundo gradu rectæ lineæ, proauus, & pronepos sunt

sunt in tertio: abauus, & abnepos in quarto, tritauus, & trinepos in quinto. Ita habetur *cap. Parentela. 35. quest. 5.* Dico *secundum*. Ex iure canonico in linea transuersa æquali (est autem linea transuersa æqualis quando duæ personæ distant in eodem gradu à communi stipite) quo gradu alter distat à communi principio, seu stipite, eodē distant, in se. v. g. Germani fratres à patre distant in primo gradu, eodem distant inter se. Dico *tertium*. Secundum ius canonicum in linea transuersa inæquali (id est, quando alter à communi stipite distat inæqualiter) quo gradu à communi stipite distat remotior, eodem distant inter se. Verbi gratia, fratris filius, & patruus sunt in secundo gradu collateralium, quia fratris filius, distat à communi stipite, id est ab auo in 2. gradu. Ita habetur *cap. si de consan. & affin.* Dico *quartum*. Secundum ius Cæsareum in vtraque linea, recta scilicet, & transuersa, siue æquali, siue inæquali, tot sunt gradus, quot numerantur personæ, vna dempta, à qua incipimus, v. g. duo fratres sunt in secundo gradu, quia cum patre à quo incipiunt numerati, faciunt tres personas. Has quatuor regulas supra positas tradunt D. Thom. in *4. d. 40. ar. 2.* Scot. *qu. unica.* Durand. & Palud. *quest. 1.* Richard. *art. 1.* Sorus *qu. 1. art. 2.* Couar. *de matr. 2. p. ca. 6. §. 6. nu. 2.* Lud. Molin. *tom. 1. iust. tract. 2. disput. 161.*

4 QVÆST. In causa matrimoniali secundum quod ius, computandi sunt gradus? R E S P. Secundum ius canonicum. Ita Gloss. in *arb. consang.* Francus *ca. 2. de arbore: in 6.* Couar. *de matrimon. 2. p. ca. 6. §. 6. num. 8.* dicens hanc esse communem opinionem. In hæreditatibus verò, & successionebus standum est iure Cæsareo, in vtroque foro. Ita citati Auctores adnotant, præcipue Couarruias, citans Ioan. And. & Præposit. Notat verò Molina in computatione iurisciuis, non dari primum gradum in linea collateralis, quia semper sunt tres personæ.

5 QVÆST. In quibus gradibus consanguinitatis prohibetur matrimonium iure naturali, & est irritum, si contrahi intendatur? R E S P. Opinio fuit grauissimorum Auctorum in omnibus gradibus rectæ lineæ, quamuis in infinitum protendatur, prohiberi matrimonium iure naturali. Ita Doctores in *4. dist. 40.* Richard. *artic. 1. quæ. 4.* Scot. *quest.*

Medull. Casuum.

A a a

unica

unica. Durand. *quest.* 1. Palud. *quest.* 1. num. 14. Maior. 2. D. Anton. 3. p. tit. 1. cap. 14. §. 2. Summistæ *ver. matrim.* 8. *quest.* 6. Armil. num. 25. Victor. num. 295. Vigor. *insti.* cap. 16. §. 7. fol. 210. Caius iur. consult. & Gloss. in *L. Nuptis.* 4. ff. de ritu nupt. Praposit. & Gloss. in *ar. can.* nouissimè docuit Tolet. lib. 7. cap. 5. numer. 7. Ratio est, quia in recta linea omnibus personis superioribus deberur reuerentia ab inferioribus, & ideo descendente quantumuis remotissimi, dicuntur filij superiorum, quibus descendunt, & ideo Christus Dominus appellatur filius David. Iuniores tamen Theologi in aliquibus gradibus agnoscunt hanc prohibitionem naturalem, non in omnibus. D. Bonauent. in 4. dist. 40. *quest.* 1. Dionys. Cath. qu. 1. §. *his visis.* Caietan. 2. 2. *quest.* 1. art. 9. eam agnoscunt in solo primo gradu, Sotus verò in 4. d. 40. *quest.* *unica.* art. 3. *concl.* 2. eam agnoscit etiam in secundo gradu, atque certum esse non promittendi tale impedimentum ultra 4. gradum. Idem tenet Angel. *Conuar. de matrim.* 2. p. ca. 6. §. 6. num. 12. ait tale impedimentum excurrere vsque ad 20. gradum. Ledesm. 1. q. 5. 3. dub. 2. docet tamdiu hoc impedimentum durare, quamdiu intercedit ius amicitiae, & familiaritatis. Dico secundum. In linea transfuersa consanguinitatis in primo gradu, datur huiusmodi impedimentum iuris naturalis. Ira Diu. Augustin. lib. 15. *civ. cap.* 16. Scot. in 4. dist. 4. Palud. *ibidem* *question.* 1. num. 23. Maior. *quest.* 3. *Sot.* *quest.* 1. art. 3. D. Anton. 3. p. tit. 1. cap. 14. §. 2. Cathar. lib. 1. *contra* Caietan. *cap. de matrim.* 2. p. cap. 6. §. 10. num. 1. Soto *de matrim.* lect. 10. *concl.* 2. Bellarm. *de matrim.* cap. 28. Aristot. lib. 2. *Pol.* Quamobrem merito grauius damnat Sotus opinionem Caietani oppositum asserentem. Ratio est, quia omnis, quantumuis Barbara natio, ab hoc matrimonio auertitur.

6 *QVÆST.* In quibus gradibus consanguinitatis prohibetur matrimonium iure Ecclesiastico? *R E S P.* Prohibetur usque ad quartum gradum. Ita decernitur *capit.* Non debet de *consang.* ex Conc. Lateran. sub Innoc. III. celebrato anno ferme 1200. & in Conc. Trid. *sess.* 24. *ca.* 5.

7 *QVÆST.* Impeditne cognatio spiritualis matrimonium? *R E S P.* Impedit, *ca.* 1. de *cognat. spirit.*

8 *QVÆST.*

8 QVAEST. In quibus gradibus illud impedit? R E S P. In ijs, quos supra assignavi ex Concilij Tridentini nouo iure.

9 QVAEST. Impeditne, ac dirimit matrimonium cognatio legalis? R E S P. Impedit, ac dirimit. Ita habetur cap. Ita diligere. 30. qu. 3. ca. unico de cong. legal.

10 QVAEST. In quibus gradibus impedit, ac dirimit matrimonium cognatio legalis? R E S P. Dico primum. Primus gradus adoptionis fit inter adoptantem, & adoptatum, ac adoptati filios, & nepotes vsque ad quartum gradum. Dico secundum. Secundus gradus adoptionis fit inter adoptantis filios, & ipsum adoptatum. Ita habetur cap. unico de cognat. leg. Dico tertium. In primo gradu adoptionis matrimonium est nullum vsque ad quartum. In secundo autem est nullum, quatenus filij naturales, & adoptatus sunt in potestate parentis adoptantis, sic Tolet. lib. 7. ca. 4. nu. 7. ex communi sententia.

De impedimento Crimini.

Sect. 5.

1 Quid Doctores intelligunt nomine criminis.

1 QVAESTIO. Nominis criminis quid Doctores intelligunt? R E S P. Quatuor peccata. Primum est peccatum, quod vxor committit occidendo proprium virum, adiuuante eam amasio ante adulterium, qui vult cum ea matrimonium contrahere. Ita cap. Laudabilem de conuers. infidelium. capit. Si quis viuente 31. quest. 1. Requiritur tamen, vt ambo ad mortem concurrant. Ita Armil. ver. matrimon. num. 30. Nau. ca. 22. nu. 46. Sor. d. 37. qu. 1. ar. 4. Bellar. de matr. ca. 22. textus expressi. dicto ca. Laudabilem. Satis est concurrere per se, vel per alium, immediate, vel mediate, praecipiendo, iuuando, consulendo, nō tamen sufficit rati habitio. Ita Sco. in 4. d. 35. D. Anto. 3. p. tit. 1. ca. 5. Ang. matrimon. 3. imped. 9. §. 6. & 7. & Gloss. dicto ca. Laudabilem, & ca. Si quis viuente. Satis est quouis mortis genere maritum occidere, seu ferro, seu veneno, seu suffocatione, &c. Requiritur insuper, vt concurrant ad mortem animo sibi inuicem nubendi. Ita D. Thom. in 4. d. 37. ar. 2. Bonau. ar. 2. qu. 3. Richard. ar. 2. qu. 2. Dura.

A a a a

quest. 2.

quæst. 2. Scot. D. Anton. Nau. citatis locis. Requiritur de-
 que, ut mors secuta fuerit ex vi machinationum adu-
 bitarum. Ita iidem Doctores *Secundum* est, quod con-
 mittit coniux post commissum adulterium, vel adu-
 occidendo consortem per se, vel per alium, quous
 do occidat, ut dixi *in superiori puncto.* Ita decernitur, *ca.*
per eo, de eo, qui duxit. Tenent Doctores *in 4. d. 37. cum 1.*
 Tho. ar. 2. Circa hanc criminis speciem dubitant Aucto-
 res, an intelligendum sit de solo viro occidente vxo-
 Affirmat quidem Viet. *de matr. nu. 292.* Oppositum docet
 Palud. *in 4. d. 37. qu. 2. nu. 8. Syl. matrim. 8. qu. 8.* habetur
 expresse *in ca. Si quis viuente sup. citato.* Dubitant deinde
 an requiratur, ut coniux adulterans, vel adulter ipse oc-
 cidat consortem eo animo, ut contrahat cum adultero.
 Negat Caiet. *ver. matr. Armil. num. 30.* Oppositum docet
 communis opinio, ut faterur Caietan. *in 4. d. 37. cum D.*
 Tho. & Bonau. *ar. 2. qu. 3. Richar. ar. 2. qu. 2. Dur. q. 2. Scot.*
 D. Anton. Nau. *loco citato.* Et quamuis textus expressus
 non sit ita determinans, communis Doctorum sententia
 iuris mentem ita interpretata est. Dubitant tertio, an re-
 quiratur scientia impedimenti huius ex utraq; parte ad-
 ulterantis. Affirmat probabilius Nauar. *in sum. ca. 22. nu.*
 46. Ratio eius est, quia tam in hac, quam in tertia cri-
 minis specie loquuntur canones de adulterio: sed in ter-
 tia specie Doctores exigunt hanc sententiam; ergo in se-
 cunda. Tertium peccatum est adulterium cum data fide et
 coniugio contrahendo cum adultero. Ita decernitur ex-
 presse *ca. 1. ca. Significasti, ca. Veniens, de eo, qui duxit in ma-*
trim. Tradunt Doctores *in 4. d. 35. cum Magistro.* Dubi-
 tant Doctores; utrum promissa fides debeat precedere,
 an subsequi adulterium. Satis tamen est, siue precedat, siue
 subsequatur. Ita Arm. *ver. matrimo nu. 27.* Per, Soto *lib. 1.*
 colligiturq; satis ex *tex. ca. citati.* Dubitant deinde, an re-
 quiratur mutua promissio nubendi. Dico tamē satis esse,
 si ab vno, adultera nimirum, vel adultero fiat. Ita Palud.
loco citato, habeturq; in ca. Significasti, & ca. Veniens citata.
 Dubitant tertio, an sufficiat simplex, & nuda promissio,
 facta ab vno, & acceptata ab alio. Eam questionem in-
 decisam omisit Richard. *in 4. d. 35. art. 3. qu. 4.* D. Anton.
 3. p. 18. 1. capit. 5. Satis tamen promissionem illam esse do-
 cet

cet Palu. in 4. d. 34. qu. 1. nu. 17. Gabr. d. 35. art. 2. Sor. d. 37. quæst. unic. ar. 4. Angel num. 1. Dubitant quarto, an requiratur formale adulterium ex utraque parte adulterantis, & scientia talis impedimenti ad matrimonium. Affirmant Palud. in 4. d. 34. qu. 1. nu. 17. Maior. qu. 2. d. 37. qu. 1. ar. 4. & est communior sententia. Quartum peccatum est, quod committit adulter coniux contrahendo de presenti cum adulterante complice, vivente altero coniuge innocente. Ita ca. Significavit, ca. Ex literar. ca. fin. de eo, qui duxit. Tenet communis, vbi supra,

De impedimento circa cultus disparitatem. Sect. 6.

- 1 Vbi continetur hoc impedimentum.
- 2 An cultus disparitas impediatur naturaliter.
- 3 An in cultus disparitate sit periculum subuersionis.
- 4 An sit hoc impedimentum nunc ex iure positivo canonico.
- 5 An prohibeatur iure cæsareo.

1 **Q**VAESTIO. Vbi continetur hoc impedimentum in iure canonico? **R**ESP. Non est textus expressus apponens hoc impedimentum dirimens: sed habetur ex consuetudine Ecclesiæ vniuersalis iam à præcis temporibus introducta, vim legis habente ex communi doctorum consensione, vt notat Coua. 2. p. de matr. cap. 6. §. 11. Prohibetur quidem in Concilijs Agathensi, Toleran. 3 & 4. & Calcedonensi, idque ex auctoritate Pauli 1. Corinth. 7. Cui vult nubat, tantum in Domino, & 2. Corinth. 6. Nolite iugum ducere cum infidelibus. Veruntamen in toto iure canonico non deceratur hoc impedimentum esse dirimens.

2 **Q**VAEST. Estne hoc impedimentum de iure naturali? **R**ESP. Affirmauit Ambr. Cathar. lib. 5. in Caiet. capit. de matrim. §. inter disparez cultus. Oppositum docet Richard. in 4. d. 39. ar. 1. qu. 1. Durand. ad 2. Scot. ad 3. Palud. qu. 1. nu. 5. & 6. Caiet. proximo loco, Sor. d. 39. ad 2. Couar. de matrim. 2. p. cap. 6. §. 11. num. 1. Viuald. de matrim. nu. 218. Ideo circa dispensationem tempore legis Naturæ, Ioseph nupsit

Aegyptiæ, Moyses Madianita. Tempore legis scripturae
Booz Moabitidi, Hester Assuero Chaldaeo. Tempore
gratia, sancta Monica viro Pagano, Clotilda Chri-
stiana, Clodoueo Ethnico Regi Francorum, ut ait
Bellarm. de matr. li. 1. ca. 23. col. 4.

3 QVÆST. Estne in tali coniugio periculum subue-
R E S P. Magnum ex natura sua. De eo D. Cyprianus
contra Iudæos, cap. 62. Ambrosius, lib. 1. de Abraham, qui
fertur cap. Caue Christiane, 28 qu. 1. Ideo D. Paulus do-
monet 2. Corinth. 6. Nolite iugum ducere cum infidelibus
que enim participatio iustitiæ cum iniquitate, aut qua
uentio lucis ad tenebras: aut qua conuentio CHRISTO ad
fial: aut qua pax fideli cum infideli.

4 QVÆST. Estne hoc impedimentum nunc in legem
ex iure positiuo diuino? R E S P. Minime quidem. In
in 4. dist. 39 artic. 2. Durand. quæst. 1. ad 2. Covar. de ma-
trimon. 2. p. cap. 6. 11. num. 1. D. August. lib. de fide, & opor-
cap. 19. Ratio est, quia nullum inuenitur tale præceptum
in lege Euangelica. Enim vero dicta D. Pauli relaxata, non
continent præceptum, sed consilium, ut notat Sotus loco
proximo, quamquam Aug. ad Polentium, quem citat
Gratian, ca. Sic enim. 28. qu. 1. illud lata vocabuli vitio
tione, appellet præceptum.

5 QVÆST. Prohibeturne iure Casareo matrimonium
cum aliquo infideli? R E S P. Maxime. Prohibetur sub
tis pœna cum Iudæo, vel Iudæa, L. Ne quis Christianus
Cod. de Iudæis, Item lib. 4. Ordin. Castell. tit. 11. in L. 3. Pro-
hibetur cum Gentili. Ita Cord. Theodosiano libro 3. tit. 10.
& lib. 4. Ordin. Castell. tit. 11. in L. 3.

De vi, impedimento dirimente matri-
monium. Sect. 7.

- 1 Quid intelligitur per vim.
- 2 An metus grauis dirimat matrimonium iure natu-
rali
- 3 An per iuramentum firmetur consensus extortus
tu cadente in constantem virum.
- 4 Quis metus est cadens in constantem virum.

- 5 An alius metus, qui non sit cadens in constantem virum, dirimat matrimonium.
- 6 Quid dicendum de metu reuerentiali.
- 7 An Princeps possit cogere subditos ad matrimonium.
- 8 An pater possit cogere filium ad matrimonium.
- 9 Quid dicendum de Principe, ac Patre cogente subditum, aut filium ad matrimonium ex iusta causa.

1 QVAESTIO. Quid intelligitur per vim, quoad impedimentum dirimens matrimonij? R E S P. Merus cacoens in constantem virum. Quod vetò sit impedimentum dirimens matrimonij, habetur cap. Veniens. 2. de sponsalibus ca. Cum dilectus de his, quæ vi, cap. de nepris. 31. qu. 2. Tenent Doctores in 4. d. 29. Abb. Mag. art. 4. Rich. ar. 1. qu. 1. D. Tho. art. 3. qu. 1. Durand. qu. 2. ad. 2. Pal. qua. 1. num. 18. & 19. Ratio verò cur Ecclesia induxerit hoc impedimentum, fuit, quia cum matrimonium sit vinculum indissolubile, requirit maximam libertatem: hæc autem impedit merus grauis cadens in constantem virum.

2 QVAEST. Dirimitne metus grauis cadens in constantem virum matrimonium etiam iure naturali? R E S P. Negat Durand. in 4. d. 29. quæst. 2. Palud. qu. 1. nu. 20. Sor. quæst. 1. art. 3. Ratio eorum est, quia cum tali metu adhuc datur consensus contrahentium. Affirmant tamen Richard. & Scot. citati proxime. Ledesm. 2. 4. qu. 49. art. 3. Vic. de matrim. num. 268. Almain. in 4. d. 29. Ratio est, quia talis metus contrarius est præcipuo fini matrimonij, qui est indissolubilitas: nam consensus extortus per talem metum nequit esse perpetuus, siquidem quod quis non diligit, facile contemnit, hoc est, dimittit, vt tanquam sapientum proloquium affertur ca. præsens 20. qua. 3. Quamquã igitur verum sit, dari in tali metu adhuc consensum contrahentium, talis consensus non est sufficiens.

3 QVAEST. Facitne validum ad matrimonium talem consensum metu graui extortu consentientis, iuramentum de

libere contrahendo tunc matrimonio? **R E S P.** Minime. In
 Gloss. ca. Significavit. de eo, qui duxit. Richard. in 4. d. 2. qu.
 2. art. 1. ad ult. Palud. qu. 1. num. 32. Soto citatus, Couar. de
 matrim. ca. 3. §. 5. num. 3. Ratio est, quia iuramentum
 obligat ultra consensum supra quem cadit: sed consensu
 talis est inualidus, ergo iuramentum illum firmans.
 4 **Q V A E S T.** Quis metus dicetur cadere in constantem terro
 rum, dirimens matrimonium? **R E S P.** Dico primum. Me
 detrimenti grauis corporalis, nisi consentiat in mat
 monium: graua autem sunt detrimēta corporalia mor
 aut enormis cruciatus, capit. Cum dilectus. de his, qua
 acerba vincula, aut diuturnitas carceris. L. Nec trueris
 L. Qui in carcere. ff. quod metus causa: minā Principis ty
 rannice eas exercentis: seruitus, quæ mors est civilis, ut
 notat Palud. sup. & Sot. artic. 2. Stuprum notat D. Thom.
 in 4. d. 29. qu. 1. art. 2. Durand. qu. 2. Palud. qu. 1. nu. 13. am
 sio status, vel bonorum omnium. Text. & Gloss. ca. Abbas
 de his qua vi, Couar. sup. num. 18. Nauar. cap. 22. num. 10.
 Qui addunt sufficere ad hunc metum amissionem patris
 magnorum bonorum. Infamia. Ita D. Tho. & Dura. citat
 locis. Censetur autem horum detrimentorum metus gra
 uis non solum respectu propriae personae, sed etiam re
 spectu propriae vxoris filiorum patris, matris, auis, nepo
 tis, fratrum, ut notat D. Thom. loco proximo, ac de filiis ex
 primitur L. Isti quidem. ff. quod metus causa. Pensanda autem
 est horum detrimentorum grauitas ex personarum com
 plexione naturali, ac proinde minor timor erit grauis
 comparatione feminae, quam maris, comparatione ho
 minis debili corde quam magnanimi. Ita Gloss. cap. Cou
 locum. de sponsal. communiter receptam teste Nauar. cap.
 22. nume. 51. §. prae mitto. Dico secundum. Requiritur, ut me
 tus sit ab extrinseco illatus. Ita praeter alios, Richard.
 in 4. d. 29. artic. 1. quae st. 1. Nam metus talium malorum ab
 intrinseco ortus, non inualidat matrimonium, quemad
 modū non inualidat votum, ut habetur ca. 2. de reuoc. de
 sibi tenet Abbas, Sylu. votum 2. §. 12. Couar. de matrim. 2.
 p. capit. 3. num. 16. Sot. in 4. dist. 29. qu. 2. art. 3. Ideo valet
 matrimonium, quod contraheret damnatus ad mortem,
 si ex permissione legum acciperet meretricem in vxo
 rem, ut notat Soto, & Couar. Dico tertium. Requiritur
 insuper,

insuper, vt talis metus iniuste inferatur: nam si iniuste inferatur, non inualidat. Vnde si quis comprehensus in stupro propter minas pœnarum à iusto iudice, apposta iusta accusatione sumendarum, stupratae fœminæ, aut alij nubat, verum contrahit matrimonium, quoniam talis metus est iuste illatus, nec enim fit iniuria ei, cui inferetur.

5 QVÆST. *Estne aliquis metus citra metum cadentem in constantem virum, qui dirimat matrimonium?* RES P. Dubius hæret Sotus in 4. d. 49. quest. 1. artic. 3. Negat absolute D. Thom. eadem de artic. 3. qu. 1. Richard. artic. 1. q. 1. Palud. qu. 1. numer. 17. & 20. Duran. quest. 2. Syluest. metus. §. 7. atque teste Durando hæc est communis Doctorum sententia. Aduertendum tamen arbitror hanc communem opinionem limitandam, considerata metus cadentis in constantem virum definitione. Definitur vero metus cadens in constantem virum is, qui illatus, cogit hominem constantem eligere minus malum, vt effugiat maius sibi imminens. Constans autem homo est solus virtuosus, & ideo qui eligit quoduis peccatum leue, pro euitando quouis malo temporali graui, non est vir constans, & prudens, nam eligit maius malum, pro euitando minori: omne enim peccatum, quamuis leuissimum, maius malum est quouis malo alio temporali grauissimo, vt habetur capit. Itane 32. q. 5. cap. sacris. de his, quæ vi. Docet ethnicus Philosophus 3. Ethic. capitul. 1. Abb. capitul. sacris. citato. Nauar. cap. 22. numer. 51. §. quartum. Couar. de mati. cap. 3. §. 4. num. 3. Gl. capit. si aliquid, 22. q. 4. Colligo igitur assertum: nam si metu mortis sponsalia quis contraxit, & eodem metu cogitur consummare matrimonium non affectu maritali, matrimonium non valet, etiam vbi adhuc statur iuri communi, non promulgato, & accepto Concilij Tridentini decreto super reformatione matrimonij. Et tamen accidere ad non suam, quocunque metu fiat, peccatum est lethale: non est autem viri constantis committere peccatum, pro quouis temporalis detrimenti metu; ergo, & c.

6 QVÆST. *Quid censet de metu reuerentiali, dirimitne matrimonium?* QVÆST. Videtur affirmare Nau. in sum. c. 22. num. 51. §. nouum. Negandum tamen est cum Gloss. c.

Presens. Abbat. c. Veniens. r. Præpof. ca. Cum locum imbia
Cum tua de sponsalib. Probatur ex L. si patre cogente. ff. de
ritu nuptiar. decernente matrimonium validum filio, q.
 propter reuerentiam patris illud contraxerat.

7 QVAEST. *Licetne Principi cogere subditum ad ma-*
monium? R. S. P. Minime quidem. Ita decernitur *cap. de*
neptis, cap. Si verum 31. quest. 2. Qua de re extat decretum
 Conc. Trid. *sess. 24. c. 9.* vbi anathematizantur Princeps
 sæculares, qui aliquem cogunt, quo minus libere con-
 trahat. Non comprehendit vero omnino impedire
 ne contrahatur, sed cogentes, quo minus libere contra-
 hatur. Quod maxim opere notandum est.

8 QVAEST. *Licetne patri cogere filium ad matrimonium?*
 R. S. P. Idem de patre, atque de Principe dicendum po-
 to cum Magistro. *in 4. d. 29*

9 QVAEST. *Licet patri, ac Principi ex rationabili, & iusta*
causa inducere subditum, an filium ad matrimonium? R. S. P.
 Licet. Possuntque pater, ac Princeps sub mortali obligare
 subditum, ac filium ad matrimonium contrahendum. Ita
 D. Thom. *in 4. d. 29. ar. 4.* Richard. *ar. 1. q. 4. ad 2. Sor. q. 1.*
art. 4. conclus. 1. §. 2. Nauar. *cap. 4. num. 15.* Bellarm. *de ma-*
trim. cap. 19. §. vlt. Cum igitur subditus, vel filius tenentur
 contrahere matrimonium, possunt Princeps, & Pater
 eos compellere ad contrahendum. Peccatque grauius
 filius, in scijs parentibus, & inuitis contrahendo, nisi sit
 rationabilis causa. Ita Cord. *qu. 171. Victor. de matrimo-*
niis. 269. Nauar. & Bellarm. *citati.* Ratio est, quia in con-
 uentu, grauis parentibus irrogatur iniuria, & aliquando
 ignominia. Ideo Leges iustæ prohibet tale matrimonium,
 absque libero parentum consensu, dū filij sunt sub patris
 potestate. *L. 2. ff. de ritu nup. L. in sponsalib. 2. ff. de sponsalib.*
L. ea que patris ff. de sponsalib. præcipue loquendo de filijs
 bus. Atque de ijs iam viduis, & extra patriam potestatem
 positis, si nondum impleuerunt 25. annum. *L. Vidua. Lib.*
coniunctione. Cod. de nupr. Hæ tamen leges non irritant
 matrimonium contractum per liberum consensum filio-
 rum, & filiarum, quidquid ganniant nonnulli hæretici
 moderni, vt notat Bellarm. *lib. cit. c. 19. §. 20.* Quidquid
 dubitent aliqui Catholici, quos notat Couar. *de matrimo-*
niis. 2. p. c. 3. §. 2. n. 1. Constat veritas hæc ex *c. Veniens. d. 1.*

sponsalibus. c. Sufficiat. 27. quest. 2. Ratio est, quia multa illicita fiunt, quae facta tenent, & valent: nam gravissime peccaret, qui extra sacrum Missae ritum hostiam consecraret, atque calicem, & tamen si consecrarentur, sic panis, & vinum, consecrata manerent.

De Ordine, impedimento dirimente
matrimonium. Sect. 8.

- 1 Qui ordinis gradus dirimit matrimonium.
- 2 An sacer ordo dirimat ratione sui ipsius.
- 3 An sacer ordo, dirimat ex Ecclesiae statuto.
- 4 Quae poenae sunt impostae ei, qui contrahit post sacros ordines.

1 **Q**VAESTIO. Cum in sacramento Ordinis multi sunt gradus, rogo, qui ordinis gradus, dirimat matrimonium?

RESP. Gradus subdiaconatus, diaconatus, & presbyteratus, qui quidem gradus appellantur. Ordines maiores, seu sacri. Ita definitur in Concil. Trident. *ses. 24. can. 9.* Toletan. *1. capitul. 4.* Carthag. *2. capitul. 2.* habetur, *capitul. Extra. de cler. coniug.*

2 **Q**VAEST. Dirimitne sacer ordo matrimonium ratione sui ipsius, an ratione annexi voti? **R**ESP. Dirimit, tum ratione annexi voti: tum ratione sui ipsius amoto voto, Quod dirimat ratione voti solennis annexi, tenent Doctores in *4. d. 38.* habetur aperte, *capitul. 1. de voto, & toto tit. Quae clerici, vel vouentes.* Cœpit autem hoc votum simul cum suscepto ordine sacro fieri ab antiquis Apostolorum temporibus, teste Soto. *6. 7. iust. quest. 6. articul. 2. conclus. 4.* in Ecclesia latina. Quod autem dirimat ratione sui ipsius, tradunt D. Thom. in *4. dist. 7. quest. 1. art. 1.* Scot. *qu. vnic. Dur. quest. 1. ad 1.* Richard. *art. 1. quest. 1.* Maior. *dist. 24. & 27. quest. 1.* Sylu. *matrim. numer. 8. quest. 12.* Couar. *de matrim. 2. p. cap. 6. §. 3. numer. 1.* D. Anton. *3. p. titul. 1. capitul. 8.* Sor. *7. iust. quest. 6. articul. 2.* Ioann. Arbor. *libr. 5. Theosophia, capitul. 7.* Castr. *de hares. titul. sacerdot. haresi. 4.* Habetur *capitul. Olim. de cleric. coniug. capitul. De Syracusana distinct. 28.* Probatum praxi Orientalis Eccle.

Eccle.

Ecclesie, secundum cuius consuetudinem non est
 ordini annexum votum, & tamen matrimonium
 ordinem susceptum est nullum, & irritum. Facti pro
 sententia cap. Si quis. 32. distincti. Constatque hoc
 statutum ex Apostol. can. 27. Ideo si puer ante rati-
 onem usum sacro ordine initiatur, in qua initiatione vere
 characterem recipit, ut tenent Doctores in 4. d. 25. D. Tho.
 Bonavent. Richard. & communis contra Durandum
 teneretur ad votum, ut tenet communior opinio cum
 lud. in 4. d. 25. qu. 3. nu. 10. Sor. q. 1. art. 2. Sylu. Vivaldo,
 alij, quia votum requirit proprium volentis con-
 sensum expressum, & tacitum, vel tamen talis puer
 inhabilis, ad contrahendum ratione status, ut docet
 lud. in 4. d. 37. q. 1. nu. 14. Gab. d. 25. q. 1. ar. 2. D. Anto.
 cit. 1. c. 8. Sylu. matrim. 8. q. 12. Quod idem dicendum
 est de eo, qui propter metum suscepit sacros ordines: rati-
 onem non manet obligatus ad seruandum votum, ut
 tenent Richard. in 4. d. 29. art. 1. q. 2. Sor. qu. 1. ar. 3. Ang.
 Ordo. 3. nu. 26. Nau. capitul. 22. numer. 51. §. nouum. Viald.
 citato loco, numer. 26. ex capitul. Cum locum, de sponsalib., cap.
 Perlatum, de his, que vi. Qua de re Sor. libr. 7. tit. 9. ar.
 1. & dist. 25. quest. 1. ar. 2. & Caiet. tomo 1. Opusc. 1. ar.
 Et tamen talis qui est coactus per metum, manet inhabi-
 lis ad matrimonium, non ratione voti, sed ratione cha-
 racteris.

3 QVAEST. Dirimitne sacer ordo matrimonium secun-
 dum se absque voto, ex ipsius Ecclesie statuto: an vero ex diuino pre-
 cepto? R E S P. Ex ipsius Ecclesie statuto. Ita D. Thoma-
 co citato, & 2. 2. quest. 88. artic. 1. Palud. in 4. distincti.
 quest. 1. numer. 8. Sor. quest. 1. artic. 1. D. Anton. loco pri-
 mo. Et ideo si tam in Ecclesia Orientali, quam in Occi-
 dentali contra ius aliquando mos viguit (ut vult Caiet.
 tom. 1. Opusc. tract. 27. qu. 1. ad.) & videntur haberi in
 Diaconi 28. distincti. cap. Aliter. 1. dist. viguit ante Ecclesie
 terminationem. Vel intelligendi sunt textus ex permis-
 sione, ut notat Sor. in 4. d. 38. qu. 1. ar. 1. Vel de usu permis-
 sione matrimonij ante sacrum ordinem contracti, ut exponant. Ric-
 hard. q. 1. citata ad 3. Catharin. c. 2. in Caietan. Scot. Sor. Co-
 nuar. locus citatus.

4 QVAEST. Qua poena sunt imposita à iure ei, qui post sacrum
 ordinem

indines susceptos matrimonium contrahit? RESP. Manet excommunicatus Clement. unica. de consanguinitat. & affinitat. Manet irregularis. capit. Quotquot. 27. quest. 1. cap. 1. & 2. Qui clerici, vel vouentes, capitul. final. de bigamu. Notant D. Anton. 3. p. titul. 1. capitul. 8. Syluest. irregularitas, numer. 16. Couar. de matrimo. 2. p. capitul. 6. §. 3. numer. 1. Qui auctores loquuntur absoluts, quanquam alij requirant ad hanc pœnam incurrendam consummationem matrimonij. Ita requirit Palud. in 4. d. 27. numer. 12. Richard. artic. 4. q. 1. Angel. Bigamia, numer. 7. Nauarr. capit. 27. numer. 195. Tertio amittit ipso facto, & iure beneficia, quæ habebat cap. 1. 3. & 4. de cleric. coniug. & Glossa. ibid. Quod idem dicendum de initiato minoribus, vt claret ex textu. Neque requiritur consummatio matrimonij, sed satis est contractio vera, vt notat Couar. Peracta tamen pœnitentia, potest vterque ab Episcopo restitui officio, & beneficio tex. expressus, cap. Sane, de cler. coniug.

De ligamine, impedimento dirimente matrimonium:

SECT. 9.

- 1 Quid est ligamen.
- 2 Quo iure est irritum matrimonium contractum post ligamen.

1 **Q**UÆSTIO. Quid est ligamen impedimentum dirimens matrimonium? RESP. Est vinculum coniugij, quo quis ligatus est vxori, etiam ante consummationem matrimonij rati: post quod secundum matrimonium contractum, est irritum, iuxta Conc. Trident. sess. 24. can. 7. & totum ferme titul. de spons. duor.

2 **Q**UÆST. Quo iure est irritum subsequens matrimonium? RESP. Dico primum. Est irritum iure naturali. Ratio est, quia matrimonij vinculum, est iure naturali indissolubile. Ita D. Thom. 3. cont. gent. capitul. 123. & in 4. dist. 33. q. 1. artic. 1. Durand. dist. 28. qu. 2. Scot. distinct. 26. qu. 1. concl. 3. Scot. qu. 2. art. 2. Couar. de matrimo. 2. p. §. 3. numer. 5. Probatu. à D. Thom. quia naturalis inclinatio naturæ, obligat

gar

gat ad educandam prolem per totam vitam, pro con-
uanda specie: sed prolis bona educatio pendet ex libe-
tate vtriusque parentis; ergo & cetera. Deinde, quia ma-
trarius est natura, & aequitati, ut quis utatur muliere
adolescente, tempore quo ei inseruit propter vires dis-
chritudinem, & postea exhaustis viribus, ac amiliorum
decore, quo sine tadio omnibus esse incipit, tam
mittat. Dico *secundum*. Est irritum iure diuino potius
Ratio est quia iure diuino positum matrimonij, con-
rati, & non consummati vinculum est secundum se
dissolubile. Ita D. Thom. *citatus*, Richard. *in 4. dist. 2. q. 2.*
2. ad 1. Durand. quest. 2. Petr. Soto. de matrimonio. lib.
Couar. proxime, habetur ex Conc. Trid. *sess. 24. Probatur*
ex Genes. 2. Quamobrem relinquet homo patrem, & matrem
& adhaerebit uxori suae, Matt. 19. Quod Deus coniunxit, homo
non separet, Moyses ad auertiam cordis vestri permisit uobis
mittere uxores vestras, ab initio autem non fuit sic. Contra
autem haec permissio ex 14. Deut. Quam puram permissio-
tionem minoris mali ad euitandum maius, intelligit
Thom. in 4. d. 3. quest. 2. art. 2. dub. 2. 1. Corint. 7. In
matrimonio iuncti sunt, praecipio non ego, sed dominus, ut non
à viro suo non discedere, quod si discesserit, manere insequatur
aut viro suo reconciliari.

De iustitia publicæ honestatis.

Sect. 10.

- 1 Vnde oritur impedimentum publicæ honestatis.
- 2 Quo pacto definitur impedimentum publicæ honestatis.
- 3 Ex quibus sponsalibus oritur impedimentum publicæ honestatis.
- 4 Ad quem gradum extenditur impedimentum publicæ honestatis.
- 5 Ad quem gradum extenditur hoc impedimentum ortum ex matrimonio rato.
- 6 An oriatur ex matrimonio rato inualido.

1 QUAEST.

QVAESTIO. Vnde oritur hoc impedimentum? **R**ESP.
Ex sponsalibus, cap. Sponsam. Extrauag. de sponsal. &
ca. unic. de sponsal. in 6. Insuper ex matrimonio rato,
& non consummato. Circa hoc non est textus, vt notat
Tolet. lib. 7. c. 10. nu. 1. Est tamen commune interpreta-
mentum Doctorum argumento à minori, ad maius, vt
colligit Panorm. si enim sponsalia, quæ minus ligant, in-
ducunt hoc impedimentum; ergo & matrimonium.

QVAEST. Quo pacto definitur hoc impedimentum? **R**ESP.
Sic. Est impedimentum ab Ecclesia inductum dirimens
matrimonium contractum inter sponsum, & cognatos
sponsæ: & inter maritum, & cognatos vxoris adhuc non
cognitæ carnaliter: & vice versa, intra certum gradum ab
Ecclesia determinatum. Ita Canonistæ cap. Audientiam
cap. Sponsam de sponsali. D. Thom. in 4. d. 41. q. 1. ar. 1. & in
Add. q. 55. ar. 4. Summistæ matrim. Angel. 3. impedim. 14.
Caiet. imp. 10. Armil. n. 46. Nau. c. 22. n. 57. Couar. 2. p. c. 6.
n. 8. §. 1. Vict. nu. 393. Sor. d. 41. art. 3.

QVAEST. Hoc impedimentum ortum ex sponsalibus, ori-
turne ex omnibus sponsalibus? **R**ESP. Minime, sed ex so-
lis sponsalibus certis, absolutis, & validis. Ita decreuit
Bonifac. VIII. c. 1. de sponsal. in 6. & Conc. Trid. sess. 24. ca-
pit. 3. Sponsalia vero incerta sunt, cum quis spondet du-
cere vnã e certis, vel incertis fœminis, non determinã-
do personam, Conditionata sunt, cum apponitur condi-
tio de futuro. Notat Nau. lib. 7. c. 10. n. 3.

QVAEST. Ad quem gradum extenditur impedimentum
ortum ex sponsalibus? **R**ESP. Omissa iuris antiqui deter-
minatione, nouum ius Concilij Trid. sess. 24. cap. 3. sic se
habet. Iustitiæ publicæ honestatis impedimentum, vbi
sponsalia quacunq; ratione valida non fuerint, sancta
Synodus annullat, vbi autem valida fuerint, primum
gradum non excedant. Primus autem gradus intelligitur
in vtraque linea.

QVAEST. Hoc impedimentum ortum ex matrimonio ra-
to, ad quem gradum excurrit? **R**ESP. Circa hoc nihil mutauit
Conc. Trid. vt declarauit Pius V. Extrau. Ad Romanum
spectat, ann. 1566. Ideo, quia olim protendebatur vsq; ad
quartum gradum, nunc etiam adhuc extenditur.

QVAEST. Oritur hoc impedimentum ex matrimonio
rat

rat

rato, inualido tamen propter defectum, seu impedimentum, nuptio tamen cum vero consensu contrahentium. Resp. Oritur ut olim oriebatur. Ita declarauit Pius V. in Extrinsecis Roman. cit. aduertit Nauar. cap. 12. num. 57. Couar. de matrimon. 2. p. ca. 6. §. 2. Viuald. de matrimon. tit. de imped. hon. Palud. in 4. d. 41. quæst. 2. num. 8.

De Affinitate. Sect. II.

- 1 Quid est affinitas.
- 2 An ad affinitatem requiratur copula.
- 3 Ex qua copula oriatur affinitas.
- 4 Ad quos gradus extenditur affinitas.
- 5 De pœna contrahentium in gradibus affinitatis.
- 6 Quis est effectus affinitatis.
- 7 An affinitas dirimat iure naturali.

1 **Q**UÆSTIO. Quid est affinitas? RESP. Est impedimentum ortum ex carnali copula. Ita Doctores in 4. d. Thom. quæstion. 4. ad 2. Durand. quæst. 1. de hard. artic. 1. quæst. 1. Palud. quæst. 1. numer. 9. Satis est copula coacta. Ita Couar. de matrimon. 2. p. cap. 6. §. 7. numer. ex capit. Discretion. de eo, qui cog. consanguin. uxor sua. Satis est habita cum dormiente. Notat Card. & Prepos. & Couar. citato cap. Discretion. Debet esse perfecta copula, & consummata: fit autem perfecta copula, cum semina viri fit intra legitimum fœminæ vas, licet claustrum virginale non frangatur. Notat Anmil. matrimon. numer. 11. Imo hoc impedimentum ex sententiâ multotum. oritur ex sola receptione seminis virilis intra vas, quamquam fugatur à vulua fœminea in balneis, vel arte Dæmonum introducantur: Ita Palud. citato loco. D. Anton. 3. p. tit. 11. Angel. matrimon. 2. imped. 15. num. 5. Sylu. matrimon. 2. p. 15. dub. 2. Et ideo ex sola fractione claustrum, absq; seminatione intra vas, non oritur hoc impedimentum. Ita D. Thom. in 4. dist. 41. artic. 1. dub. 4. ad 4. Nauar. cap. 21. num. 42.

2 QVAEST. *Requiritur omnino copula ad hoc impedimentum?* RESP. Negavit D. Thom. loco proximo, & D. Anton. dicendo etiam oriri ex matrimonio rato, & non consummatio. Oppositum tamen dicendum est cum Scot. in 4. d. 1. §. hic breuiter. Couar. de matrim. 2. p. c. 6. §. 7. num. 2. Abb. & Præpof. ca. Sponsam, de sponsalib. Richard. in 4. d. 41. art. 1. qu. 2. Palud. quæst. 1. num. 18. & quæst. 2. num. 6. declarauitq; Congreg. Card. 3. p. tit. 1. c. 11.

3 QVAEST. *In qua copula oritur hoc impedimentum?* RESP. Oritur tam ex copula maritali, quam ex copula fornicaria. Ita habetur c. Discret. de eo, qui cog. consang. uxoris sue. Non tamen ex copula contra naturam. c. Extr. ord. 33. q. 3.

4 QVAEST. *Ad quem gradum extenditur hoc impedimentum affinitatis?* RESP. Dico primum. Affinitas non habet peculiare gradus distinctos à gradibus consanguinitatis, & ideo quo gradu quis est consanguineus viri, eodem est affinis foeminae ab eo carnaliter cognita, & è cōtra, quo gradu quis est consanguineus foeminae carnaliter cognita à Sempronio, eodem est affinis viri, qui eam cognouit. Ita D. Tho. in 4. d. 41. art. 2. dub. 1. & 2. Durã. quæst. 1. Palud. qu. 1. n. 22. Couar. de matr. 2. p. c. 6. §. 7. num. 6. Dico secundum. Affinitas orta ex copula licita maritali extenditur vsque ad quartum gradum. Ita habetur cap. Non debet. de consang. & affin. Dico tertium. Affinitas orta ex copula fornicaria secundum gradum non excedit. Ita nouiter decreuit Concil. Trid. sess. 24. cap. 4. Dico quartum. Affinitas orta ex copula fornicaria in tertio & quarto gradu, non solum non dirimit, sed nec impedit. Ita declarauit Pius V. motu proprio edito anno Domini 1566 vt aduertit Nau. c. 22. n. 43. & Viuald.

5 QVAEST. *Qua pœna posita sunt à iure ijs, qui contrahunt absque dispensatione in gradibus affinitatis?* RESP. Scla excommunicatio latae sententiæ. Ita in Clem. 2. de consang. & affin.

6 QVAEST. *Quis est effectus affinitatis superuenientis matrimonio?* RESP. Facit tale impedimentum, vt qui fuit in culpa, non possit absque dispensatione petere debitum. Ita supponit Toletus lib. 7. cap. 11. ex communi, & nemini dubia doctrina. Eam refert Viuald. de matrim. tit. de affin. nu. 21. Ratio est, quia per copulam manet affinis vxoris

ris suæ. Est tamen tex. capit. Transmissa. de eo, qui cogit
 sang. vxor. Quoniam vero Conc. Trid. decreuit hoc im-
 pedimentum vsque ad solum secundum gradum, exco-
 rere, qui cognouit consanguineam suæ vxoris in tertio
 & 4. gradu, non manet affinis vxoris, & ideo potest po-
 tere. Quoniam tamen per copulam legitimam habuit
 cum suâ vxore manet affinis consanguinearum vtriusque
 vsque ad quartum gradum, tenerur in confessione discen-
 se cognouisse carnaliter consanguineam suæ vxoris
 tertio & quarto gradu.

7 QVÆST. Impeditne affinitas matrimonium ex iure
 naturali? R E S P. Dico primum. An affinitas orta ex copula
 materiali dirimat in primo rectæ lineæ gradu matrimo-
 nium iure naturali, problema est pro parte affirmatiua
 probabilius. Negantem partem tenent Caiet. 2. d. quest.
 154. artic. 9. Sor. in 4. d. 41. qu. 1. artic. 3. Couar. de matrimo-
 2. p. capit. 6. §. 10. numer. 6. citans August. libr. 3. in Lev. 20.
 61. Affirmant D. Thom. 1. ad Corinth. 5. Abens. Licit. 1.
 Palud. in 4. dist. 41. quest. 1. numer. 27. D. Anton. 3. p. 1.
 tit. capit. 11. Syluest. Papa. §. 12. Gloss. capit. 5. 1. Licit. de
 rest. spoliat. Maior in 4. d. 40. q. 3. Victor. de matr. 2. p. 1.
 5. Viguer. de matrim. cap. 16. 7. Bellarm. de matr. cap. 27. 4.
 alij Vituald. de matrim. tit. de affinitat. Ratio est, quia
 in gradu proposito datur magna indecentia. Quam de-
 dem satis ostendit D. Paul. 1. Corint. 5. Audiat inuicem
 fornicatio, qualis non est inter gentes, ita ut vxorem patris
 quis habeat. Fateor hunc locum exponi ab aliquibus
 tribus, adhuc viuente patre, in quo euentu non solus
 incestus, sed adulterium committebatur. Ita D. Thom.
 Caietan. Roffenus Martyr. Bellarm. de matrimo. cap.
 27. §. 2. Et ideo probabilis est opposita sententia. Dico
 secundum. Impedimentum affinitatis ortum ex legitima
 copula coningali, in nullo alio gradu dirimit iure natu-
 rali matrimonium. Probatu exemplo Iacob, qui duas
 sorores germanas duxit vxores. Genes. 29. Probatu
 cepto veteris Legis Deuter. 25. quo cogebatur frater
 accipere relictam, absque liberis sui fratris. Probatu
 Ecclesiæ in his gradibus dispensantis, vt patet capit. sua
 disort Dispensauit Alexand. VI. cum Emmanuele inuictis
 Lusitaniæ Rege ad nubendum sorori vxoris suæ.

sanctæ. Dispensauit Iulius II. cum Henrico Angliæ Rege ad nubendum cum vxore fratris demortui. Hanc veritatem definitiuam sententia, oppositam sententiam, saltem nimiam falsitatis damante, declarauit Clem. VII. ex consilio omnium celebriorum Academicarum consulto, vt refert Nauar. cap. 22. numer. 84. & Castr. lib. 1. de leg. pœn. capitul. 12. Eamque probat Roffens. martyr. in libr. de conub. Regis Angliæ. Caietan. tom. 3. Opuscul. tract. 14. ad Clementem septimum. Victor. de matrimon. p. 2. numer. 6. Dico tertium. Affinitas ex copula fornicaria orta, in nullo gradu dirimit iure naturali matrimonium. Ita D. Antonin. 3. p. titul. capitul. 11. Sor. & Couar. supra. Probatur ex praxi, nam teste Antonin. in eo dispensauit Martinus V. Insuper Pius V. tribuit Henrico Cardinali. & Regi, vt in quouis gradu affinitatis ordo ex copula fornicaria, dispensaret.

De impotentia coetundi, impedimento dirimente matrimonium.

Sec. 12.

- 1 Quid est impotentia.
- 2 An impotentia dirimat matrimonium.
- 3 Quot conditionibus constat impedimentum impotentie.
- 4 Quotuplex est impotentia.
- 5 Vnde probatur impotentia esse perpetua.
- 6 De impotentia ex defectu testicularum.
- 7 An requiratur scientia ad hanc impotentiam.
- 8 Quo iure dirimat impotentia.
- 9 De impotentia iudicata perpetua, & postea compta temporaria.
- 10 De arctione seminis.

1 QVAESTIO. Quid est impotentia, de qua agimus? RESP. Est debilitas, qua quis impeditur intra vas semineum

Bbb 2

femi-

seminare. Ita ferme Tolet. *lib. 7. c. 12. ex Panorm. ca. Sed sedem, de Sponsal.* Requiritur enim ad evitandum hoc impedimentum, ut quis polleat vi ad coeundum carnaliter insuper ad semen emittendum intra vas. Si enim quis valeat coire, sed non seminare, aut seminare, sed non coire, est impotens ad matrimonium. Ita Richard. *in 4. d. 34. articulo 2. questione 1. Scotus. ad 2. Angel. matrimon. 3. impo. 16. numer. 3. Syluest. matrimon. 8. quæst. 16. D. Anton. 3. part. tit. 1. cap. 6. §. 6. Nau. ca. 22. num. 26. Sot. in 4. d. 24. art. 1. artic. 2. & est communis, ut testatur Armil. matrimon. num. 51. immerito ab ea recedens cum Tabienfi. *de ver. num. 12.* Et ideo censui addendum aliquid Tolet. definitioni, cum dixit, illa dicitur impotentia, qua non potest semen effundi. Licet enim quis possit semen effundere, sed extra vas ob debilitatem membri, adhuc est impotens: quamvis, ut arbitror, nubar foeminae polleat fugendi semen appositum iuxta vas, secundum multorum Philosophorum sententiam, balnearum expostio comprobata.*

2. QVAEST. *Dirimitur hac impotentia matrimonium?* RESP. Dirimit. Ita habetur *cap. 1. & 2. 3. quæst. 1. cap. 2. quæst. 1. de frig. & maleficiat.* Doctores cum Mag. *in 4. dist. 34.*

3. QVAEST. *Quot conditiones requiruntur, ut hac impotentia dirimat matrimonium?* RESP. Duæ. Prima est, ut præcedat matrimonium: si enim illud subsequatur, seu, ut clarius loquat, si illi superueniat, nihil operatur. Ita habetur *de Decreta. 27. quæst. 2.* Secunda conditio est, ut talis impotentia sit perpetua. *cap. fraternitatis. de frigida. & maleficiat.* Censetur autem perpetua impotentia, quæ sine miraculo, vel peccato, vel vitæ periculo tolli nequit. Ita *ca. fraternitatis citato.* Ita Richard. Ang. Sylu. Nau. *locus citatus.* Petr. Sot. *de matrim. lect. 5.*

4. QVAEST. *Quotuplex est impotentia?* RESP. Duplex: una naturalis, alia artificialis. Naturalis est frigiditas in viro ex naturali orta complexione, propter quam, aut non potest membrum erigere, aut si erigat, non potest semen intra legitimū foeminae vas effundere. Dixi in viro, quia hæc frigiditas in foemina, propter quam non emittit semen, nil impedit. Notat D. Thom. *in 4. d. 34. art. 2. Rich. art. 2. quæst. 2. Sot. quæst. 1. art. 2. D. Anton. 3. part. tit. 1. ca. 9.* Ratio est quia

quia semen muliebre non est necessarium ad generationem proles. Nomine frigiditatis in viro, intelligitur e contrario, etiam nimia caliditas, propter quam, tam prope semen vir effundit, ut nequeat vas foemineum expectare, intelligitur insuper quoduis aliud naturaliter coitum impediens; impotentia autem cocundi, non est aliud, nisi impotentia seminandi intra legitimum vas. *cap. finali. de sponsalib.* iuxta D. Tho. Angel. Anton. Pal. & alios citatos. Nomine tamen frigiditatis comprehenduntur omnia haec, & alia impedimenta (seu impotentiae) naturalia. Naturalis impotentia in foemina, est arctatio vasis, propter quam nequit perfecte mari coniungi. Impotentia artificialis, vel fit arte hominis, vel daemones. Arte hominis fit per sectionem membri virilis, aut auulsionem, contritionemve testiculorum: fit per laesionem vulvae, matricisve foeminae. Arte daemones fit (quam magicam appellamus) modis quatuor, nimirum, vel impediendo localem motum ad copulam necessarium: vel frigiditatem inducendo, adhibitis remedijs naturalibus, quibus vigor membri languescit: vel per phantasiae illusionem, qua vir uxorem, aut vxor virum abominatur: vel impediendo effusionem seminis oclusis meatibus, per quos defluit. Ita Palud. *in 4. d. 34. quast. 2. n. 16. Sor. qu. 1. art. 3. D. Anton. 3. p. tit. 1. c. 12. s. 3. Vict. in relect. de arte magica.* Haec impotentia artificialis arte daemones effecta, appellatur a Doctoribus maleficium. Quod vero, si perpetuum est, dirimat matrimonium, conitat ex communi Doctorum sententia cum Magistro, & D. Thom. *in 4. d. 34.* Vbi Scot. *q. unica.* Habetur *in ca. Per sortiarias. 33. q. 1. cap. Ex literis. de frigid. & malef.* Fit autem hoc maleficium a daemone sapius respectu vnus tantum foeminae, aut viri, non autem respectu alterius; & ideo, cum qua homo non est maleficiatus, valide contrahit matrimonium. Notat D. Tho. *in 4. d. 3. art. 3. ad 3. Palud. qu. 2. num. 7. Armil. matrimon. 49. D. Apponin. & Richard. supra.*

5 *QVAEST. Vnde probatur haec impotentia perpetua?* RESP. Probabitur per testimonium personatum, quae visu, aut tactu sciunt membrum virile fuisse sectum; vel testiculos fuisse auulsos: vel membrum esse debile. Probabitur experimento non fracti signaculi vaginalis ad visum, seu

actum honestarum foeminarum. Probabitur actus
 generalis foemine, per actum honestarum foeminarum.
 Ita habetur *capitul. Fraternitatis. de frigid. & malef.* Vt
 aperte cognoscatur, si sine impotentia perpetua, vel
 conceditur a iure triennium, quo possint contrahere
 cohabitare, & eodem thoro dormire, actum matrimonii
 exercendo, vt veri coniuges. Ita habetur *capit. Lando-
 lem de frigid. & malef.* & finito triennio conceditur ma-
 trimonio, seu declaratio occulti impedimenti, & datur
 eius apertae probationis ostensione, vt inuicem separe-
 tur.

6 QVAEST. Estne impotentia diuimens matrimonium
 carentia vtriusque testiculi, vel naturalis, vel artificialis, in
 qui valet membro virili? RESP. Affirmant aliqui, Palud.
 4. dist. 34. numer. 8. D. Anton. 3. p. tit. 112. Palat. dist.
 11. cap. 11. §. 2. Armil. matrim. 53. Angel. matrim. 3. num.
 16. num. 1. Guter. in quast. can. c. 16. num. 1. Oppositam
 tenent Canonistae communiter *cap. Quod sedem de frigid. &
 malef.* vt fatentur Angel. & Guter. Tenet Sor. 4. 2. q.
 art. 2. appellatque oppositam sententiam non toleran-
 tem. Est nunc certa de hac controuersia decisio Summi
 data anno Domini 1587 declarans tale coniugium esse
 ac semper fuisse iure ipso naturae nullum. Si quando
 talia coniugia permessa sunt, & ab Ecclesia toleran-
 nondum veritas apparebat, & ideo priori opinione
 sentiebatur Dixi carentiam vtriusque testiculi, quia
 carentia vnius tantum, non est impedimentum dimi-
 nis. Ita Panormita. in *capitul. Quod sedem de frigid. & malef.*
 Palud. D. Anton. Armil. Sor. *locis proxime*, & Sylu. *matrimo-
 nio. 3. qu. 18* Ratio est, quia cum tali carentia, actus
 prima sit seminatio. Non fit autem in carentia vtriusque
 vt ostendit Tiraquel. in *connub. L. 13. n. 21.*

7 QVAEST. Estne hac impotentia impedimentum dimi-
 nis, cum est nota ambobus contrahentibus, vel soli potiori? RESP.
 Negat Mich. Medin. lib. 1. de caelib. capit. 47. D. Thom.
 4. d. 31. ar. 2. Palud. numer. 9. qu. 9. Petr. Sor. de *matrimo-
 nio. 5.* D. Anton. 3. p. tit. 1. capitul. 10. Angel. Viuald. & alij
 firmant tamen Sylu. *matrim. quast. 16.* Panorm. *cap. Con-
 sult. de frigid. & malef.* Sor. & Nauar. Ratio est, quia pot-
 estas ad cocundum, est de essentia matrimonij, vt traditur
 D. Thom.

D. Thom. Richard. Scot. Durand. citata distin. 34. Scientia autem impotentiae non de impotentia facit potentiam.

8 QVAEST. Quo iure impedit, & dirimit impotentia perpetua matrimonium? RESP. Naturali. Ita Victor. de matrim. nu. 283. Soc. d. 3. art. 2. concl. 1. estque certa decisio tradita à Sixto V. ve iam ostendi in hac sect. numer. 7.

9 QVAEST. Iudicata est per iudicis Ecclesiastici sententiam impotentia perpetua. postea probata est experimento, & effectus minime talis. quia v. g. filium genuit: teneturne ad coniugem redire, quamvis coniunx transierit ad secundas nuptias. RESP. Tenetur. Ita habetur c. Requisisti. c. laudabilem, & c. 1. de frig. & malef. c. secul. 33. q. 2. Ratio est, quia in tali sententia iudex fuit deceptus, quia matrimonium coram Deo validum erat, & firmum.

10 QVAEST. Est mulier arctata respectu huius viri, qui habet debiles vires ad primum eam cognoscendam, non autem ad secundam, & tertiam vicem, si ab alio viro potentiori prius cognoscatur, rogo, an hac impotentia sit impedimentum dirimens: vel an teneatur, postquam ab alio, cum quo secundo contraxit, cognita est, redire ad priorem virum? RESP. Est quidem: nec debet redire ad primum virum, si vere contraxit cum secundo. Ita habetur c. Fraternalitatis citato iuxta Glossam communiter receptam, & Panorm. ibi Richard. d. 34. ar. 2. q. 2. Dur. q. 2. Palud. q. 2. nu. 14. D. Anton. 3. p. tit. 1. c. 12. §. 1. Angel. matr. 3. imped. 16. n. 4. Ratio est, quia impotentia illa respectu prioris viri erat absoluta, & perpetua. Adendum tamen est, nisi ipsa possit facile, quanquam cum dolore nonnullo, incisionis medicae remedio vas aperire, & velit aperire, ve potest: tunc enim valeret prius matrimonium. Ita D. Tho. & Anton. locis citatis, atque Soc. Armil. matrimon. numer. 50.

De impedimentis impediens tantum,
& non dirimentibus. §. 3.

- 1 Quot sunt impedimenta impediens tantum.
- 2 Explicantur singula impedimenta impediens tantum.
- 3 Quod sit peccatum contrahere cum impedimento.

1 **Q**VAESTIO. Quot sunt impedimenta impedientia non dirimentia? RESP. Sexdecim, quae his verbis continentur.

Votum, interdictum, raptus, sponsalia, caedes Consortis tunc, presbyterive sacri.

Incestus, foedusque sacra, cum virgine, vinculum, Edocuisse fidem, poenituisse palam.

Ita Caiet. matrim. c. 3.

2 **Q**VAEST. Explica singula. RESP. *Votum, castitatis simplex. cap. Rursus. Qui clerici, vel non. Præterquam votum simplex emissum post novitium in sacrosancta Societate IESU Religione; ut iam ostendi sect. 3. præf. §. Item votum de non nubendo. Ita Caiet. tom. 2. Opusculum qu. 1. siue simplex, siue iuratum. Ita Nauar. cap. 22. numer. 73. Couar. de matrim. cap. 6. numer. 2. Interdictum, hoc est Ecclesiae prohibitio; quanquam iusta de causa ob suspicionem impedimenti ab incerta fama ortam fiat a parochio, ne contrahatur ante declarationem. Ita Palud. in d. 3. q. 1. n. 10. Sylu. matr. 7 q. Arm. n. 54. Nau. ca. 22. n. 74. contra Angel. matrim. 3. impedim. 1. Raptus alienae sponsae vel per verba de praesenti, vel de futuro; neque enim propter tam cum ea, quam cum alia contrahere in peccato nefarii sceleris capitul. Statutum. 27. quest. 2. de rapt. De alienae sponsae. Nam qui rapuit suammet sponsam, non contrahit tale impedimentum. Ita Panoim. capit. causa de raptorib. Armil. rapina. Bellarm. de matrim. lib. 1. capit. 20. Nau. capit. 22. numer. 74. §. Non obicit enim raptus, abductio violenta puellae liberae ex domo patris, vel custodis L. raptores ff. de raptor. virg. capit. illa. 26. quest. 1. capit. cum causa. de raptor. Sufficit ad raptum violentia facta utriusque, puellae scilicet & patri, vel custodi; sufficit facta alteri, puellae nimirum, vel patri, altero consentiente in rapina. Ita D. Thom. 2. 2. quest. 1. artic. 7. Gratian. de raptorib. §. Ex hac autorit. 36. quest. 1. Est igitur de ratione raptus violentia. Ideo si solis precibus, vel promissis foemina è paterna domo aueratur, nulla interueniente vi, non dicitur rapta, valeatque proinde matrimonium cum ea in initum, etiam antequam ad domum patris reducat. Valebit multo magis, cum eam raptorem inuitavit. Notat Gloss. d. capit. Cum*

Cum causa. Ad contrahendum hoc impedimentum, & incurrendas pœnas appositas raptoribus fœminarum, satis est fœminam raptam ad libidinem, non ad coniugium. Ita declarauit Congreg. Cardin. Nomine raptæ intelligitur quæcunque fœmina, seu virgo, seu non virgo. De raptæ vero fœminæ matrimonio, variè determinatum fuit in iure. Enim vero iure ciuili olim tale matrimonium erat nullum. *L. unic. Cod. de rapt. virg.* Item iure canonico. *capit. de puellis. capitul. 36. quæst. 2.* postea decretum est ab Innoc. III. valere matrimonium, si ipsa rapta vellet raptori nubere. *capitul. fin. de raptorib.* Doctores vero interpretabantur esse validum, quamuis fieret, antequam rapta restitueretur custodibus, & libertati. Ita Maior. *in 4. d. 29. qu. 2.* Couar. *de matrimon. 1. pag. cap. 3. §. 9. numer. 1.* Contra Martib. de Magistris. *de temp. quæst. de rapt.* Nouissimè verò Conc. Trid. *session. 24. cap. 6.* irritum reddidit tale matrimonium, quamdiu rapta est in potestate raptoris: veruntamen decernit, si ipsa libertati suæ fuerit restituta. *Sponsalia*, id est, promissio futuri matrimonij. De his tamen latè suo loco à te rogari spero. *Cædes consortis*, id est, propriæ vxoris occisio. *capitul. Interfectores. cap. Admonere. 23. quæst. 2.* Doctores cum Magistro *in 4. d. 37.* siue maritus eam occidat ex odio, siue ex vindicta adulterij. Ita D. Thom. *in 4. dist. 37. quæst. 2. art. 2.* D. Anton. *3. p. tit. 1. ca. 16. §. 4.* Cædes itidem proprii viri. Ita Palud. *in 4. d. 37. quæst. 1. numer. 1.* Sor. *quæst. 1. numer. 1.* Nau. *capit. 22. nu. 74.* Armil. *matrim. nu. 58.* Anton. vbi maxime. Non est circa viricidium textus expressus, vt notat Syllu. *matrimon. 7. quæst. 6.* Est tamen par ratio, & interpretamentum Doctorum. *Cædes presbyteri sacri*, id est, presbytericidium. Ita habetur *capit. Qui presbyterum de pœnitent. & remissio.* Dubitant Auctores, an ad hoc impedimentum requiratur conuictio criminis in iudicio. Pars affirmans est probabilior, quam sequitur Panorm. *dicto capit. Qui presbyterum.* Tolet. *lib. 7. capit. 15. num. 6.* Armil. *matrimon. num. 59.* Ita verba textus: *Qui presbyterum occiderit, conuictus absque spe coniugij maneat.* Incestus, id est, coitus fornicarius cum cõsanguinea coniugis sue, vsq; ad 4. gradū, aut affine mortua coniuge, non potest amplius nubere. Ita Nau. *capit. 22. numer. 7.* Couar. *de matrimon. capit. 6. §. 8.*

num. 1. Ita habetur *cap. 1. & cap. Ex liter. de eo, qui cogit* in
 Doctores *in 4. d. 34.* cum Magist. idem dicendum est
 vxore cognoscente consanguineum, vel affine
 11. Notat D. Anton. *tit. 1. cap. 16. § 4. Armil. matrim.* n.
 Oportet autem ad hoc impedimentum, vt incestus
 formalis, hoc est, scienter factus. Ita Palud. *in 4. d. 34. q. 1. num. 13.* Parratus etiam post coniugis amissa, vel ante
 si obitum inducit impedimentum. *capitul. Transmissio*
eo, qui cogn. consan. quidquid in oppositum dicat Sor. *de*
qu. unica. art. 1. & Vivald. de matrim. Dixi cum con-
 guinea, vel affine, sed iuxta multorum opinioem, etiam
 coitus cum ea, vel eo, quo cum habetur impedimentum
 publicæ honestatis, causa est huius impedimenti. Ita
in 4. d. 34. quest. 1. art. 13. Couar. *de matrim. 2. p. cap. 1. n. 4.*
 4. Dum vterq; delinquens viuit. *ca. Duo pueri de impub.*
impub. ien. 7a Gloss. Dabitur Notat. *proxime citatus.* Co-
 ritus vero cum cognata spiritali, quanquam dicitur
 incestus, vt aduertit Nauar. *cap. 16. nu. 3.* non opponit im-
 pedimentum. Ita Palud. *proxime.* Dubitant Doctores
 coitus cum propria consanguinea, causa sit huius impo-
 dimenti. Affirmat Nauar. *cap. 12. nu. 74. & libr. 1. Cons. tit. 17.*
 17. ostenditq; ex iure, & Doctorum sententia late & co-
 piose. Ideo cum dispensatur inter consanguineos, qui
 incestu polluerunt, ex stylo Curie apponitur in dispen-
 satione. At superstes sine spe coniugij maneat. Dubitant
 deinde, an hoc impedimentum oriatur ex incestu oc-
 culto, qui in iudicio probari nequit. Negat Panot. *cap.*
litteris de presumpt. Sor. d. 23. qu. 1. art. 1. Affirmat verum-
 men Castro *libr. 2. de leg. poen. ca. 5. argu. 5.* Nau. *cap. 12. nu.*
 74. & *libr. 4. Cons. tit. de consang. & affin. consil. 1. Ca.*
quest. 12. art. 2. sed asseruat non esse consuetudinem po-
 tendi dispensationem, nisi ad contrahendum cum eius
 complice incestus, aut consanguinea eius, ratione affini-
 tatis contractæ, quanquam incestus sit publicus. Quo-
 niam verò hæc opinio est incerta, tutius erit petere dis-
 pensationem. *Fædus sacra cum virgine,* est coniugium
 factum scienter cum professa moniali. Ita habetur *ca.*
Hi vero. 27. quest. 1. Vinculum. Id est, affinitas, quam alter
 coniux scienter malitiose contraxit aduersus alterum
 coniugem, vt non possit ab eo petere: vel vterquo mali-
 tiose

tiolose, vt possint sibi inuicem negare. *capit. De eo. 30. quest.*

1. Oritur hoc impedimentum ex susceptione à sacro fonte. Ita Caiet. *supra.* & Sot. *distinct. 37. artic. 1. Nau. capit. 22. numer. 7.* Ex susceptione filij in sacramento Confirmationis, iuxta Caiet. Ex baptismo factò ab ipsis parentibus malitiose, ad non petendum debitum. *Edocuissa fidei.* Id est, Doctrina articulorum fidei, quam appellamus catechismum, data ei, qui est baptizandus, vel domi iam est baptizatus, sed adhuc in Ecclesia solemniter recipiendus, gignit hoc impedimentum inter catechizantem, & catechizatum, patrem ac matrem catechizati, eodem modo, quo in baptismo, & confirmatione, vt ex Concil. Trident. aduertit Nauar. *capit. 22. numer. 372.* Habetur hoc impedimentum *capit. ante baptismum, de consecrat. distinct. 4. capit. Per catechismum de cogn. spirit. lib. 6.* Pœnituisse palam, hoc est, fuisse punitum in iuncta publica pœnitentia, & solemniter talis enim pœnitentia facta, est impedimentum ad deinceps nubendum. *capit. De his capit. Antiqui 33. quest. 2.* Quod intelligendum est, dum ipsa durat, vt notat Sot. *distinct. 37.* Veruntamen hoc impedimentum nunc iam non viget, quia non fit solemniter pœnitentia, vt fieri solebat.

3. QVÆST. Estne peccatum mortale contrahere matrimonium cum aliquo horum impedientium impedimento?
R E S P. Negat Petr. Sot. *lect. 1. de matrim.* Negat Armit. *lib. 60.* vt notat Tol. *lib. 7. cap. 15. numer. 6.* Dubitat Paul. *dist. 34. quest. 3. art. 2.* & Sot. *ibid.* Ratio eorum est, quia iam disuetudine inueterata, non opus est petere dispensationem circa hæc impedimenta impedientia tantum. Affirmat tamen probabilius Caiet. *verb. matrim.* *cap. 2. §. Et scito.* consentit Tol. *lib. 7. cap. 15.* quanquam inquit, non constanter affirmem. Dico igitur: De aliquibus horum impedimentorum, constat esse peccatum mortale ijs obstantibus contrahere: veluti de voto religionis, vel castitatis, de sponsalibus, de interdicto. De reliquis probabilior est opinio Caiet. & Tol. Ratio est, quia talis Ecclesiæ prohibitio, est in materia graui; transgressio verò præcepti in materia graui, obligat ad culpam grauem,

De

De dispensatione impedimento-
rum. §. 4.

- 1 Quis potest dispensare in impedimentis dirimentibus.
- 2 An Doctores dubitent de dispensatione circa qua.
- 3 Quae sunt impedimenta, de quorum dispensatione dubitant.
- 4 De dispensatione impedimentorum non dirimentium.
- 5 Cum quibus non dispensatur.
- 6 De causa ad dispensandum.
- 7 Quae est legitima causa ad dispensandum.

QUESTIO. Profer in medium, quis potest dispensare in impedimentis dirimentibus? RESP. In impedimento erroris cognationis naturalis prorecta, nea saltem vsque ad 4. gradum, pro transuersa vsque ad primum, ligamitis, metus, & impotentiae perpetuae nullus in terris dispensare valet. In reliquis solus summus Pontifex. Ratio prioris partis concluditur est, quia in ijs impedit ius naturale, vel ex defectu consensu, vel ex decentia naturaliter debita, & reuerentia, vel ex obligatione perpetua, vel ex contrarietate repugnante matrimonio, vt facile videre est in ijs, quae propositae circa vnumquodque impedimentorum. Ratio 2. partis est, quia impediunt ex solo statuto Ecclesiae. Dixi, solus cum Nau. cap. 23 num. 85. quia Episcopus non potest dispensare in aliquo impedimento dirimente secundum omnes, nisi quando impedimentum occultum est, matrimonium vero publicum, & separatio nimium scandalosa, & ad Papam, vel illius Nuncium potestatem ad dispensandum pollentem, aut nulla, aut difficillima aduocatio. Vt voluit Angel. & Sylu. cum Nau. loco proximo citato. per cap. At si. de adul. tit. de iudic. cum Ioanne de ligno & Panorm. quos ibi sequitur Instruct. 2. p. cap. 39. tit. de dispens.

disputat per. Tunc vero per epicheam dispensat Episcopus, presumitur enim ea Papæ esse voluntas.

2. **QVÆST.** Dubitantne Doctores de aliquibus? **R E S P.** Dubitant de tribus.

3. **QVÆST. Memor.** **R E S P.** Faciam lubens. Dubitant in primis de voto solemnī castitatis per professionem religionis approbatæ nuncupato. Veruntamen de ea quæ iam me rogasti. 1. p. cap. 6. §. 9. num. 5. respondi que secutus partem affirmantem, quam appellat communem. Nau. cap. 12. num. 7. contra Gloss. cap. Cum ad monasterium de statu monach. Armil. dispensatio. num. 12. Ratio mea est, quia oportebat ad bonum Ecclesiæ regimen hanc Ecclesiæ capiti potestatem relinqui extraordinariam: & ideo usus est ea non semel Papa, cuius exempla referunt Palud. & Caietan. locis citat. Hic verò restat argumentum proponere Div. Thom. oppositum asserentis? illudque solvere. Sic igitur argumentatur D. Thom. 2. 2. quæst. 88. art. 11. Post factam consecrationem calicis in ministerium altaris, tamdiu calix manet consecratus, quamdiu integer manet, neque potest ab eo, forma remanente integra, auferri consecratio, sed per votum solennē castitatis monachus sit religiosus consecratus Deo, & religioni, ergo quamdiu ille manet, tamdiu manet consecratus voto, ac proinde adeo voto adstrictus, ut ab aliquo nequeat eo liberari. Confirmatur efficaciter ex text. ca. Cum ad monasterium: ubi Innocentius III. decernit observantiam castitatis, & paupertatis, ita esse statui religioso adhexam, ut nec etiam Sum. Pontifex valeat de ea licentiam indulgere; ergo, &c. Obiectioni posite occurrunt Caietan. citato loco. & Durand. in 4. d. 38. quæst. 2. ad 2. dicendo eam procedere, quamdiu talis monachus, qui votum emisit, manet religiosus: at verò Sum. Pontificem dispensando, facere de religioso, non religiosum, ac proinde aptum nuptui, sicut cæteri sunt, qui votum emiserunt. Dixi in voto solemnī religionis: quia in voto solemnī sacris ordinibus annexo, quod Papa possit dispensare, nemo negat, nec ipse D. Thom. imo affirmat 2. 2. quæst. 88. art. 11. in corp. & Palud. in 4. d. 37. quæst. 1. num. 8. Sor. ibidem quæst. 1. art. 1. Caiet. tom. 1. Opusc. tract. 27. quæst. 1. Gandau. quodl. 5. quæst. 18. Bellarm. de matrim. lib. 1. ca. 21.

Oper-

Oportet tamen ad hanc dispensationem interuenire
causam communis vtilitatis, vt notat Sor. libro 7. In
spu. 5. ar. 5. Dubitant deinde de matrimonio raro
de consummato constans est pars negans) Negant
Palud. in 4. d. 27. qu. 3. num. 25. Sor. qu. 1. ar. 4. §. Hu
Almat. de potest. Eccle. ca. 1. Vict. de matrim. nu. 281. Co
de matrim. 2. p. ca. 7. §. 4. nu. 4. Panor. ca. Ex publico de
coniug. Deniq; omnes communiter Theologi teste
tom. 1. Opus. tract. 28. quanquam partem oppositā loquuntur
Ratio eorū est, quia matrimonium ratum, sicut con
matum, significat coniunctionē Christi, & Ecclesie
iunctio autē Christi, & Ecclesie est inseparabilis, &
&c. Affirmat tamen Gloss. ca. Ex publico. de conu. in
Præpos. ca. fin. de spons. duor. Eelin. ca. Quæ Eccle. de
communiter Canonistę testantibus in oppositū ad
Panor. & Coua. Affirmat Syl. diuortium. qu. 4. Ceterum
1. Opusc. tract. 28. Armil. dispensatio. num. 8. cum Hol
Angel. Rosel. quos citat Ambr Cathar. contra Ceteros
6. cap. 3. Nau. ca. 22. nu. 21. cum Mich. Medin. quem
Probarur vsu, & praxi, nam in eo dispensauit Mar
V. dispensauit Eugenius IV. teste oculo. D. Anton
p. tit. 1. ca. 21. §. 3. dispensauit Paul. III. & Pius IV. ter
quater petente Nau. vt ipse fatetur ca. 22. nu. 2. Ratio
quia sicut ad votum, & iuramentum oportuit, vt Chri
Dominus extraordinariam potestatem reliquerit
fandi, cum id suus Vicarius expedire iudicauerit, in
ad dispensandum in matrimonio raro. Dubitant
de affinitate, an dirimat iure naturali in primo gradu
Eccle. lineæ, Sed de hac controuersia me rogasti, & ego
spondi, §. proxime præcedenti Sect. undecima, nihilque
addendum occurrit.

4. QVÆST. Quis potest dispensare in impedimentis
dirimentibus? R E S P. Ex communi Doctorum potest
piscopus. Ita Card. Tol. li. 7. ca. 15. nu. 6. Nau. ca. 23. nu. 21.
cum Palu. in 4. d. 28. qu. 2. D. Ant. 3. p. tit. 1. ca. 16. §. 4. ubi
hoc expressum in iure, sed de solo incestu cōceditur
seopis facultas dispensandi, cum est periculum in
ca, Antiqui ca. in adolescentia 33. qu. 2. ca. Ex lit. 1. de
sogn. consan. vxor. Tenent Palud. in 4. d. 3. qu. 1. col. 4. l.
Ant. 3. p. tit. 1. ca. 15. §. 4. Hæc tamē facultas ex parte

tionis à Doctoribus extenditur ad omnia alia delicta, ex quibus oritur impedimentum, impediens tantum, ut aduertit Nau. loco citat. Excipiuntur tamē hic duo vota, nimirum castitatis, & religionis, in quibus non potest Episcopus dispēlare, iuxta cōmunem doctrinam: neq; in ijs, nisi ex urgente causa Papa dispensat. Excipiuntur sponsalia, de quibus dicam suo loco. Aduertit tamen Nauar. in 2.2. nu. 75. & ca. 23. nu. 85. non esse in vsu, ut pro impedimento impediens tantum, ab Episcopo, vel à Papa petatur dispensatio: etiam in impedimento incestus, nisi ad contrahendum cum consanguinea à se incestuose cognita, vel cū affine, orta affinitate ex ipso incestu. Nondū enim, ait, adhuc in tanta ætate vidi, vel audiui id fieri.

§ QVÆST. Dic, cum quibus prohibet Concil. Tridentin. dispensari in impedimentis matrimonij? R E S P. Apponam Concilij verba, & ex ijs facile apparet prohibitio, ita enim sessi. 24. cap. 5. de reform. Si quis intra gradus prohibitos scienter matrimonium contrahere præsumpserit, separetur, & spe consequendæ dispensationis careat. Idque in eo multo magis locum habeat, qui non tantum matrimonium contrahere præsumpserit, separetur, & spe consequendæ dispensationis careat. Idque in eo multo magis locum habeat, qui non tantum matrimonium contrahere, sed etiam consummare ausus fuerit. Quod si ignoranter id fecerit, si quidem solemnitates requisitas in contrahendo matrimonio neglexerit, eisdem subiiciatur pœnis: non enim dignus est, qui Ecclesiæ benignitatem facile experiatur, cuius salubria præcepta temere contempserit. Si vero solemnitatibus adhibitis, impedimentum aliquod postea subesse cognoscatur, cuius ille probabilem ignorantiam habuit, tunc facilius cum eo, & gratis dispensari poterit. In contrahendis matrimonijs, vel nulla omnino deur dispensatio, vel raro, idque ex causa, & gratis concedatur. In 2. gradu, nunquam dispensetur, nisi inter magnos Principes, & ob publicam causam. Ita Concil.

6 QVÆST. Requiriturne causa, ad dispensandum in matrimonij impedimentis? R E S P. Dico primum. Summus Pontifex validè dispensat in toto iure humano, etiam ab Apostolis constituto, vel à Concilijs Ecclesiæ generalibus.

bus. Ita D. Thom. *quodl.* 4. *artic.* 13. Glossa, & communiter recepta capit. *Proposuit. de concess. praben.* Ratio est, quia Summus Pontifex est super omne ius humanum, & super statuta Conciliorum, ut cum communi docet D. Thom. *Opusc.* 19. *cap.* 3. & *in sente. dist.* 29. *Turrec.* lib. 2. *cap.* 93. *Ferrar. contra gent.* lib. 4. *cap.* 76. Et ratio est, quia quia caput in corpore est super membra, pastor est in oues: sed Papa est caput Ecclesiae, est pastor ouium Christi, ut docet Concil. Chalcedonense *in epist. ad Leonem.* habetur *cap. Vbi periculum. de election.* in 6. Deinde, quia Papa est Christi vicarius, & ab eo immediate, non Ecclesia habet potestatem, ut decernit Concil. Florent. *sessi. vltim.* Sed de hac re Theologi. 2. 2. cum agitur de Roman. Pontifice. Ideo quamuis Concilium generale vellet auferre à Papa potestatem dispensandi circa Concilij decreta, nihil efficeret, ut notat *Turrec.* lib. 2. *cap. 93. Eccles. cap. 52. Victor. de potest. Papae. & Concil. prop.* 5. *Contra in qu. lib. 4. quæst.* 8. Dico secundum Summum Concilium dispensando sine causa in statutis Canonis Conciliorum, peccat quidem venialiter, aut lethaliter iura materiam grauem, aut leuem super qua dispensatur. Ita D. Thom. 1. 2. *quæst.* 97. *art.* 4. *Victor. de potest. Papae. & Concil. prop.* 7. *Couar. de matr. cap. 6. §. 9. num.* 7. Nam illi datur potestas in ædificationem. Et ideo peccat, qui scitens eo iniustam petit dispensationem, quia cooperatur illi peccato. Ita *Gloss. ca. Non est de voto,* communiter recepta, *Caiet.* 1. 2. *quæst.* 96. *art.* 5. Qui tamen vitur dispensatione facta in iure humano peccat tantum venialiter, si sequatur graue scandalum, vel damnum tertij. Ita *Victor. lib. 1. Inst. qu. 7. art.* 3. *Cou. proxime, Caiet. verb. dispensatio.* Ratio est, quia iure naturali tenetur pars se conformare toti, patrique legem, quam omnes alij patiuntur, quia adeo à natura ipsa edoctum est, ut illius vox sit apud Deum necam *in Troade. Ferre quam sortem patiuntur omnes, non recusat.* Dixi, in iure humano, & in statutis Canonis Conciliorum, quia in his, quæ sunt de iure diuino, quæ sunt est votum, iuramentum, matrimonium ratum, in quibus *supra* dixi posse Papam dispensare, dispensatio sine causa est nulla, peccatque lethaliter, qui ea vitur; ut docet cum communi dot. & *Caiet. locis citatis.*

7 QVAEST. *Qua est legitima causa dispensandi in matrimonio?* RESP. *Supposita Doctrina Victor. de potestat. Papa. prop. 12. quod semper in dispensationibus attendenda sit bonum commune, neque faciendae cum boni communi detrimento, ut docet D. Thom. 1. 2. quest. 97. artic. 4. ad 1. & quest. 100. art. 8. & 2. 2. quest. 88. art. 12. facit aliquando ad bonum commune, ut cum aliquibus ex causa dispenseretur, ut in matrimonio iam contracto veri coniuges efficiantur. Causa igitur sufficiens est scandalum, quod sequetur ex separatione contrahentium. Ita Couar. de matrim. 2. p. §. 10. numero 13. Est proles suscepta ex consanguinea bona fide, & ignoranter, quod consanguinea esset. Ita cap. Quia circa. de consang. adiuncto capit. Cum haberet, de eo, qui duxit in matr. vbi Abb. & Ioann. Andr. postea declarauit Concil. Trid. sessi. 24. cap. 5. Est ipsum matrimonium bona fide contractum à consanguineis impedimenti ignaris, & consummatum sine prolis euentu. Ita apertè Concil. Trid. Si verò solemnitatibus adhibitis impedimentum aliquod postea subesse cognoscatur, cuius ille probabilem ignorantiam habuit, tunc facilius cum eo, & gratis dispensari poterit. Causae vero ad dispensandum, ut contrahant consanguinei, qui nondum contraxerunt, tres sunt praecipuae. Prima est angustia loci, vbi contrahentes habitant, quando non inuenitur alter paris conditionis, & nobilitatis. Secunda, quando diues eiusdem loci vult consanguineam pauperem ducere, vel indotatam, assignando uxori dotem. Tertia, quando oportet ad componendas graues inimicitias, vel ad sedandas rixas acerbas, vel ad lites componendas. Ita Nauar. capit. 22. numer. 87. Instruct. 2. p. capit. vltim. titu. de petend. dispensat. Circa dotis incompetentiam notari oportet eam sufficere respectu personarum, eiusdem loci foeminae, ideo licet in vicino loco dentur non consanguinei, qui velint foeminam talem pauperem, vel indotatam accipere coniugem, non proinde vitatur dispensatio, sed tener, & est bona. Ita declarauit Congregatio Cardinalium circa dispensationem in 4. gradu consanguinitatis. Imo declarauit in oppidis, & ciuitatibus propter ciuium paupertatem, & in alijs locis propter vicinorum cognationem posse dispensari,*

Medull. Casuum.

C c c

etiam

etiã in tertio gradu. Quoniam vero hac in re certa regula statui nequit, causã iustitiã, & sufficientiã reliquã prudentis iudicio dispensantis, perpendis omnibus circumstantijs appositis. Ita Arm. *dispensatio nu. 14. & ibidem qu. 1.*

8 **QVÆST.** *Quæ conditiones, seu circumstantiæ apponendæ sunt in petenda dispensatione circa gradum conjugum, ut sit mixtum, seu duplicem?* **RESP.** Necessè est ad validitatem dispensationis, ut uterque gradus explicetur. Si autem gradus mixtus, seu duplex, cum ab eodem lineæ descendunt contrahentes æquali gradu, seu distantia à lineam paternam, & maternam, ut quando v. g. patris & fratres, & matris sunt sorores. Ita explicuit Cou. *de matrimon. 2. p. ca. 6. §. 10. nu. 12.* Ratio est, quia difficultas est dispensatio: deinde, quia gradus mixtus, seu duplex non intelligitur sub gradu absolute, ut habetur *cap. in simon. & L. 2. ff. de verb. significat.*

9 **QVÆST.** *Quæ conditiones, seu circumstantiæ apponendæ sunt in petenda dispensatione?* **RESP.** Olim subiecit mentio solius gradus remotioris, quamvis propinquior esset prior gradus. Ita Gloss. *capit. Quod dilect. de con. & affinit. ibid. Abb. Insuper in capit. fin. de simon. Felicitat. Cou. de matrim. 2. p. cap. 6. §. 10. num. 12.* Ex Constant. Clem. VI. incipiente *Nuper* Ratio erat, quia quando sanguinacii distant inæquali gradu a stipite, quo remotior distat, eodem gradu distat inter se, per *ca. fin. de con. & affinit. & ita loquitur Tolet. libro 7. capit. 5. num. 6.* Postea Innocentius IV. irritam declaravit dispensationem, in qua non habet mentio utriusque gradus. Atque hoc attento iure, Theologus *tom. 1. inst. tract. 2. disp. 161. §. illud tamen* utriusque gradus exigit mentionem. Ultimo Pius V. constitutione propria, edita anno 1560, die 20. Augusti, cui appositus fuit titulus, declaratio constitutionis Pij IV. declaravit hanc Pij IV. constitutionem. Statuit igitur Pius V. esse necessariam mentionem utriusque gradus, nisi proposita propinquior sit in 1. gradu, sed iubet, ut post obtentam literas dispensationis, obtineantur aliæ literæ declaratoriaræ super gradu propinquiori. Ita adnotavit Nau. *22. nu. 86. Gutex. in can. qu. ca. 15. nu. 3.*

10 **QVÆST.** *Estne in petitione dispensationis cum con-*

guinea, vel affine, exprimenda copula, cum eadem habita?
 R E S P. Maxime. Ita habet stylus Curiae, declarauitque
 congregatio Cardinalium. Solent enim hæc verba in di-
 spensationibus apponi, dummodo copula non interces-
 serit.

II QVAEST. Non est habita copula supradicta, ante ex-
 peditionem literarum dispensantium, & ideo nec facta est de
 copula mentio: sed habita fuit post expeditionem literarum,
 antequam presentarentur Episcopo proprio; rogo an valeant
 tales Litera dispensantes? R E S P. Dupliciter fit huiusmodi
 dispensatio: nimirum aut gratiose ab ipso Papa immedia-
 te dispensante: aut mediate per commissionem, qua
 Papa delegat potestatem Ordinario proprio impetra-
 tionum dispensandi cum illis. Ita loquitur Concil. Trident.
 sessi. 22. ca. 5. de reform. Dispensationes, inquit, quacunque au-
 thoritate concedenda, si extra Romanam Curiam commit-
 tenda erunt, committantur Ordinarijs illorum, qui eas impe-
 trauerint: ea vero, qua gratiose conceduntur, suum non sorti-
 antur effectum, nisi prius ab eisdem tanquam delegatis Aposto-
 licis, summarie tantum, & extraiudicialiter cognoscatur, ex-
 pressas preces surreptionis, & obreptionis vitio non subiaccere.
 Hoc posito dico sic, Si dispensatio fiat primo modo, te-
 net, licet habita fuerit copula, antequam Ordinatio literæ
 præsententur, neque dum factum sit examen de vitio
 surreptionis, & obreptionis, si re vera tale vitium non
 sit. Si vero dispensatio fiat secundo modo, & ante Or-
 dinarij dispensationem, habita fuerit copula, ea dete-
 cta, Ordinarius nequit dispensare, ea vero occultata, di-
 spensatio est nulla. Ita declarauit Congreg. Cardinal.
 notat Guter. in q. can. capit. 15. num. 21. Sed de hæc re plura
 apud Cord. qu. 45.

CAPVT XVII.

De Sponsalibus, & denunciationibus.

De Sponsalibus. §. 1.

- 1 Vnde dictum est nomen sponsalia.
- 2 Quo pacto definiuntur sponsalia.

Ccc 2

3 An

- 3 An sit necesse promissionem sponsalitiã externã declarari.
- 4 Quã externa signa sufficiunt ad declarandã sponsalitiã promissionem
- 5 Quo pacto celebranda sunt sponsalia.
- 6 In qua etate valida sunt sponsalia.
- 7 An ad validitatem sponsaliorum malitia suppleatur.
- 8 An parentes possint pro filiis minoribus legitime etate sponsalia celebrare.
- 9 Vtrum sponsalia celebrata à parentibus pro filio minore, obligent ipsum filium.
- 10 Quot, & qui sint effectus sponsaliorum.
- 11 De pœna frangentium sponsalia.
- 12 Quot sunt genera sponsaliorum.
- 13 De sponsalibus conditionatis.
- 14 De sponsalibus sub conditione turpi, vel impossibili.
- 15 An ex sponsalibus conditionatis nascatur impedimentum publicæ honestatis.
- 16 An sit sponsalitiã promissio sub conditione, si dispensauerit.
- 17 De sponsalibus factis per metum.
- 18 De pœna apposta, ei, qui non steterit sponsalium promissionibus.
- 19 De arrhis.
- 20 De causis solventibus sponsalia.
- 21 Quæ regula habenda sunt in causis, ad solventes sponsalia.

QUÆSTIO. Vnde ductum est nomen sponsaliorum. Respondendo. Ita Vlpian. L. 2. ff. de sponsalibus. Sponsalium autem, est sponte promittere. Fiebat autem olim hæc sponsalitiã promissio per munera data partibus

ti; aut tutori puellæ in vxorem ducendæ. Ita L. 1. Cod. Si nupt. ex rescript. pet. Sic habetur 11. Reg. 13. respondisse Saulem Regem Dauidi nupturo Micholi filix suæ, si giganteum occidisset, cum ad nuptias declinandas inopiam caufaretur Bethlemiticus pastor: Non habet Rex sponsalia necesse (id est, munera pretiosa, quæ olim dabantur Regibus, cum filias spondebant) nisi tantum decem præputia Philistinorum. Fiebat etiam per stipulationem. L. 1. & 2. de sponsalib. & cap. Nostrates. 3. qu. Sponsus enim dabit fideiussores, seu sponsores promissæ fidei. Ita D. Tho. in 4. 27. quest. 1. artic. 1. Et ideo ait Isidorus libr. 9. Etymolog. cap. ultim. Sponsum sic dici, non quia promisit, sed quia sponsores dedit: similiter, & sponsa eisdem dabat sponsores. Nunc autem hæc promissio sponsalitia celebratur per contractum inter sponsam, & sponsum: celebratur autem hic sponsalitiuus contractus vno è quatuor modis. Vel simplici promissione de contrahendo matrimonio. Vel datis arrhis de non recedendo à contractu, Vel dato annulo sub arrha. Vel etiam addito iuramento de stando promissis. Ita Albert. Magn. in 4. distin. 27. art. 15. & ib. D. Thom. qua. 1. art. 1. Durand. quest. 3. Palud. qu. 1. num 10.

2 QVÆST. Quo pacto definiuntur sponsalia? RESP. Sponsalia sunt futurarum nuptiarum mutua promissio. Ita Albert. Magn. in 4. d. 27. art. 12. ibid. D. Thom. qua. 1. art. 1. Dur. & Palud. habetur cap. nostrates. 30. quest. 5. & L. 1. ff. de sponsali. Quoniam verò hæc sponsalitia promissio, & celebratio fieri potest validè, & inualidè: cum autem inualidè fit, sponsalitia debent nuncupari, ideo exactius definiuntur sponsalia viri, & mulieris nullo naturæ, nec legis impedimento inhabilium de futuro matrimonio contrahendo promissio.

3 QVÆST. Oportetne ad valorem, & obligationem huius promissionis, ut externe declaretur? RESP. Oportet. Ita D. Thom. 2. 2. qu. 87. art. 1. Nam Deus intuetur cor: homo autem, quæ foris patent.

4 QVÆST. Quæ externa signa sufficiunt? RESP. Sufficiunt quæcunq; verba, quicunq; nutus, quæcunq; signa. Ita habetur cap. pen. & ult. de sponsalib. Notant ibi Abb. & Præposi. habetur item ca. unico. §. 1. d. de despons. impub. l. 6.

5 QVÆST. Quo pacto est hic contractus celebratus
RESP. Publicè. Ita decrevit Innoc. III. in ca. Cum in
de clandest. desponsas.

6 QVÆST. Quæ etas requiritur ad validitatem contractus
sponsaliorum? RESP. Septennium. Ita decernitur iure
Iureo. L. de sponsalib. 2. ff. de sponsalib. Item iure Canonico
capit. Literas. capit. Accessit. capit. ad dissolvendum de despon
sal. impub. capitul. Ex parte. de restitut. spolia. Requiritur
tem septennium, tam in sponso, quam in sponsa.
Navar. in sum. ca. 22 num. 29. cum communi Doctore
Septennium autem oportet esse completum capit. de
capitul. sequent. de desponsat. impub. Notant Angeli
num. 5. Gloss. in Clemen. fin. de etat. & qualitat. commu
ter recepta. Ratio est, quia ad hanc promissionem requi
ritur rationis perfectus usus: hic autem non nisi septen
nio advenire solet

7 QVÆST. Rogo igitur. si constet septennio completo
rationis usum non advenisse: vel ante illud expletum non
esse, an septennio completo, adhuc invalida sint sponsalia
ro non adhuc expleto, teneant? RESP. In priori difficultate
invalida esse sponsalia, tenuit Durand. d. 27. quæ
ad sponsaliorum valorem, non sufficere quemvis
nis usum, sed qui polleat notitia futurorum, Ceterum
ibid. D. Thom. quæ. 2. art. 1. ad 2. dum ait, maiorem
salia requiri usum rationis, quam ad peccandum
In altera difficultate negant esse vera sponsalia
Iuuenis de sponsalib. Angel. verb. Sponsalia, §. 5. Brunel
de sponsalib. concl. 4. Carrer. libr. 1. de sponsalib. capit. 7.
eorum est, quia in iure absque vlla exceptione, requi
tur septennium: nam in ætate requisita ad matrimonium
statim excipitur, nisi malitia suppleat ætatem. Ita
nobis, eas attestaciones. ca. Tua nos de desponsa. impub. &
unico eod. tit. in 6. Affirmant tamen D. Tho. in 4. d. 17.
2. ar. 2. ad 7. Sor. ibi. quæ. 2. ar. 2. d. 3. D. Anton. 3. p. tit. 1. ca.
Syl. spons. quæ. 2. cum Hostiensis, & Innoc. quos citat
ca. Iuuenis de sponsal. & ca. 1. 30. quæ. 1. Ratio eorum est
secundum Philosophum li. 1. Physic. Quod parum distat
nihil distare videtur. In iure vero parum, & nihil æqu
parantur. Quæ quidem pars affirmans decernitur de
genio ca. Iuuenis citat, rogatus de eadem questione.

8 QVÆST. Possuntne parentes tutores, curatores, consanguinei curam infantium gerentes, sponsalia contrahere pro filiis minoribus septennio? RESP. Possunt, sed tantum vrgentissima causa interueniente. Ita Nicolaus Papa in capit. vbi non est. de desponsat. impuber. Ita Barboza 2. pag. 890 Ad hæc vero per parentes sponsalia contrahenda, non requiritur in infante certa ætas, sed quæuis sufficit. Ita L. in sponsalib. 2. de sponsalib. cum ait ad sponsalia non requiri certam ætatem, sic interpretatur legis mentem *Sot. in 4. d. 27. qu. 2. ar. 2. ad 1.*

9 QVÆST. Hæc sponsalia contracta à parentibus ante septennium puerorum, obligantne ipsos pueros? RESP. Minime quidem, sed oportet, vt ipsi pueri septennio expleto, liquidi ostendant se in talia sponsalia consentire. Ita decreuit Bonifac. VIII. cap. unico. de desponsat. impub. Neque tenentur talibus præhabitis sponsalibus consentire ex iustitia, tenentur tamen ex debito honestatis, vt *ibid.* decernitur. Quod idem dicendum est, si sponsalia ab ipsis minoribus sunt celebrata.

10 QVÆST. Quor. & qui sient effectus sponsaliorum? RESP. Duo sunt. Primus est obligatio in sponsis ad contrahendum matrimonium promissum. *capit. ex Liter. capit. Sicut. capitul. Requisit. de sponsalib.* Quanquam sponsalia non fuerint iurata, *capit. De illis 1. de desponsat. impub. capit. iuramenti 22. quæst. 4.* Ita Albert. Magn. in 4. dist. 27. artic. 14. Palud. *ibidem quæst. 1. numer. 13. Sylu. sponsalia quæst. 4.* D. Thom. Et ideo peccat mortaliter, qui legitima causa minime excusante, recedit à fide sponsaliorum simplicium. Ita D. Thom. in 4. d. 27. quæ. 2. ar. 1. ad 2. D. Anto. 3. p. tit. 1. cap. 18. §. 2. Tenentur insuper ad damna restituenda subsecuta ex fracta fide. Ita communiter Doctores Adeo autem obligat huiusmodi simplex promissio, vt non dissoluitur per aliam alteri cum iuramento factam. Ita Abbas, Innoc. Ioann. And. *capit. Sicut. de sponsalib.* Diu. Anton. 3. p. titul. 1. capitul. 18. §. 2. Syluest. *sponsalia. quæ. 7. Cou. 1. p. de sponsal. cap. 4. numer. 3.* Ratio est, quia iuramentum non est vinculum iniquitatis: iniquum autem est, non stare promissis. Secundus effectus est impedimentum publicæ honestatis. *ca. Sponsam. cap. Iuuenis. de sponsal.* Hoc autem impedimentum ex iure nouo Concil. Tride. *sess.*

24. cap. 3. oritur ex solis validis sponsalibus, & primus gradum non excedit. Gradum vero intelligo veritas venem lineam, rectam, inquam, & transversam. Iuxta decretum Bonifacij VIII. ca. 1. de sponsalib. in 6. oritur talis certis sponsalibus.

II QVAEST. Qua poena afficiuntur à iure frangentes sponsalia? R E S P. Iubentur cogi ecclesiastica censura ad hoc. and. III. cap. Ex literis Syluani, de sponsalib. Ede. Præterea eodem tit. si sponsalia iurata fuerint. Hanc tamen censuras ecclesiasticas coactionem sustulit Lucas Alexandri successor. cap. Requisitum de sponsalib. Et contra contraria decisione abierunt Doctores in oppositis opinionibus, teste D. Thom. in 4. d. 27. quæst. 2. art. 1. ad 2. Quod quidem contentio apte componitur dicendo non esse compellendum censuris ecclesiasticis renuentem solum, cum ex futuro matrimonio probabiliter imminet graua damna, nimirum vxoricidium, & similia. In Ant. 3. p. tit. 1. 6. 18. §. 2. Brunel. de sponsalib. con. 16. d. 1. Sorus proxime Cou. 1. p. de sponsalib. cap. 4. num. 5. poena tamen semper est apponenda. ca. De illis, de sponsalib. et in Inter virum. eodem tit. Quod quidem idem dicebatur sponsalibus simplicibus.

12 QVAEST. Quot sunt genera sponsaliorum? R E S P. Sponsaliorum alia certa, alia incerta. Certa sunt, quæ uni tantum puellæ. Incerta sunt, quæ sunt uni & pluribus. Alia absoluta: alia conditionata. Absoluta fiunt, cum solute promittuntur. Conditionata vero, cum sub conditione celebrantur.

13 QVAEST. Quid censetur de sponsalibus conditionatis suntne vera sponsalia? R E S P. Sponsalia conditionata conditio apposita est honesta, & utilis, nec aduersatur substantiæ matrimonij, impleta conditione, sunt vera sponsalia. Ita D. Thom. in 4. d. 27. quæst. 1. art. 1. ad 4. Ant. 3. p. tit. 1. ca. 18. §. 2. Sor. in 4. d. 29. quæst. 2. art. 3. conc. 3. Habent ca. De illis. ca. Per tuas. ca. Super eo. de condit. apposit. Quod vero conditio apposita aduersatur substantiæ matrimonij, sponsalia sunt nulla, etiam subsecuta conditio. Et decernitur ca. fin. de conditioe apposit.

14 QVAEST. Euenire potest, ut apponatur conditio inuisibilis, & inhonesta: ut apponatur etiam conditio impossibilis.

quero, quid censens de talibus sponsalibus? R E S P. Communis opinio docet conditiones turpes habendas esse pro non oppositis, & iudicandum talia sponsalia esse vera, & valida. Ita D. Thom. & Anton. citati. Richard. in 4. d. 28. art. 2. quest. 2. Durand. q. 2. ad 1. Decernitur capitul. de cond. appof. Idem decernitur de conditione impossibili. Verumtamen cum promissio in foro poli non extendatur ultra intentionem promittentis, attendenda est huiusmodi intentio; proinde si promittens nullatenus se voluit obligare, nisi impleta conditione turpi, vel impossibili, ea non impleta, sponsalia sunt nulla, impleta tamen, tenent, & valida sunt. Quidquid in foro fori alij iudicent.

15 QVAEST. Nasciturne ex sponsalibus conditionaris, ante impletam conditionem, impedimentum publicae honestatis? R E S P. Minime. Ita habetur c. 1. de sponsalib. lib. 6.

16 QVAEST. Estne sponsalitia promissio facta consanguineo sub conditione, si Papa dispensauerit? R E S P. Negant Innocent. Cardin. Abbas. & communiter iuris periti in c. Super eo, de cond. appof. Sylu. matrim. 3. quest. 9. Viçt. de matrim. n. 258. Veruntamen eorum rationes sunt improbables. A iunt enim talia sponsalia esse prohibita. Deinde illam conditionem censerit à iure impossibilem, quippe quae pendeat à principis voluntate, iuxta L. Continuis. §. Cum quis. ff. de verb. signif. Affirmant tamen Adr. de matrim. qu. 10. ad finem. Couar. de matrim. 2. p. c. 3. n. 7. Viuald. de matrim. nu. 55. probatur, quia illa conditio est honesta, & licita, & Summo Pontifici representata, interueniente causa suscipitur, & in ea dispensatur; ergo si apponatur, & impleatur, valebunt sponsalia.

17 QVAEST. Valentne sponsalia facta per metum? R E S P. Dico primum. Sponsalia simplicia facta per metum grauem, cadentem in constantem virum, nulla sunt. Ita D. Thom. 2. 2. quest. 89. art. 7. ibid. Caiet. Iurisperiti cap. Debitores. de iur. iuran. Ratio est, quia omnis simplex promissio extorta per hunc metum, inualida est. Dico secundum. De sponsalibus iuratis extortis per metum grauem, cadentem in constantem virum, acriter pugnant Doctores. Quod non valeant defendit Sor. in 4. d. 29. q. 1. art. 3. §. aliud deinde. atque tale iuramentum nullatenus

obligare: sicuti non valet professio religionis, neque
summet matrimonium, si fiant cum tali metu. Quod va-
leant, defendit D. Anton. 3. p. tit. 1. cap. 18 §. 1. Gloss. cap.
Abbas Couar. 2. p. de sponsalibus. c. 3. §. 1. nu. 4. Molina
de iust. tractat. 2. disp. 14 §. 9. Ratio eorum est, quia cum me-
tumentum ex parte iurantis absque culpa impleri potest
implendum est. Ideo cap. Debitores. de iur. iur. tenet iuramen-
tum de soluendis vsuris. Denique: Si vero, eodem te-
presse habetur iuramentum, etiam per metum extor-
tum valere, petendamque esse dispensationem
alius.

18 QVÆST. An celebrari possint sponsalia sub pœna
da ab eo, qui promissis non steterit: RESP. Minime. Ita prohi-
betur cap. Gemma. de sponsalib. l. Neque ab initio. C. de
nupt. l. final. Cod. de sponsalib. Ratio est: quia hic contractus
debet esse maxime liber. cap. Requisiuit. cap. Gemma. de
sponsalibus: hanc autem libertatem adimit metus pœna.
Dico secundum. Non tantum contrahentes promittuntur
à iure sponsalia celebrare sub pœna, à seipsis soluen-
da: sed etiam prohibentur contrahentium parentes, &
consanguinei suscipientes pœnam à se ipsis soluendam.
Ita Panorm. cap. Gemma. cit. Barth. & communis in l. Tis-
sia, de verb. oblig. Ang. sponsal. §. 14. Prohibentur item ro-
de amici. Ita Ang. proximo loco, & Brunel. de sponsalib. c.
16. declarat. 4. Ratio eorum est, quia auctore Bartholo-
mæo dicit l. Tissia, propinquus, & valde amicus æquiparantur.
Possunt tamen pœnam huiusmodi apponere extraneis.
Ita Ang. & Brunelus proxime citati. Glossa in l. Tissia.
Ratio est, quia adhuc metus pœnæ soluendæ à propin-
quis, & valde amicis, non finit consensum valde ter-
rum, finit vero metus pœnæ soluendæ ab extraneis. Hinc
promissio pœnæ facta à parentibus, propinquis, vel ami-
cis sponsi, aut sponsæ, non obligat in conscientia. In l.
Thom. in 4. dist. 27. quæst. 2. ar. 2. ad 4. D. Anton. 3. p. tit. 1. c.
18. Caiet. verb. sponsalia. Neque firmatur, seu conuadetur
ex iuramento, sub quo fit. Notat Brunel. ex Bartholo. Ra-
tio est, quia illa appositio pœnæ, facta contra legem, et
minimum est peccatum veniale, ut censet Caiet. con-
sponsalia iuramentum vero non est vinculum iniquitatis,
ideo nec illicitæ promissionis. Oppositum censuit Molina

10m. 1. *Iust. tract. 1. disput. 151.* à paritate rationis de iuramento facto latroni de reddendo pretio, pro redimenda vexatione, sub iuramento promisso. Veruntamen non est firmum fundamentum, quia illa promissio facta latroni, non est deficiens ex prohibitione legis humanæ, aut diuinæ: nulla. n. lex prohibet promittere latroni, pro redimenda vexatione: sed solū deficiit ex deficiente libero cōsensu necessario ad obligandū promittentem. Promissio autē pœnæ, de qua agimus, est nulla ex prohibitione, cōtra quā peccat, qui pro stando promissis pœnam apponit.

19 **QVÆST.** *Licetne apponere arrham, hoc est pignus completendi matrimonium, ut notat Gloss. cap. Geminianus, & Doctores in L. Tissia: Res.* Licet. Ita habetur *L. Arrhis, & L. fin. Cod. de spons.* Potest promitti arrha utrinque, hoc est, ab sponso, & sponsa. Ita Bald. Aretin. & Iason in *L. Tissia.* Couar. *de matrim. 2. p. c. 3. §. 7. num. 7.* Potest promitti in qualibet quantitate. Ita Imola, & Iason in *L. Tissia, & Couar. citatus numer. 9.* Completo matrimonio, arrha redit ad dantem. Ita Preposit. & Abb. in *cap. Geminianus Artil. verb. arrha Sylu. ibid. qu. 9.* Qui recipit Arrham, & frangit fidem, reddit duplum. *L. arrhis. L. Mulier. Cod. de sponsalib.* Nisi sit minor viginti quinque annis: si enim minor est, simplum reddere permittitur. *L. fin. Cod. de sponsalib.* Dicitur vero solus ille frangere fidem, ex cuius culpa, & malitia matrimonium non est secutum. Hanc de arrhis doctrinam secundum commune ius, & acceptionem Doctorum, tradit D. Anton. 3. *p. tit. 1. c. 8. Syl. sponsal. questio. 9.* Angel. *numer. 17.* Dixi secundum ius commune: nam secundum ius peculiare Lusitanæ, & Castellæ appellatur arrha donatio liberè facta ab vno alteri sponso, ante, vel post matrimonium ratum, non consummatum, eo autem consummato, donatus acquirit ius sibi, & suis hæredibus, Ita *libr. 4. Ord. Lusitan. tit. 9. in antiq. & in nouis lib. 4. tit. 47.* In Castella ista donatio non valet ultra decimam partem bonorum facta quo ad excessum. Notat Gomes *L. 50. Tauri. num. 12.* In Lusitania vero ultra tertiam partem dotis *L. 4. Ordin. tit. 9. §. vlt. & in nouis L. 4. tit. 47. §. fin.* Sed hac de re latius Couar. *de matrim. 2. p. c. 3. §. 7. n. 12.*

20 **QVÆST.** *Quibus de causis soluantur sponsalia?* **RES.** Causæ, quæ soluant sponsalia, multiplices sunt. Prima est

mutuus sponsi, & sponsæ consensus volentium se ser-
gere. Ita habetur *capit. 2. de sponsalib.* quamvis sponsalia
sint iurata. Ita Palud. *in 4. d. 27. quest. 1. num. 18.* Durand.
3. *Artil. verb. sponsal. nu. 12.* Nauar. *cap. 22. numer. 2.* Couar.
5. 2. *de sponsalib.* Couar. 2. *p. de sponsalib. c. 5. nu. 1.* Ratio est
quia illud iuramentum factum fuit dependenter à volun-
tate alterius, pro ipsius utilitate: & ideo renuente alterius
voluntate, & cessante illius utilitate, iuramentum non
tenet. Si vero consensus non sit mutuus, sed ex vna par-
te, hoc est, si sponsus solus, vel sponsa sola dicit
nolo tibi nubere, nube cui volueris, alter quidem potest
cui velit, nubere: qui vero ex malitia dissentit, minime
sed adhuc ad alias nuptias pendet ex consensu rati-
& non consentientis in discessum. Notat Sor. *in 4. d. 27.*
quest. 2. art. 5. §. quintus casus. Secunda causa, est ingressus
religionis. Nam ingrediente vno sponzorū religio-
suscipiendo habitum religionis, qui manet in seculo, non
est alteri nubere. Ratio est, quia per ingressum illius
ostendit sponsus se velle à sponsalibus recedere. Ita
Nauar. *cap. 22. numer. 26.* Sor. *d. 27. quest. 2. art. 5. ad 5.* Con-
uertunt tamen Doctores, an per solum ingressum Reli-
gionis solvantur sponsalia, etiam quo ad sponsum in-
gredientem, vero animo experiendi, vtrum sibi hoc
profiteri. Absolute affirmat Maior. *in 4. d. 27. q. 3. ca. 1.*
Angel. *ver. sponsalia. nu. 22.* Sylu. *q. 10. Cordub. q. 137.* No-
gat tamen Palud. *in 4. d. 27. q. 1. nu. 23.* Gabr. *in supp. q. 1.*
2. *art. 2. casu. 6.* Rich. *art. 2. q. 4.* Durand. *q. 3.* Albert. *Mag.*
art. 16. D. Thom. *q. 2. art. 3. ad 1.* Artil. *num. 12.* Couar.
sponsal. 1. p. cap. 5. numer. 11. Viguer. *cap. 16. §. 7. ver. 17.* Fe-
damentum partis affirmantis est, æquitas rationis: ut
sicut per professionem soluitur omnino matrimonium
ratum ex vtraque parte, ita æquum videtur, vt per in-
gressum religionis solvantur sponsalia vtrinque. Fe-
damentum vero negantium Doctorum sumitur ex li-
bera asserentium congruitate sine textu, qui ad hoc pri-
uilegium non adducitur. Tertia causa, est susceptio sacri
ordinis. Ita Palud. *in 4. d. 27. quest. 1. num. 21.* Sor. *quest. 2.*
art. 5. col. 2. Sylu. *ver. spons. q. 10.* Nauar. *ca. 22. numer. 27.* Ra-
tio manifesta est, quia sacer ordo est impedimentum di-
rimens matrimonium contrahendum, hoc est, reddit

inha
dece
nexi
voto
ord
trim
susce
quet
pecc
nes f
miss
Gab
Et i
sum
tion
cro
mo,
renc
supo
tra p
votu
lia. I
vero
illu
artic
iuris
miss
ped
cast
sus
casu
3. p.
lect
per
tale
mit
spo
mir
one
libe

inhabilem omnino sacro ordine initiatum ad nuptias, ut decernit Conc. Trid. *sess. 24. can. 9.* tum ratione voti annexi iuxta consuetudinem Ecclesie Latinæ. *c. unico de voto. lib. 6. c. Si quis eorum. d. 32.* tum ratione ipsius sacri ordinis, ut notat D. Thom. *in 4. d. 37. q. 1. ar. 1. Sylu. matrim. 8. qu. 12. Pet. Sot. de matrim. lect. 5.* Ergo sponsalia per susceptionem sacri ordinis omnino soluuntur, quia nequeunt cogere ad nuptias contrahendas. Veruntamen peccat grauiter, qui inscia, aut inuita sponsa sacros ordines suscipit, seque reddit inhabilem ad sponsalitiã promissionem implendam. Ita Palud. *in 4. d. 27. q. 1. num. 21. Gab. qu. 2. ar. 3. D. Anton. 3. p. tit. c. 18. §. 2. Sylu. spons. qu. 7.* Et ideo in foro externo datur actio sponsæ contra sponsum ordinari volentem. Neque satis est ad hanc obligationem soluendam votum castitatis annexum ordini sacro, cuius oppositum videtur asserere Sot. loco proximo, quia obligatio promissionis factæ mulieri, antefertenda est statui cœlibatus, cuius obligatio in sponsalibus superuenit, quia non placet Deo promissio facta sibi, cõtra promissionem antea factam homini. *Quarta causa, est votum simplex castitatis nuncupatum ante ipsa sponsalia.* Ita habetur *ca. Rursus, qui clerici, vel vouentes.* Vtrum verò tale votum castitatis simplex soluat sponsalia ante illud facta, non leuis est dubitatio: affirmat Sot. *d. 27. l. 2. artic. 5. D. Antonin. in cap. De illis. de despons. impub. Direct. iuris apud Sylu. sponsal. nu. 7.* Ratio eorum est, quia in promissione sponsaliorum intelligitur illa conditio, nisi impediatur melius bonum: bonum autem est melius seruare castitatem, quam nubere. Negant tamen Archid. *c. Rursus* citato. Palud. *in 4. d. 27. quest. 1. nu. 23. Gab. q. 2. art. 3. casu. 6. Armil. ver sponsal. n. 12. Nau. c. 22. num. 27. D. Ant. 3. p. tit. c. 18. §. 1. ex opposito fundamento, quia non est electio melioris status coram Deo, in præiudicium tertie personæ. Dico tamen sponsam deobligari à fide data per tale superueniens votum factum à suo sponso. Ratio sumitur ex onere per tale votum illi subsequutum: nam sponsus nequit deinde petere graue onus est foemineæ verecundiæ semper debirum petere: ab hoc igitur onere, ex sponsi voluntate tantum orto, se poterit sponsa liberare, alteri nubendo. Dubitant verò Auctores, an pro*

imple-

implendo voto teneatur sponsus profiteri religionem
 si sponsa nolit liberum illum dimittere in saeculo vi
 coelibatu viuat. Affirmat Palud. loco citato. D. Antonius
 proxime. Nauar. capit. 12. numer. 80 Ratio est, quia
 nequit perfecte implere suum votum, cum teneatur
 dando debitum reddere vxori exigenti. Quinta causa
 subsequens post sponsalia cum Bertha, matrimoniu
 ratum cum Ioanna. Ita habetur cap. Sicut ex liter. cap.
 inter virum. de spons. Dubitant Auctores, an mortua vi
 re, & viua adhuc priori sponsa, teneatur sponsus illa
 bere? Affirmat Vega in sum. lib. 6. casu 125. cum alijs, qui
 citat. Negat tamen Palud. in 4. d. 2. quasi. 1. n. 8. Alii
 sponsal. nu. 7. aiuntque sponsalium vinculum perhibe
 quens matrimonium fuisse omnino solutum. Sexta ca
 sa est, fornicatio sponsae sponsalibus superueniens: nam
 propter eam dissoluntur sponsalia, quo ad obligati
 nem sponsi, etiam iurata. Ita habetur cap. Quomodo
 dum. de iur. iuran. quamuis sponsa fuerit per violentiam
 oppressa. Notant Gloss. cit. c. Quemadmodum. Panor. &
 Andr. ib. Angel. verb. spons. numer. 92. Sylu. quasi. o. d. 7.
 Sot. d. 17. qu. 2. art. 5. casu 7. Ratio sumitur ex gratia
 sponsi: itidem ex onere irregularitatis, quae inde oritur
 vt tenet D. Tho. in 4. d. 33. q. 3. art. 1. ad ult. notat. Cuius
 de sponsalib. 1. p. ca. 5. n. 2. neq; obstat innocentia sponsae
 corruptae, quia etiam propter causas superuenientes
 culpa sponsae dissoluntur sponsalia, veluti propter car
 ritatem, vt notat Palud. nu. 31. Maior, Syl. Sot. & Nauar.
 vbi supra. Dissoluntur etiam sponsalia propter fornicati
 onem, sponsalia praecedentem, quam tempore con
 tractus sponsus ignorabat. Ita D. Antonius. 3. p. tit. 1. cap. 1.
 1. Ang. Armil. Sot. loco citat. Ratio est, quia etiam illa
 procedens fornicatio est notabiliter ignominiosa sponsi.
 Dissoluntur etiam per fornicationem spirituales, si
 est, per apostasiam a fide. capit. Non solum. capit. Iam nunc. 1.
 q. 1. Tradunt Pal. sup. num. 19. Anton. Sylu. Sot. Nauar.
 vbi supra. Angel. verb. sponsalia §. 30. In hac vero causa
 quales sunt sponsus, & sponsa, vterque enim potest a
 sponsalibus recedere: siue enim fornicatio sponsi temerari
 sequatur promissionem, siue aliquoties praecesserit, spon
 sum reddit suspectum de non seruanda fide in posterum.

Ira D. Thom. in 4. d. 27. quest. 2. artic. 3. ad 6. Durand. qu. 3. Palud. & Viuald. de sponsalib. numer. 33. Septima causa est, superueniens affinitas: Ira habetur capit. Si quis sponsam 27. quest. 2. capit. Veniens. capit. ex literis. de eo. qui cog. Octava causa est, orta fama publica de canonico impedimento inter sponfos, quæ nequeat veritate extingui. Ira habetur cap. Super eo, de consang. & affin. Notat ibi Hostiensis cap. Cum in tua. de sponsalib. Tenet. Alb. Magn. in 4. d. 27. art. 16. casu 4. Palud. quest. 1. numer. 27. Angl. verb. sponsal. num. 36. Nauar. cap. 22. num. 27. Hæc autem fama dissoluit sponsalia etiam iurata. Ad sponsalia vero simplicia dissoluenda, sufficit testimonium iuratum vnius personæ fide dignæ, dicentis interuenire inter sponfos consanguinitatis impedimentum. Text. expressus in cap. Cum tua. de sponsalib. Nona causa est, lapsus temporis præfixi in ipso sponsaliorum contractu ad contrahendum: nam e lapsu termino, ille per quem non stetit, quo minus contraheretur, non tenetur iam ex vi promissionis ad contrahendum. Ira habetur cap. Sicut ex literis. de sponsalibus. Tradit cum communi D. Thom. in 4. dist. 27. qu. 2. artic. 3. ad 2. Palud. quest. 1. numer. 20. Angel. verb. sponsal. numer. 27. sed in hac causa attendenda est intentio sponforum promittentium. Decima causa, est negatio dotis promissæ, vel alterius conditionis honestæ appositæ non impletio. Ita Ioann. Andr. capit. De illis, de condit. apposit. Syluest. sponj. quest. 10. Angel. numer. 32. Sor. distinct. 27. quest. 2. artic. 5. casu. 5. Undecima causa, est fuga, seu discessus vnius sponsi ad aliam longinquam regionem: nam qui manet, potest alteri nubere. Ita habetur cap. De illis, de sponsal. & ibid. Panorm. Alb. Mag. in 4. d. 27. art. 16. casu 2. Angel. sponsal. num. 26. Nau. ca. 22. num. 26. Controuertunt autè Doctores, an sponsus manens statim post discessum, possit alteri nubere. In iure ciuili taxatum est expectandi tēpus, nimirū biennium pro sponso absente intra eandem prouinciam secundum communem famam, ignorato tamen loco ubi sit. triennium vero pro absente in aliena prouincia. Ita decernitur L. Sape ff. de sponsalib. & L. 2. de repud. In iure vero canonico non est præscriptū tempus; sed standum esse iure Cæsareo, tenent Ioann. Andr., Hostiens. & Anton. in c. De illis citato. & Syl. sponsal.

sal. qu. 10. casu 4. Nam ubi ius canonicum non dispo-
 standum est iure Casareo, vt colligitur ex *ca. 1. de ma-
 oper. nunciatione*, tenentque communiter Canonice. Ce-
 dinalis autem, & Præpositi in eodem cap. *De illis. Maior. c. 1.*
*4. d. 27. quæst. 3. casu 10. Sor. q. 2. art. 5. casu 10. Couar. de spon-
 sal. 1. p. c. 5. num. 7.* Angel. & alij, iudicis prudentis arbitrio
 negotium relinquunt. Quoniam vero Alex. III. in
ca. De illis, decernit, sponsis ad alias regiones profectis
 berum esse mulieribus relictis ad alia se vota transire
 crediderim iuris determinationem procedere, cum
 sus ex licentia sponsæ; vel urgente necessitate discer-
 cum vero inscia sponsa, seu potius repugante, non
 sponsus occulte, posse sponsam statim ad secundas nu-
 ptias transire, vbi scandalum fuerit nullum. Ratio
 quia per illum occultum discessum, vel vetitam ali-
 tiam, latis sponsus renunciauit iuri suo de impedis
 missis nuptijs, nec dignus est, qui ab sponsa expediat.
 Duodecima causa, est grauiissimus morbus superueniens
 sponsalia, vt epilepsia, paralytis, lepra, morbus Gallicus,
 abscissio nasi, cæcitas, vel alia superueniens deformitas.
 Ita habetur cap. *Quemadmodum de iur. iuran. cap. Litem*
coniug. lepros. Sufficit cæcitas deformis vnus tantum oc-
 li: notat Alb. Mag. in *4. d. 27. ar. 16. casu 2. D. Antonius 31.*
Nau. ca. 2. n. 27. sufficit amissio ea pulchritudinis, vbi
 tabile tædium gignat sponso; magnamque displicentia-
 ne nuptiæ malum exitum habeant. Ita D. Thom. in *4. d.*
27. q. 2. art. 3. ad 3. Couar. de spon. 1. ca. 5. nu. 6. Decima
 causa, est superueniens inimicitia capitalis. It. Palud. in
 Sylu. locus citat. Decimaquarta causa, est atrox seueritas
 asperitas morum sponsi, vel sponsæ, antea ignota. Ita
 Abb. c. *Veniens, qui cleric. vel non. Nau. cum Sylu. c. 1. n. 27.*
 Decimaquinta causa, est superueniens, alterius
 paupertas. Ita Panorm. c. *Quemadmodum de iur. iuran. cap. Litem*
sponsal. casu. 9. Angel. nu. 33. Nau. c. 2. n. 27. Ratio est, quia
 in tali promissione semper intelligitur conditio, si res
 eodem, aut non multum dissimili statu permaneat.
 Vnde non erit sufficiens ea paupertas superueniens, qua
 qua adhuc remanet dos sufficiens ad leuanda onera
 trimonij: & in hoc sensu vera est sententia Couar. de spon.
sal. 1. p. ca. 5. nu. 4. & Gloss. dicti ca. Quemadmodum. Decima
 sexta

sexti
 bert
 quia
 null
 an
 stare
 alius
 piul
 sic p
 præ
 sed l
 cit. S
 37. F
 runt
 rata,
 sinet
 cum
 gicur
 iurat
 pube
 21
 Spon
 ens f
 cont
 spon
 in 4.
 mat
 dent
 1. nu
 1
 2
 3
 4
 5

sexta causa. est reclamatio impuberis post tempus pu-
bertatis (aliqui addunt, post rationis vsu, sed immerito,
quia sponsalia facta ante rationis vsu sunt ipso iure
nulla, vt *supra* iam ostendi *num. 6.* itaque si impubes ad
annos pubertatis perueniens reclamat, dicatque se nolle
stare promissis sponsalibus, sponsalia manent nulla, siue
alius velit, siue nolit. Ita decernitur *capit. De illis citat. ca-*
pitul. A nobis. capit. Attestationes. de sponsat. impub. siue alius
sit pubes, siue impubes, & tenent cum communi Abb. &
præpos. capit. De illis, citato. Neque requiritur alia causa,
sed satis est sola, ipsa voluntaria reclamatio. Ita Panorm.
cit. Sylu. sponsalib. quest. 10. casu 12. Armil. n. 13. Angel. nu.
37. Hostiens. c. De illis, præcipue cum sponsalia non fue-
runt iurata, vt tenet Couar. Imo etiam cum fuerunt iu-
rata, vt voluit Palud. Angel. Sylu. Armil. & Sot. in 4. di-
stinct. 47. quest. 2. art. 5. casu 3. Ratio est, quia ius Canoni-
cum loquitur sine distinctione de sponsalibus, intelli-
giturque illa tacita conditio in talibus sponsalibus, siue
iuratis, siue non iuratis, nisi reclamauerit, cum ad annos
pubertatis accesserit.

21 *QVÆST. Quot regula certa sunt in causis soluentibus*
Sponsalia? RESP. Duæ. Prima est. Omnis causa superueni-
ens sponsalia, illa soluit, quæ si à principio extitisset, ea
contrahi impediret. Ita Maior. *in 4. distinct. 27. quest. 3. Syl.*
sponsalia. quest. 10. Nauar. capitul 22. numer. 27. D. Thom.
in 4. dist. 27. quest. 2. artic. 3. ad 4. Secunda est, causa dirimēs
mattimonium subsequens, dissoluit sponsalia præce-
dentia. Ita cum communi notat Palud. in 4. distinct. 27. q.
1. numero 29.

De denunciationibus, seu bannis. §. 2.

- 1 *Quot denunciationes sunt præmittendæ.*
- 2 *Quibus diebus sunt faciendæ denunciationes,*
- 3 *Quando sunt faciendæ denunciationes.*
- 4 *Quo in loco sunt faciendæ denunciationes*
- 5 *An denunciationes sunt de essentia matrimonij.*

Medull. Casuum.

D d d

5. An

- 6 An Parochus possit dispensare in denunciationibus.
- 7 An Episcopus, & eius Vicarius possint dispensare in denunciationibus.
- 8 Ex quibus causis possit dispensari in denunciationibus.
- 9 In quibus diebus prohibetur nuptiarum solemnitas.
- 10 An liceat ante denunciations postea habere consummare matrimonium.
- 11 An possit dispensare, ut denunciations factis in diebus feritatis.
- 12 Quod peccatum committit, qui contrahit matrimonium ante denunciations.
- 13 Quantum tempus esse debet inter denunciations & matrimonium.

1 QVÆSTIO. Quot sunt præmittenda denunciations banna appellant Doctores? RESP. Tres. Ita Concil. Trident. sess. 24. cap. 1. Concil. Later. cap. si quis contrahitur. cap. cum inhibito. de clandest. desponsat.

2 QVÆST. Quibus diebus sunt faciendæ denunciations? RESP. Tribus diebus festis continuis. Ita Concil. Trident. sess. 24. c. 1.

3 QVÆST. Quando sunt faciendæ denunciations inter missarum solemnitas. Ita Concil. Trident. sess. 24. c. 2.

4 QVÆST. Quo in loco sunt faciendæ denunciations? In parochia, ubi habitant contrahentes, si vero habitent in duabus, in duabus faciendæ sunt. Ita fieri præcipitur in Constitutionibus Bracharensis diocesis tit. 8. cap. 1. & Conimbricensis tit. 9. const. 2. declaravitque Congregatio Cardinalium.

5 QVÆST. Suntne hæ denunciations de essentia matrimonij? RESP. Minime. Ita Rosas in Epitome de suc. capit. 2. numer. 22. Guter. de iuran. 1. p. capit. 31. n. 25. Matiezo. in Bull. tit. 1. Sarmiento libr. 1. select. cap. 6. numer. 7. Nauat. cap. 11.

numer. 70. & c. 16. nu. 36. Roland. tom. 3. consil. 93. num. 23.
Cenedus in collect. 1. p. collect. 58. numer. 2.

6 QVAEST. Potestne parochus ex causa has denunciations
mittere, vel pauciores tribus faceret. RESP. Minime. Ita
Nau. li. 4. const. tit. de clandest. denunciat. consil. 1. & in sum. c.
22. n. 70.

7 QVAEST. Potestne Episcopus, aut illius prouisor, seu Vica-
rius Generalis in his denunciationibus dispensare, ut vel omit-
tantur omnes, vel pauciores fiant ante matrimonium contra-
ctum. RESP. Potest. Ita Palud. in 4. d. 28. quest. 2. nu. 21.
decreuitque Conc. Trid. citato loco.

8 QVAEST. Ex quibus causis potest Episcopus, aut illius Vi-
carius generalis in denunciationibus dispensare? RESP. Iuxta
Conc. Trid. si timeatur, quod aliqui malitiose matrimo-
nium impediant. Deinde si nobilis nubit ignobili, diues
pauperi, senex adolescētula. Ita Palud. in 4. d. 28. quest. 2.
numer. 19. Sor. quest. 1. art. 2. dylu. matrimon. 6. quest. 7. Præ-
terea, quando contrahentes habiti sunt pro veris coniu-
gibus, & pudeat detegere impedimentum. Ita citati Do-
ctores, & Segura in direct. c. 14. nu. 6. Nauar. ca. 16. num. 38.
Denique si instet tempus, in quo prohibetur nuptiarum
solemnitas.

9 QVAEST. In quibus diebus prohibetur nuptiarum sole-
mnitas? RESP. Prohibetur à primo die aduentus, vsque ad
diem Epiphaniæ, & à feria 4. cinerum, vsque ad octauam
Paschæ inclusiue. Ita præcipit Conc. Trident. sess. 24. c. 10.
de reform.

10 QVAEST. Licet illis, cum quibus dispensatum est in de-
nunciationibus, statim consummare matrimonium. RESP. Mi-
nime. Ita præcipit Concil. Trid. loco proximo. Sed ante cō-
summationem facienda est tria denunciatio, nisi aliter
visum fuerit Episcopo: hoc enim ipsius prudentiæ relin-
quitur. Adnotat Tolet. libr. 7. c. 19. nu. 1. Peccatque letha-
liter, qui contra hoc decretum Concilii matrimonium
consummat. Ita Nau. c. 16. n. 36. & Instructor. 1. p. c. 87.

11 QVAEST. Potestne Episcopus dispensare, ut hac tria de-
nunciatio fiat tribus feriæ diebus? RESP. Minime. Ita declara-
uit Congregatio Cardinalium. Nam Episcopus non est
supra Concilium. Concilium vero iubet, ut fiant tribus
diebus festis.

12 QVAEST. Peccatne, qui omissis denunciationibus contra-
hit matrimonium? RESP. Peccat lethaliter. Ita Nauar. ca
19. nu. 36. Instruct. r. p. c. 86. Nisi vigeat necessitas iustitiam
mortis pro accipienda in coniugem concubina ad fac-
faciendum famæ, aut filios legitimos relinquendum, ne-
oporteat ad nubendum viro æquali, qui aliter decessit
voluntatem mutabit, vt notat Instruct. Auctor loci
sato.

13 QVAEST. Quod tempus esse debet inter denunciationes
& matrimonium? RESP. Soli quatuor menses: nam qui
denunciationibus habitis intra quatuor primos me-
ses non contraxerunt matrimonium, nequeunt con-
trahere, nisi præmissa iterum trina denunciatione. In-
clarauit congregatio Cardinalium.

CAPVT XVII.

De matrimonio, quatenus est Sacra-
mentum, §. 1.

- 1 An matrimonium sit sacramentum.
- 2 Quis autor fuit sacramenti matrimonij.
- 3 De materia, & forma sacramenti matrimonij.
- 4 De ministro sacramenti matrimonij.
- 5 De peccato ministrantium hoc sacramentum.
- 6 Quando instituit Christus Dominus hoc sacramen-
tum.
- 7 De effectu huius sacramenti.
- 8 Qua dispositione accedere quis debet ad matrimo-
nium contrahendum.
- 9 Quæ sunt de essentia sacramenti matrimonij.
- 10 Quæ præsentia parochi sit necessaria.
- 11 Qui parochus adesse debet matrimonio.

- 12 An coadiutor parochi, sit ad hoc sacramentum pa-
rochus.
- 13 An sufficiat parochus non sacerdos.
- 14 De testibus matrimonij.
- 15 Quae praesentia testium requiritur.
- 16 An pro toto orbe obliget hoc sacri Concilij decre-
tum.
- 17 An liceat aliquando contrahere absque parocho, &
testibus.
- 18 An requiratur praesentia parochi matrimonio de-
novo celebrato propter impedimentum, quod inter-
uenit.
- 19 De loco ubi celebrandum est matrimonium.
- 20 Quae aetas requiritur ad matrimonium.
- 21 Quo pacto definitur matrimonij sacramentum.
- 22 De benedictionibus matrimonij.
- 23 De matrimonio celebrato per procuratorem, inter-
nuncium, vel epistolam.
- 24 Vtrum matrimonium inter absentes sit sacra-
mentum.
- 25 De matrimonio clandestino.

1 QVAESTIO. Estne matrimonium legis nouae sacra-
mentum? RESP. Negauit Durand. in d. 26. quest. 3. &
Gloss. cap. Quidquid 1. qu. 1. Opposita sententia af-
firmans est de fide, definita in Concil. Trid. sess. 7. can. 1. &
sess. 24. can. 1. c. Ad Abolendam de haeret.

2 QVAEST. Quis instituit sacramentum matrimonij? RESP.
Christus Dominus. Ita Conc. Trid. sess. 7. Christus enim
contractum naturalem ordinauit in sacramentum.

3 QVAEST. Quae est materia quae est forma sacramenti ma-
trimonij? RESP. De materia, & de forma huius sacramen-
ti variae fuerunt sententiae. Prima dixit esse verba, seu
signa externa contrahentium, ita tamen ut verba, seu
signa primi proferentis sint materia: verba autem, aut
signa secundi proferentis sint forma. Ita Richard. in 4. d.

26. art. 4. ad 1. Angel. *matrimon.* 1. n. 2. Veg. l. 6. c. 1. p. 2. que esse communem opinionem. Secunda sententia ipsos contrahentes esse materiam, verba autem esse seu signa externa esse formam. Ita Palud. in 4. d. 2. q. 2. nu. 23. Palat. *disp.* 1. Adrian. *de matrim.* q. 1. Per. Sor. *de matrim.* lect. 3. & 4. Couar. *de matrim.* c. 1. §. unico. n. 8. eorum est, quia in contractu matrimoniali transmutuo corpora contrahentium: sicut igitur in contractu emptionis, & venditionis materia est ipsa res empta, vendita, ita in contractu matrimoniali, Tertia sententia asserit materiam huius sacramenti esse consensuum contrahentium internos, formam vero esse verba, sententia per quæ consensus declaratur. Ita Gloss. *capit. tunc sponsals.* & Navar. c. 22. num. 20. & hanc sententiam approbat communem Canonistarum. Couar. *loco proximo citato* sequitur Tolerus *lib. 7. cap. num. 4.* Quarta sententia materiam huius sacramenti esse actus contrahentium, formam vero esse verba sacerdotis. Ego vos coniungo nomine Patris, & Filii, &c. Ita Canys *lib. 8. de iur. cap. 1.* Dico tamen. Materia, & forma sacramenti matrimonii sunt ipsi actus externi contrahentium, quibus huiusmodi consensus declaratur, ita ut actus, per quos fit traditio, & acceptatio vnus ab alio, habeant rationem materiae: actus vero, per quos fit acceptatio vnus ab alio, habeant rationem forme: fit enim in hoc contractu mutua corporum traditio, & acceptatio, ita D. Thom. in 4. *dist. 26. quasi. 2. art. 1. & 2.* Durand. q. 3. Sor. *qu. 2. art. 3.* Ferrar. *cont. gent. lib. 1. cap. 78.* Bellarm. *de matrim.* *lib. 1. cap. 6.* Capreolus 4. *dist. 26. qu. 1. art. 3. ad 2. cont. Durand.* Ideo cum verba seu signa externa ad declarandos consensuum in hoc contractu non sint certa & determinata, neque ite est materia certa, & determinata. Ex positis vero sententiis, quam omnino improbabilis, cum requirat pro forma verba sacerdotis, cuius presentia tantum requiritur post Concilium Tridentini promulgationem, ubi tantum promulgatum fuit, & acceptatum sacri Concilii decretum, antea nec ipsa presentia esset ad sacramentum necessarium, nedum verba.

4. QVAEST. Quis est minister huius sacramenti? R. est sacerdos.

contrahentes. Ita Doctores in 4. d. 25. Richard. q. 2. art. 4. Durand. q. 3. Sor. §. de ministro Bonau. ar. 2. qu. 1. Arg. qu. 1. art. 1. Pal. qu. 4. num. 22. Ratio est, quia ex natura huius contractus sufficientiunt ad eius valorem ipsi soli contrahentes. Christus vero Dominus nihil addidit naturæ contractus, sed solum effecit, ut talis contractus, inter Christianos celebratus, efficax esset instrumentum gratiæ sanctificantis, & ideo novum non creavit illius ministrum: sed ipsos reliquit, qui illum celebrare consueverant, tales autem erant ipsi contrahentes.

5 QVAEST. Peccantne mortaliter contrahentes celebrando hunc contractum in culpa Iethali, ratione ipsius ministerij, ut peccant ministri aliorum sacramentorum? RESP. Minime Ita Sor in 4. dist. 1. quest. 1. art. 6. Ratio est, quia non sunt ad hoc munus peculiariter consecrati, ut ministri à Christo Domino instituti, sed ab ipsa natura contractus.

6 QVAEST. Quando instituit Christus Dominus hoc sacramentum? RESP. Opinio fuit multorum institutum fuisse Matth. 19, cum dixit: Quod Deus coniunxit, homo non separet. quali diceret. Hanc, quam Deus Pater sanxit coniunctionem viri, ac mulieris, ego quatenus orbis Redemptor nouo iure, & præcepto meo confirmo, perficioque, ut deinceps contractus matrimonialis nouam vim conferendi gratiam iustificantem habeat, sitque gratiæ signum practicum. Ita Sor. in 4. d. 26. quest. 2. art. 2. post Scot. quest. unica. conclus. 3. Pet. Sor. de matr. lect. 2. Victoria de matrimon. numer. 241. Vivald. de matrimon. alii dixerunt institutum fuisse à Christo Domino in nuptiis Canæ Galilææ. Ita Viguerius in Instit. cap. 16. §. 7. Dico tamen. Quæuis in scriptura omnia sacramenta habeant aliquod fundamentum, non tamen omnium institutio est ibi omnino sufficienter expressa, traditione Ecclesiæ seclusa. Talis est institutio sacramenti matrimonii. Nullus vero locus clarior est, quam Matth. 19 quem pro sententia prima retuli. Hæc tamen persequi non est meum, sed eorum, qui de traditionibus agunt.

7 QVAEST. Qui est effectus sacramenti matrimonij? RESP. Gratia sanctificans, ex opere operato. Ita D. Thom. 2. 2. q. 100. artic. 2. ad 6. & in Add. quest. 42. art. 3. Richard. in 4. d.

26. art. 4. quæst. 1. Bonau. art. 2. quæst. 2. Argent. quæst. 1. artic. 1. conclus. 1. est de fide decretorum à Concil. Tridentino. 7. can. & sess. 14. can. 1. & Flo. Et ideo saltem erronea est opinio Durand. in 4. d. 26. quæst. 3. & Gloss. cap. Quæst. quæst. 1. positam assertionem negans. Dubitant vero Doctores. an per hoc sacramentum conferatur prima gratia hoc est an detur ex opere operato gratia ei, qui accedit ad hoc sacramentum cum sola attritione, putata contritione? RESP. Affirmant probabiliter Pet. Sor. de matr. lib. 2. ad 2. propositionem. Bellar. de matr. lib. 1. c. 5. cõtra h. 10. in 4. d. 26. q. 1. concl. 1.

8 QVAEST. Quæ dispositione accedere quis debet ad hoc sacramentum? RESP. Cum hoc sacramentum sit vinculum, vt Theologi vocant, debet quis accedere ad illud habendum saltem cum attritione, putata contritione. Statuitur vero Conc. Trid. sess. 2. c. 1. ipsos coniuges, vt quam contrahant, vel saltem triduo ante matrimonii summationem sua peccata diligenter confiteantur, & sacramentum Eucharistiam accipiant. Quod salubre consilium est, & à Synodalibus Constitutionibus, praxique receptum. Peccat igitur mortaliter, qui accedit ad hoc sacramentum cum obice, hoc est, cum conscientia peccati mortalis, quia ponit obicem gratiæ. Sic Tol. l. 7. c. 9.

9 QVAEST. Quæ sunt de essentia sacramenti matrimonii? RESP. Sunt materia, forma, ministri, vt in reliquis sacramentis. Insuper præsentia parochi, aut alterius sacerdotis de licentia parochi, & tres, aut saltem duo testes. Ita Conc. Trid. sess. 24. c. 1.

10 QVAEST. Quæ præsentia parochi est necessaria? RESP. Ea, quæ id, quod agitur, sic videat, vt possit esse testis iuratus rei peractæ: appellatur autem hæc præsentia materialis, & humana. Testis autem oculatus dicitur etiam ille, qui ita rem actam audit, aut intelligit, vt iuramentum eam affirmare possit. Hanc autem præsentiam secus se considerandam censuit Congreg. Card. non verè affectata parochi ignorantia nolentis videre, audire, vt intelligere, quæ peraguntur: tunc enim adhuc validum est matrimonium.

11 QVAEST. Qui parochus adesse debet? RESP. Dico primò Cū diuersarum parochiarum sunt contrahentes, sufficit præ-

sentia parochi illius Ecclesie, vbi contrahitur matrimo-
nium, siue sit mulieris, siue viri. Ita Congregatio Card.
sub Pio V. & Greg. VIII. adnotat Nau. *cap. 22. num. 144.* &
Viu. *de matrim. nu. 244.* Quod si vnus sponforum tran-
seat ad alterius locum, animo ibi permanendi firmo do-
milio, iam parochus loci est parochus vtriusque: nam
domicilium facit incolas. *l. domicilium. ff. ad municipalem.*
& *ibid. Gloss. Dico secundum.* Pro matrimonio peregrin-
orum ille est parochus, qui iuxta consuetudinem regi-
onis illis tenetur administrare sacramenta. Ita declarauit
Congregatio Card. Præcipit autem Concil. Trident.
parochis, ne vagabundos iungant matrimonio, nisi prius
diligenti inquisitione facta de impedimentis, & relata
ad Ordinarium, ab eo licentiam id faciendi obtineat.

13 QVÆST. *Estne parochus ad hoc sacramentum Coad-
iutor proprii parochi in administrandis sacramentis?* R E S P.
Maxime. Ita communiter omnes.

13 QVÆST. *Sufficitne parochi presentia, qui non est sa-
cerdos?* R E S P. Res est dubia propter verba Concil. Qui
aliter quam præsentate parochi, vel alio sacerdote de ipfi-
us parochi licentia, &c. Ideo quamuis pars affirmans sit
probabilis, vt testatur Nauar. *lib. 4. Consilior. tit. de cland.*
desponsat. cons. 10. Vega *lib. 6. casu 112. & 119.* & Roder. *tom.*
1. cap. 215. concl. 8. Pars negans est probabilior, & tutior, vt
docet Nau. & Emanuel. in eamque inclinat Cong. Car-
dinalium. Ideo parochus non sacerdos, debet dare licen-
tiam alicui sacerdoti, vt adsit huic sacramento.

14 QVÆST. *Qui possunt esse testes in contractu matrimo-
nali?* R E S P. Nullos excipit Concil. Trid. sicut vbi lex non
excipit, nec nos excipere debemus. Quamuis igitur se-
cundum Ius Canon. & Cæsareum multæ tradantur tes-
tium exceptiones (de quibus nostra minime interest in
presentiarum agere) ad hoc sacramentum omnes viden-
tur admittendi in testes. Ita Ang. *testes num. 13.* Cou. *de*
matr. 2. p. cap. 8. §. 12. num. 8. Viu. *de matr. num. 245.*

15 QVÆST. *Quæ presentia testium requiritur?* R E S P.
Ea, quam in parochi requisiuimus, moralis scilicet, &
humana.

16 QVÆST. *Obligatne Christianos hoc sacri Concilij de-
cretum in omni orbis parte degentes?* R E S P. Minime qui-

D d d 5 dem.

dem. Decreuit enim ipsum Concilium *capit. 1. de rite*
 vt hoc decretum suum robur fortietur post triginta
 dies à die primo publicationis suæ, in vnaquaque parochia
 facta numeratos. Quapropter in regionibus, in quibus
 Concilium non est promulgatum, aut nec in pa-
 rochi, nec parochiæ, potest vere contrahi matrimo-
 nium secundum dispositionem iuris antiqui, absque pa-
 rocho, & testibus, veluti apud Mauros, Turcas, Geta-
 les, & infideles. Ita aduertit Roder. *loco proximo, & Vg.*
in casib. libr. 3. casu 301. Et quoniam secundum ius an-
 tiquum sponsalia de futuro transibant in matrimonium
 per copulam maritali affectu habitam *cap. Veniamus.*
Is qui fidem. de sponsalib. iuxta Doctores in 4. d. 28. D. Th.
artic. 2. Rich. art. 1. qu. 2. Durand. quæst. 15. Palud. quæst.
numer. 12. adhuc eodem modo in eisdem regionibus
 transibunt.

17 **QVÆST.** *Estne hæc presentia parochi modo post Con-*
cilij decretum ita de essentia matrimonij, vt nec præsen-
da morte, aliter matrimonium liceat contrahere, nec
contemptu, & scandalo? R. E. S. P. Negat Caiet. in *Opus.*
1. tract. 1. quæst. 2. & Sor. in 4. d. 28. quæst. 1. art. 3. conc. 13.
 ideo affirmant, si in euentu aliquo parochus adesse
 quirit, aut testes, essetque coniugium remedium ut
 posse personas habiles contrahere, & consummare ma-
 trimonium. Oppositum tenet Nau. *capit. 22. nu. 70.*
 habendo verbis Concilij: *Qui aliter, quam presentia pa-*
rocho, &c. Quod quidem asserendum arbitror.

18 **QVÆST.** *Contraxerunt duo coram parochi, & testibus,*
postea inuentum est matrimonium nullum propter impedi-
mentum, obrepta est super impedimento dispensatio, rogo, ut
iterum contrahendum, requiratur parochi, & testium presen-
tia? R. E. S. P. Dico primum. Si impedimentum est occu-
 tum, & dispensatio obrepta est in foro conscientie, &
 matrimonium irritum celebratum fuit publicè, non
 necessaria presentia parochi, & testium, sed est satis
 usque nouus consensus inter contrahentes externe de-
 claratus. Ita Caiet. *tom. 1. Opus. tract. 13. qu. 2. Sor. in 4. d. 28.*
qu. 1. ar. 2. conc. 3. declarauitq; Pius V. eaque declaratio
 frequenter vtitur sacrum pœnitentiariæ prætorium, *tit.*
Nauar. ca. 22. nu. 70. Dico secundum. Cum impedimen-

tum est publicum, & dispensatio etiam publice obtenta est, necessaria iterum est noua presentia parochi, & testium ad matrimonium celebrandum; vel damnum graue contrahentium. Ita Cordub. in quest. qu. 51. cum pluribus, quos refert, & Instruct. 1. p. ca. 85. Quia hæc videtur mens Concilij, & Pij. V.

19 QVAEST. Quo loco celebrandum est sacramentum matrimonij? R E S P. In facie Ecclesiæ. Ita Concil. Triden. cap. 1. de reform. Quid autem intelligatur per faciem Ecclesiæ, iudicandum est ex consuetudine regionis: nam teste Maiore in 4. d. 17 qu. 1. intelligitur presentia multorum testium apud aliquas regiones. Alibi porta Ecclesiæ: Alibi ipsa Ecclesia, & ideo regionis mos seruandus est.

20 QVAEST. Qua ætas requiritur ad contrahendum matrimonium? R E S P. Dico primum. Secundum ius canonicum in masculo requiritur ætas quatuordecim annorū: in fœmina duodecim complera cap. Puberes cap. Continebatur cap. Attestationes. cap. Ex litera de spons. impub. libr. 6 cum Gloss. utrobique. Dico secundum. Eadem ætas requiritur in iure Cætareo, quæ requiritur in Canonico. l. quæ situm. l. in sponsalibus. ff. de sponsalib. ibidem Gloss. & cum Syl. mar. qu. 1. D. Tho. Add. qu. 58. ar. 5. Nau. cap. 22. nu. 9. Sot. d. 35. qu. 1. ar. 7. Cou. de matr. 2. p. ca. 5. nu. 1. Viu. de matr. tit. de atate Dico tertium. Si matritia suppleat ætatem, minor ætas requiritur. Ita habetur cap. De illis. 2. cap. puberes. cap. fin. de desponsat. impub. Dico quartum. Hæc matritia consistit in duobus, scilicet, in discretionem ad præstandum consensum, hoc est, qua intelligat quisq; quid faciat, & in potentia ad carnalem copulam. Ita Gloss. cap. De illis. de sponsalib. Couar. de matrim. 2. p. ca. 5. num. 1. & communiter Doctores.

21 QVAEST. Quoniam matrimonij definitio pendet ex iis, quæ supra proposui, ideo rogationem eius huc usque remouiro igitur, quo pacto definitur matrimonium, quatenus est sacramentum? R E S P. Videtur ita apte posse definiti. Est contractus viri, ac fœminæ legitimus, quo mutua corporum traditur potestas, gratiæ spiritualis collatiuus. Sic Tolet. lib. 7. ca. 1. nu. 1.

22 QVAEST.

22 QVÆST. Quid circa benedictiones matrimonii decreuit Concil. Trident. sess. 24. capit. 21. R E S P. Hominum coniuges, vt ante benedictiones non consummarent matrimonium. Decreuit, vt hæ benedictiones a curato alio dentur, quam vel ab Ordinario, vel parcho, vel a alio sacerdote de licentia ordinarij, vel parochi. Si vero alius sacerdos sine licentia, vel ordinarij, vel parochi benedicere attentauerit, ipso iure manet in pensus, donec aliter contrahentium Ordinario iudicatum fuerit.

23 QVÆST. Potestne matrimonium celebrari inter abentes per procuratorem, internuncium, vel epistolam? R E S P. Potest. Ita habetur expresse cap. vltim. de procur. in 6. decretum à Bonifacio VIII. Requiritur tamen speciale mandatum ad contrahendum cum certa, & expresse designata persona. Ita Abb. cap. in causis de elect. Deinde, requiritur, vt procurator per se, & non per alium adsit contractui, nisi ex speciali facultate mandantis. Ita Sylu. mar. quæst. 9. Requiritur, vt matrimonium celebretur coram parcho, & testib. vbi viget decretum Concil. Trident. Denique requiritur, vt perseueret mandantis consensus, nam si mandans consensum reuocat, quamuis iudicet procuratore, & alio contrahente, matrimonij contractus est irritus, & nullus. Ita cap. Si duo. de procur. in 6. Abb. cap. causis. de elect. Sylu. mar. s. quæst. 11. Idem dicendum de internuncio, & epistola contrahentium. Ita Glou. Nec illud 30. qu. 5. Couar. 2. p. de mat. ca. 4. nu. 8. cum Fel. & alijs. quos referr.

24 QVÆST. Estne matrimonium celebratum inter abentes Christianos per procuratorem, internuncium, vel epistolam verum sacramentum? R E S P. Negat Adrian. de baptis. qu. 2. ad 5. Caiet. tom. 1. Opusc. tract. 12. qu. 1. Vigor in Inst. ca. 16. §. 7. Can. de sac. in gen. 1. p. ad 1. arg. Et ibi de loc. ca. 5. Pœnitentia demum. Affirmant tamen Palud. 4. d. 7. qu. 2. nu. 17. ib. Sot. qu. 1. art. 3. §. at vero. Syl. mar. 5. qu. 6. Pet. Sot. lect. 3. de matr. §. Requiritur. Amb. Card. 5. in Caiet. tit. de matr. Bellar. de matr. lib. 1. cap. 7. Fundamentum eorum est, quia inter abentes datur verum matrimonium, sed omni vero matrimonio inter Christianos addidit Christus efficaciam sacramenti, vt decre-

itur in Conc. Flor. in decreto Eugenij IV. & Trident. session. 24. ergo &c. Ratio verò Caiet. & aliorum est futilis quidem: contingit, inquit, vt dormiens, recipiat gratiam & sacramentum, si dormiente mandante, procurator celebret matrimonialem contractum. Quod quidem rotundo, nec inconueniens vllum iudicatur à dictis auctoribus. Præcipit tamen Ecclesiæ vsus, & consuetudo, vt taliter in absentia contrahentes in facie Ecclesiæ accipiant benedictionem conjugalem: ostendantque se libere consensum dedisse ad tale matrimonium celebrandum.

25 **QVÆST.** Quod appellatur matrimonium clandestinum? **RE SP.** Quod sit sine requisitis iuris solemnitatibus. Solemnitates autem aliæ sunt ad decentiam, aliæ ad essentiam matrimonij actinentes. Omissis autem antiqui iuris solemnitatibus, nouæ à Concilio Tridentino decretæ, sunt tres: duæ quidem pertinent ad decentiam sacramenti. Ad decentiam pertinet trina denunciatio intermissa, tum solemnitas: deinde, vt fiat matrimonium in facie Ecclesiæ. Ad essentiam pertinet, vt celebretur matrimonium coram parochio, & testibus. Enimvero ante tale decretum Concilij matrimonium celebratum inter ipsos solos contrahentes erat validum, vt omnes asseriebant Doctores in 4. d. 28. lib. 6. cum Magist. & D. Thom. art. 3. ad 3. habebaturque in cap. Sufficiat 27 qu. 2. docetque ipsum Concilium cap. 1. de reform. damnando anathematis eos, qui oppositum dicere auderent. Quanquam tale matrimonium testibus carens, si negabatur ab vno contrahentium, iudicabatur ab Ecclesia pro non habito, vt decernitur capit. Aliter 30. quest. 5. Duæ primæ solemnitates ad decentiam attinentes, iam olim præcipiebantur in antiquo iure: trina quidem denunciatio. cap. Cum inhibitio. de clandestina despons. cap. Cum in tua de sponsalibus. Vt verò fiat matrimonium in facie Ecclesiæ. cap. Aliter. cap. Nostrates. cap. Nullus. cap. Qualis. cap. Sponsus 30. quest. 5. Cui igitur hæc prohibitio Ecclesiæ sit de re graui, peccat lethaliter, qui sine legitima causa excusante contrahit clandestine. Ita Palud. in 4. d. 28. quest. 2. num. 26. Sor. qua. 1. art. 2. conclus. 2. Nauar. cap. 22. num. 26. nam vt loquitur sacrum Concilium, semper Ecclesia Dei detestata est

taliam

talia matrimonia clandestina, vt aduertit Conardus
 erim. 2. p. cap. 6. num. 7. Prohibuit vero Ecclesia tam
 be hæc matrimonia clandestina ob multa animarum
 rricula inde prodeuntia: contingeat enim sapulione,
 Ecclesia, quæ secundum probata iudicat, compellit
 coniugem separari à vero coniuge, & habitare cum
 suo, quia secundum matrimonium nullom secundum
 probatur externe verum: & verum secundum se, pro
 externe nullum.

CAPVT XVIII.

De polygamia, libello repudiij, & rsi
 matrimony.

De polygamia. §. 1.

- 1 Quid est polygamia.
- 2 Quotuplex est polygamia.
- 3 An sit licita polygamia successiua.
- 4 An sint benedicenda secunda nuptis
- 5 An sit licita polygamia simultanea in femina.
- 6 An sit licita polygamia simultanea in viro.
- 7 An Deus permiserit bigamiam, seu polygamiam.
- 8 An inter Christianos liceat polygamia.

1 **Q**VAESTIO Quid est polygamia? **R**ESP. Est pluri-
 tas vxorum, seu maritorum.

2 **Q**VAEST. Quotuplex est polygamia? **R**ESP. Du-
 plex: vna successiua, altera simultanea. Successiua est
 vna vxore mortua, alia ducitur: similiter de viro. Simul-
 tanea est, cum viuente adhuc vna vxore; alia ducitur
 similiter de viro.

3 **Q**VAEST. Estne licita polygamia successiua, licet
 licetne mortua adhuc vna vxore, aliam ducere **R**ESP. No-
 cet Ita docet D. Paul. Rom. 7. & 1. Cor. 7. Conc. Florent.
 Trid. sessi. 24. cap. 10.

4 **Q**VAEST.

4 QVÆST. *Suntne benedicenda secunda nuptia?* R E S P. Seruandus est mos regionis. Multi asserunt esse benedicendas, cum adhuc mulier non fuit benedicta. Ita Couar. de matrim p. ca. 8. §. 11. nu. 2. cum D. Thom. & alijs, quos citat, aitque hoc seruari in praxi.

5 QVÆST. *Estne licita polygamia simultanea in fœminis, hoc est, licetne vni mulieri plures simul habere viros?* R E S P. Nunquam auditum est, etiam inter barbaras nationes, quod vna mulier plures habuerit viros. Est enim hæc polygamia contra ius naturæ.

6 QVÆST. *Est licita polygamia simultanea in viris, hoc est, licetne vni virò plures habere uxores?* R E S P. Contra ius naturale est habere simul plures uxores. Ita habetur cap. Gaudemus de diuort. docet Doctores in 4. dist. 33, D. Tho. qu. 1. artic. 1. & 2. Richar. art. 1. quest. 1. Palud. quest. 1. artic. 1. Scot. qua. 1. ad 1. Sor. qu. 1. art. 1. Ratio est, quia sicut dicitur naturæ ius, vt mulier sit vnius viri uxor, sic etiam dicitur, vt homo sit vnius uxoris vir: alioqui amor, & pax omnino tollerentur. Dico secundum. Est etiam contra ius diuinum habere simul plures uxores. Habetur hoc ius Genes. 2. *Quamobrem propter hanc relinquet homo patrem, & matrem, & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne vna.* Nec enim dixit, ait Christus Dominus, Mattha. 9. erunt tres, vel plures in carne vna: nec dixit adhærebit uxori- bus, sed uxori suæ. Atque hoc præceptum de unitate uxoris explicat Christus Dominus, iuxta sacrorum interpretum expositionem, quorum testimonia citat Castro contra hæres. lib. 11. tit. Nuptia. hæres. 4.

7 QVÆST. *Dispensauitne Deus aliquando in hac lege naturali, & diuina?* R E S P. Dispensauit tum in lege Nat. iæ cum Abrahamo, & Iacobo: tum in lege scripta cum Dauide, & alijs sanctis viris, ad propagandam sacram p̄tolem, vt docet Innoc. III. citato cap. Gaudemus de diuortijs.

8 QVÆST. *Estne licita polygamia inter Christianos?* R E S P. Nequaquam. Ita definitum est in Conc. Trid. session. 24. can. his verbis: *si quis dixerit licere Christianis plures simul habere uxores, & hoc nulla lege diuina esse prohibitum, anathema sit.*



De diuortio, & libello repudij. §. 2.

- 1 An matrimonium sit iure naturali indissolubile.
- 2 De diuortio ex adulterio quo ad vinculum.
- 3 De diuortio propter conuersionem ad fidem.
- 4 An liceat coniugi conuerso ad fidem, habitare cum infideli consorte.
- 5 In quibus euentis liceat coniugi conuerso ad fidem transire ad secundas nuptias.
- 6 An liceat coniugi conuerso ad fidem, transire ad secundas nuptias, quando non conuersus conuuls vult habitare cum eo absque iniuria Coniugis.
- 7 An liceat viro ad fidem conuerso permanere cum secunda vxore etiam ad fidem conuersa, relicta priori in infidelitate.
- 8 De diuortio ex adulterio, quo ad torum, & cohabitationem.
- 9 An coniux innocens, possit repetere coniugem adulterum iam à se per sententiam separatum.
- 10 An vir innocens teneatur dimittere adulteram vxorem.
- 11 An coniux nocens, & demissus propter adulterium, possit Religionem profiteri.
- 12 An coniux innocens teneatur recipere per torum, & cohabitationem emendatam adulteram.
- 13 De diuortio propter periculum vite.
- 14 De diuortio propter periculum animæ.
- 15 De diuortio propter apostasiam à fide, vel heresim consortis.
- 16 De libello repudij in lege veteri.

1 **Q**VAESTIO. *Estne matrimonium iure naturali indissolubile?* R E S P. Videntur negare Pet. Sor. de matrimon. lect. 1. §. ita igitur, & Bellarm. de matrimon. libr.

1. capit. 4. nam contractus per eas causas dissoluitur, per quas nascitur, capit. Omnis res. de reg. iur. in 6. ergo ut matrimonium nascitur per consentum contrahentium, ita per eum dissoluetur. Affirmant tamen D. Thom. contra gent. libr. 3. cap. 123. & in 4. d. 33. qu. 2. art. 1. Durand. ibidem. dist. 28. qu. 7. 2. Scot. dist. 26. qu. 7. unica concl. 3. numer. 5. Ratio D. Thom. sumitur ex naturali obligatione educandæ proles, propter quam, ut conseruetur species per indiuidua, institutum est matrimonium ab ipso Autore naturæ. Enim verò bona proles educatio, pendet ex utroque parente; igitur, ut datur obligatio naturalis ad bene educandam prolem: ita datur ad permanendum in matrimonio, ex quo proles orta est, & procreata. Plura habentur apud D. Tho. loco citato contra gentes.

2 **Q**UÆST. *Soluitur ne matrimonij vinculum, propter alterius coniugis adulteriū?* R E S P. Affirmat Caiet super Matth. ca. 19. declarans se id ex Euangelio colligere; salua tamen Ecclesiæ determinatione. Propēdet in eam partē Catharinus li. 5. contr. Caiet. vbi ait ex Euangelio, & Apostolo non posse colligi, nō licere in causa fornicationis alterius coniugis, aliud matrimonium contrahere. Hæc Caietani sententia damnata est à Con. Trid. sess. 1. can. 7. & antea à Flore in instructione Armenorum. Definitur ca. Gaudētes de diuort. ca. Ex parte de sponsa. Con. Mileuita. can. 17. Affricā. ca. 69. Docuit Inno. 1. in epi. 3. ad Exuperiū. can. 6. D. Augu. li. de adult. coniug. præcipue li. 2. ca. 4. li. de bono coniug. ca. 7. Clem. Papa can. 48. Aposto. Verba autem Christi Domini Matth. 9. *Qui dimiserit uxorem suam, nisi ob fornicationem, intelligenda sunt de dimissione, quo ad torum, & cohabitationem.*

3 **Q**UÆST. *Soluitur ne matrimonij vinculum per conuersionem vnius coniugis ad nostram fidem, cum antea ambo erant infideles?* R E S P. Cum alter coniux ad fidē conuertitur, & alter non conuersus, non vult habitare cum conuerso sine iniuria creatoris: coniux ad fidē conuersus, potest alteri nubere. Ita habetur ca. Gaudemus de diuortijs. ca. si infidelis. 28. qu. 2. & ibidem. Gratianus. Docet Paul. 1. Cor. 7.

Medull. Casuum.

E c c conu-

contumelia autē saluatoris, tunc fieri censetur, cum in
 delis nomen Christi non vult penitus audire, aut ad
 eū contemptu prorumpit in blasphemias: prohibet
 tum cultum, debitamq; venerationem imaginibus
 bere: auocat à fide domesticos. Ita declarat Innoc. III.
Gaudemus, & cap. *Quando de diuori*. Si rāmen conuersus
 conuersus, vult habitare cum conuerso sine iniuria
 toris, quamuis propriæ sectæ tenax, per conuersio-
 delis, non dirimitur vinculum matrimonij. Ita Nam.
 22. nu. 4. & Doctores in 4. d. 39. ar. 3. & ad 2. Bonac.
 2. qu. 2. Sot. qu. 1. ar. 3. conc. 1. D. Ant. 3. p. tit. 1. ca. 6. Syl.
 8. qu. 10. Arm. matr. nu. 33. Cou. de matr. 2. p. ca. 7. §. 4. nu.
 4. QVÆST. Licetne coniugi conuerso ad fidem, habitare
 coniuge infideli? R E S P. Negant ij, qui arbitrantur per
 uersionem vnius coniugis ad fidem, dirimi omnino ma-
 trimonium, vt opinatur Panorm. capit. *Quando de hae*.
 De cohabitatione cum infideli nolente cessare a con-
 temelia Creatoris, aut libere discedente à fidei, negant
 qui arbitrantur per eas contumelias omnino lesari ma-
 trimonium. Ita Gloss. capit. *Quanto*. Gloss. capit. *Si in*
 28. qu. 2. Richard. in 4. d. 39. art. 1. qu. 2. Angel. matr. ca.
 10. numer. 3. Textus enim capit. *Quanto*. ita loquitur
 contumelia Creatoris soluit ius matrimonij circa eum, quod
 quitur, id est, circa fidelem. Adducitur que locutus
 1. Corinth. 7. si infidelis discedit, discedat, non enim
 subiectus est frater, aut soror in huiusmodi. De cohabitatione
 infidelis, cum infideli volente habitare sine iniuria
 toris, negat Sotus in 4. dist. 39. quæst. 1. artic. 3. ad 1. ar.
 tur enim id prohiberi in Conc. Tolet. 4. quod refertur
 tian cap. *Iudai* 28. quæst. 1. & refertur capit. *Sape* 27. quæst.
 Quamquam idem Sotus d. 26. quæst. 2. arti. 3. ad 4. ar. 1.
 7. colligat oppositum docere D. Paulum, nimirum per
 vxorem infidelem manere cum marito ad fidem con-
 so, si fiat citra periculum fidei. Dico igitur primam
 moto periculo subuersionis, & scandalo, atque iniuria
 Creatoris, potest coniux conuersus ad fidem petere
 cum coniuge infideli. Ita D. Thom. in 4. d. 39. ar. 3. Bonac.
 ar. 2. quæst. 2. Anton. 3. p. tit. 1. ca. 6. Syl. matr. 8. qu. 10. Arm.
 matr. nu. 33. Couar. de matr. 2. p. ca. 7. §. 4. nu. 5. Probatur
 1. Cor. 7. si quis frater vxorem habet infidelem, & haec

tit habitare cum illo, non dimittat illam. Et si qua mulier ha-
 bet virum infidelem, & hic consentit habitare cum illa, non
 dimittat virum Ratio est, quia tunc datur spes conuer-
 sionis coniugis infidelis, qua data, melius est cum eo habi-
 tare, teste Nauar. ca. 22. num. 49. Dico secundum. Coniux
 ad fidem conuersus, libere potest discedere à coniuge
 non conuerso, quamuis velit cum eo habitare sine iniu-
 ria Creatoris. Ita citati proxime Auctores, & Magist. in 4.
 d. 39. Couar. de matr. 2. p. ca. 6. §. 11. nu. 2. Locus vero D. Pau-
 li citatus in ep. 1. Cor. 7. continet consilium, non præceptum.
 Ita D. Hieron. ibidem, & D. August. relatus in ca. Sic enim.
 2. qu. 1. Richard. qu. 1. citata. Couar. de matr. 2. p. ca. 6. §. 11.
 numer. 2. ad finem; cum Magist. in 4. dist. 37. lit. B. Hunc
 autem discessum intelligunt Doctores separationem
 quo ad torum solummodo, & cohabitationem, non quo
 ad vinculum, vt notat Nau. ca. 22. n. 49.

3 QVÆST. Cum igitur per solam conuersionem vnius
 coniugis ad fidem, non dissoluitur vinculum matrimonij, vs
 habetur capit. Si quis virginem 28. question. 1. & capit. Gau-
 demus de diuort. Dic in quibus euentis licet coniugi conuerso
 transire ad secundas nuptias? R. B. S. P. In tribus. Primus est, si
 infidelis nolit habitare cum iam fideli. Secundus est, si no-
 lit habitare sine iniuria Creatoris. Si inducat coniugem
 ad deserendam fidem. Ita Doctores cum Magist. in 4. d.
 39. Habetur ca. Si infidelis 28. qu. 2. ca. Gaudemus & c. Quã-
 to de diuort. Habet autem fidelis conuersus hoc ius à
 Christo Domino. Ita D. Bonau. in 4. d. 39. art. 2. qu. 2. Sot.
 d. 27. qu. 1. art. 4. colligitur ex loco Pauli 1. Cor. Quod si
 infidelis discedit, discedat. & c. Ac proinde tamdiu durat ta-
 le matrimonij vinculum, quamdiu fidelis vult, si enim
 alteri nubat, vinculum omnino dissoluitur, vt notat D.
 Thom. proximo ar. 5. ad 2. Teneatur tamen coniux conuer-
 sus monere infidelem, vt conuertatur, vt cesset à con-
 uer-
 sionis melijs Creatoris, vel ab iniqua suasionem. Ita Diu. Thom.
 habetur ca. Iudai 28. qu. 1. notat Gloss. ca. Gaudemus vitato,
 nisi longissima sit distantia, & difficillima monitio. In
 qua monitione dispensatum est a Greg. XIII. pro Indis,
 & Ethiopibus.

6 QVÆST. Rogo igitur, an possit conuersus transire ad se-
 cundas nuptias, cum alter non conuersus vult habitare cū illo,
 D d d a sine

sine iniuria Creatoris? RESP. Minime. Ita Panor. & Henricus
 ensis ca. Quanto de diuort. D. Anton. 3. p. tit. 1. cap. 6. de
 matrim. 3. imped. 10. nu. 3. Nauar. ca. 22. nu. 49.

7 QVÆST. Permittuntur infidelibus multa uxori. an
 ma est vera vxor, vt habetur ca. Gaudemus. de diuort. c. 1.
 D. Thom. in 4. dist. 39. ar. 3. illa tamen non vult conuertere
 tamen habitare cum viro sine iniuria Creatoris. Ita
 tamen vel tertia conuertitur. potestne fidelis conuertere
 bere huic secunda, vel tertia fideli conuerse? R. S. S. S. S.
 Doctorum sensum loquendum foret, minime quibus
 Quæstio tamen fuit proposita Pio V. & Gregorio XIII.
 ab eisdemque motu proprio dispensatum est cum
 dis, & Æthiopiis, & ex certa scientia concessum
 ambo conuersi, tanquam veri coniuges manerent, &
 relicta vxore infideli.

8 QVÆST. Ex quibus causis licet fieri diuortium
 torum, & cohabitationem tantum? RESP. Ex adulterio
 docuit Christus Dominus Matth. 19. Ad hoc diuortium
 non solum vir, sed etiam foemina habet ius. Ita cum
 gistro Doctores in 4. d. 35. habetur ca. Christiana 2. 2. 2.
 D. Thom. in Add. que. 62. ar. 1. ad 3. In viro sufficienter
 sodomiticus. ca. Omnes causationes. 32. qu. 7. Panor. ca.
 Marius. de adul. Palud. in 4. d. 35. qu. 1. nu. 8. Syl. diuort. c. 1.
 7. Debet autem fieri tale diuortium iudicio Ecclesie
 & 2. in 33. qu. 2. nisi adulterium sit manifestissimum
 Couar. de mat. 2. p. ca. 7. §. 5. nu. 11. & Sylu. loco prec.
 Excipiuntur tamen septem euentus: primus est, cum
 bo adulterium commiserunt. ca. Nihil. ca. vlt. de adul.
 paria delicta, pari compensatione dissoluntur. L. 1.
 atq; vxore. ff. soluto matrimonio. Nam qui postea
 uit, amisit ius denegandi debitum priori peccatori. Ita
 autem hac compensatione, & repetito adulterio, non
 noua contentio, vt incepit prima vice: manetq; per
 suo iure, qui primus crimen repetit. Ita Palu. in 4. d. 35.
 1. ar. 2. Sor. d. 36. ar. 1. Secundus euentus est, cum vir
 vxori occasione proximam adulterandi. ca. discretio
 eo, qui cogn. consan. Propinquã autem causam dedit, qui
 liquit solam, cum solo, quẽ sciebat illam vehementer
 mare, &c. Tertius est, cum nupsit alteri, credens maritum
 esse mortuũ facta inquisitione morali cap. cum per delicta

34. qu. 1. ca. Cum in captivitate. 34. qu. 1. Quartus, si alienum cognovit coniux, vel alienam per ignorantiam invincibile, ut iacob Lia cognovit *ca. si virgo. ca. in lectu* 34. q. 1. Quintus si vxor fuit oppressa per violentiam absolutam, liberata a culpa. *ca. Ita ne, & sequenti* 32. qu. 5. Sextus quando innocens sibi iam reconciliauit sponte nocentem. Reconciliauit autem, si veniam dedit, vel debitum petijt, nulla gratis merus vi coactus ad reconciliationem. Ita Sot. & D. Thom. citati. Septimus denique est, si cum ambo erant infideles, vnus alterum repudiavit, & postea ad fidem ambo conuertuntur. Ita habetur *capit. Gaudemus de diuort.*

9 QVAEST. *Obtinuit coniux innocens separationem per iudicis sententiam: post emendam nocentis, vult illum ad torum, & cohabitationem retocare, rogo, an teneatur nocens ad eam redire?* R E S P. Teneatur. *ca. Quod autem* 32. qu. 1. Ita Richard. in 4. d. 35. art. 3. qu. 2. Palud. qu. 2. nu. 11. Ratio est, quia illa sententia lata est in fauorem innocentis, ac proinde iuri eius non prauidicauit.

10 QVAEST. *Teneturne coniux innocens dimittere uxorem adulteram?* R E S P. Si derur scandalum, & praesumptio iniusta, quod ille consentiat adulterio: vel non datur aliud remedium ad emendam, tenetur, & in hoc sensu illa praecipunt expellere sacri canones. *ca. Dixit Dominus, 32. quest. 1.* Aliter dicendum est, si in cohabitatione derur spes emendae, & euiuentur maiora mala, & c. Ita in 4. d. 35. Richard. ar. 1. qu. 2. Sot. d. 36. ar. 1. Nau. ca. 26. nu. 28. cum Palud. & D. Anto. quos refert.

11 QVAEST. *Licetne coniugi ob adulterium dimisso, vouere castitatem, aut religionem profiteri inconsulto coniuge innocenti?* R E S P. Minime. Ita D. Thom. in add. qua. 62. art. 6. ad 4. Richard. in 4. d. 35. ar. 3. qu. 2. D. Anton. 3 p. tit. 1. cap. 21. §. 6. Armil. verb. *diuortium* nu. 8. Ratio est, quia culpa nemini debet patrocinari, & ideo adulterium non eximit adulteram ab onere subiectionis.

12 QVAEST. *Teneturne coniux innocens iterum recipere in torum, & cohabitationem nocentem coniugem emendatum?* R E S P. Minime. Ita habetur *ca. Gaudemus de diuort.* docet communis cum Palud. in 4. d. 35. qu. 2. nu. 11. Quamuis ipse

vir postea incidat in adulterium. Ita D. Thom. ad 2. 2. 2. ar. 6. ad 4. Sot. d. 32. ar. 6. ad 3. Panor. & Gloss. cap. 1. de adulteris. D. Anton. 3. p. tit. 1. ca. 21. §. 6. Sylu. de adulteris. Ratio est, quia nullam deinde vir inuictam facit, iam dimissa.

13 QVÆST. Licetne facere diuortium propter periculum in cohabitatione? RESP. Potest, Ita habet ca. Literas de restit. spoliat. §. fin. Cou. de matr. 2. p. cap. 7. nu. 1. Nau. c. 22. n. 22. quatenus quidē durat tale periculum.

14 QVÆST. Licetne facere diuortium ob periculum committendi in cohabitatione? RESP. Licet. Ita habetur cap. 2. de diuort. docet Palud. in 4. d. 39. quæst. 1. nu. 15. & Nau. ubi proxime, quatenus quidem durat tale periculum.

15 QVÆST. Licetne facere diuortium propter hæresim apostasiam à fide, in quam incidit alter coniux? RESP. Licet. Ita habetur cap. 2. de diuortio cap. fin. de conu. coniug. docet communis schola: licet hæresis, & apostasia sit occultæ, quatenus quidem non datur emenda. An vero damnatur publice coniugem de hæresi, vel apostasia, sed iam emendatum, teneatur coniux innocens recipere in tota cohabitatione, dissidium est inter Auctores. Affirmat Gloss. cap. Mulier. & ca. fin. de conuers. coniug. cap. 2. de diuort. Sot. d. 39. ar. 4. specul. 3. p. art. 6. Clarus lib. 3. de diuort. nu. 15. Hostiensis, Putreus, Anchar. Præpos. & alij in illis de diuort. Negat in 4. d. 35. Maior. q. 1. Gab. ar. 2. d. 32. Viguer. ca. 16. §. 7. vers. 9. Valent. tom. 4. de matr. 2. p. Per. Sot. lect. 12. de matr. Graph. li. 2. ca. 83. nu. 12. Cæsar. pun. har. c. 7. Cou. 2. p. Epit. c. 7. §. 5. nu. 5. Marien. de matr. n. 8. Roias 2. p. de har. affer. 40. Barboza 10. ca. 1. c. de illa. de diuort. Simanch. de iust. cath. tit. 4. nu. 16. de matr. 4. nu. 5. Rosel. diuort. nu. 13. Ange. matr. 4. nu. 1. diuort. qu. 10. Palu. in 4. de 35. qu. 1. Inno. Zabarel. Anchar. nor. ca. Quanto de diuort. Dederunt occasione huiusmodi duo capita iuris: parti affirmanti capit. Mulier. de coniug. ubi Greg. IX. sic ait. Mulier, quæ in fide remansit viro, qui ab infidelitate reuertitur, propter quã ab ea fuerat iudicio Ecclesiæ separata, libere ad religionem conuolare potest, de videretur colligi, si nolit recipere illum, tenetur ad religionem conuolare. Parti neganti dedit fundamentum

De illa, de diuort. vbi sic Urbanus III. De illa, qua viro suo labente in hæresim, ipsius consortium sine iudicio Ecclesie declinauit, videtur nobis, quod mulier ei, cum reuersus fuerit, est reddenda, quæ & si reuerti noluerit, compellatur. Si vero iudicio Ecclesie ab eorecessit, ad recipiendum eum, nullatenus dicimus compellendam. Roborat non leuiter partem affirmantem tempus, quo condita sunt huiusmodi decreta: nam cap. Mulier, factum est à Gregorio IX. multos post annos à ca. De illa, facta ab Urbano III. Urbanus .n. mortuus est ann. 1178. Gregorius vero anno 1241. vt videre est apud Illescas; ergo videtur per cap. Mulier emendatum & correctum, ca. De illa.

Contra hanc tamen expositionem facit, quia à iure antiquo, & determinatione non est recedendum, nisi per nouum id exprimat, vt aduertit Naua. de regularib. cons. 30. & de con. coniu. cons. 1. Colligitq; ex L. Pracip. Cod. de appell. At vero in ca. Mulier, nulla fit mentio ca. De illa, iuris autem correctio est odiosa, & ideo vitanda, nisi expressa habeatur ca. Nisi expediat in 6. Ideo Auctores partis, quæ negat, dicunt in ca. Mulier, solū declarari posse innocentem, nõ solum non recipere nocentem coniugem ad cohabitationem, vt decretum erat in ca. De illa, sed etiam transire ad religionem, quod non ita clarū erat. Alioqui graue onus imponeretur per tale decretum innocenti, nimirum, aut recipere in torum, & cohabitationem nocentem coniugem, à quo per declaratoriam Ecclesie sententiam de hæresi, vel apostasia damnato, erat separatus: vel ingredi religionem, cuius ingressus non nisi pro grauissimis criminibus, solet à iure alicui imponi, vt patet, ca. De adult. ca. De lapsis 16. que. 6. Vnde tale decretum statutum esset in utilitatē nocentis, damnum vero innocentis, quod quidem non est credibile. Dicendum igitur est iuxta hanc negantē sententiam, quemadmodū propter adulterium carnale, ita etiā propter adulteriū spirituale, quod committitur per hæresim, vel apostasiam à fide, posse fieri diuortium quo ad torum, & cohabitationem, post declaratoriam criminis sententiam, etiam à coniuge iam emendato. Ad quam separationem dedit facultatem Christus Dominus Matt. 19. Ex multorum interpretamento: dedit Ecclesia ca. De illa citato, sicuti potuit, vt probat Bellar. de matr. li. 3. ca. 14.

16 QVAEST. *Eratne in Lege veteri licitum repudiare*
 RE SP. Affirmatiuam partem tenuit D. Thom. ca. 19. *ibid.*
Abulens. quest. 47. & Caiet. item in 4. d. 33. Palam.
 1. artic. 2. Scot. qu. 3. Durand. Palat. disp. 3. Bellarm. *de ma-*
trim. libr. 1. cap. 17. arg. 14. Pet. Soto lect. 13. de matr. Ezech.
hom. 7 4. in Matt. Pet. Ledesm. ad qu. 67. Add. D. Thom.
 3. Probant ex Deuteron. 24. & Malach. 2. *cum uis uide-*
eris, dimitte Hi igitur Doctores arbitrantur, tunc licet
 fuisse ex quacunque causa dimittere uxorem, non solum
 quo ad torum, sed etiam quo ad uinculum. Si enim
 quiunt, fuisset solum peccatum permissum, aliquando
 reprehenderetur à Prophetis: nusquam tamen in
 lege inuenitur tale peccatum reprehensum, ut inue-
 nitur vsura permissa Iudæis erga gentiles. *Ezech. 18. & 14.*
 14. Oppositum tenent cum Mag. in 4. d. 33. Bonavent.
 Rich. ar. 3. qu. 1. Sot. qu. 2. ar. 2. Castro *de leg. pen. lib. 2. cap.*
arg. 2. Cou. de matrim. ca. 7. §. 4. numer. 4. Lyra. Deuot.
Matth. 19. Diu. Hieronym. Matth. 5. Ratio eorum est quod
 Christus D. vsus est *Matth. 19. permissionis uocabatur*
Moyse ad duritiam cordis uestri permisi uobis dimittere ux-
ores uestras, ab initio autem non fuit sic: fuit igitur pec-
 catum permissum, ut multa alia permittuntur ad euitanda
 maiora mala.

CAPVT XX.

De vsu Matrimonij, seu de debito con-
 iugali. §. 1.

- 1 An sit licitus vsus matrimonij.
- 2 An teneantur coniuges sibi inuicem debita reddere.
- 3 Quod peccatum est negare debitum.
- 4 Ob quas causas licet negare debitum.
- 5 An adulter occultus, possit exigere debitum.
- 6 Quomodo peccatur in exercitio copulae maritalis.
- 7 An intra duos primos menses à matrimonio contracto, teneatur quisq; coniux reddere peritam copulam.

- 8 An ratione contagiosi morbi possit debitum negari.
- 9 An ratione voti castitatis, quod habet coniux petens, liceat negare debitum.
- 10 De incitamentis coniugum ad copulam.
- 11 De amplexibus, & osculis inter sponso de futuro.
- 12 De tactibus impudicis inter sponso de futuro.

1 QVÆSTIO. Estne licitus usus matrimonij, hoc est, carnalis copula inter coniuges? RESP. Maxime quidem. Est insuper inter fideles meritorius. Infideles enim, qui recte matrimonium tractant, non peccant in copula carnali. At vero fideles, si in gratia sint, & propter debitum finem matrimonio utantur, merentur in ipso actu sicut in alio bono opere. Tunc autem est debitus finis, quando actus fit ex iustitiæ zelo, ad reddendū debitum, & ex religione ad faciendū id, ad quod est matrimonium institutum; est autem institutum matrimonium tum ad propagandam prolem, tum ad subueniendum concupiscentiæ. D. Thom. in *Add. quæst. 46. art. 6.* Tolet. *lib. 7. c. 1. nu. 4.* Contra hanc veritatem fuit hæresis Manichæorum asserentium carnalem actum inter coniuges esse peccatum mortale. Sed damnata fuit hæresis in Concil. Florent. & *ca. Ad abolendam, de hæretic.* Probatum & D. Paulo ab Hebr. 13. *Honorabile connubium in omnibus, & torus immaculatus.* Vbi D. Paul. intelligit pro toto, ipsam copulam.

2 QVÆST. Tenenturne coniuges inuicem sibi debitum reddere, cum exigitur? RESP. Tenentur. Ita nos docuit D. Paul. I. *Corint. 7. Vxori vir debitum reddat, similiter autem, & uxor viro: mulier sui corporis potestatem non habet, sed vir: similiter autem, & vir sui corporis potestatem non habet, sed mulier. Nolite fraudare inuicem.*

3 QVÆST. Quod peccatum est, negare debitum exigenti coniugi? RESP. Coniugi petenti debitum serio, negare debitum, est mortale peccatum contra iustitiam commutativam promissæ fidei. Ita Doctores communiter. Suf-

ficat autem ad hanc obligationem inducendam iustitia
tatiua petitio ex signis, veris, & indicijs manifesta pro-
pter pudorem personarum notat D. Anton. 3. p. tit. 1. c. 1.
7. Oritur autem culpa, tum ex natura contractus, tum
mutua traditur corporum potestas, tum ob penam
incontinentiae.

4 **QVAEST.** *Ob quas causas licet negare debitum?* R. 2.
In primis propter adulterium commissum à coniuge
debitum petente. Ita Doctores cōmuniter in 4. d. 31. c. 1.
q. 1. n. 9. & d. 25. Richard. art. 5. q. 1. Nisi innocens possit
vel etiam adulterium commiserit, paria enim delicta
ri compensatione dissoluuntur *L. Viro, atque uxore. In
luto matrim.* Vel per petitionem debiti nocentem con-
gem sibi reconciliauerit. Ita Caietan. tom. 6. opus. tract. 1.
Armil. matrim. nu. 77. Nauar. c. 22. n. 13. Tabien. matrim.
4. §. 6. Deinde propter incestum commissum à coniuge
exigente, cum consanguinea innocentis coniugis. Pe-
tur enim talis incestuosus iure petendi debitum
*Transmissa. de eo, qui cogn. consang. ux. cap. Qui dormit
quest. 2.* Inde fit, vt innocens coniux, non teneatur re-
dere. Ita Doctores in 4. d. 34. D. Thom. art. 5. Richard.
art. 4. qu. 2. Sot. d. 37. art. 2. Nauar. cap. 16. nu. 35. Couar.
de matrim. c. 7. §. 2. n. 5. Ratio est manifesta, quia petens
incestum, contraxit affinitatem cum propria uxore. Quae
vero affinitas orta, ex copula fornicaria post Con-
dentinum ad solum secundum gradum excurrit, &
negare debitum non nisi incestuoso in secundo gradu
potest innocens cōiux. Tertio, propter immo-
dicitatem exigentis. Ita Sotus d. 32. q. 1. art. 1. con. 2. Ratio
est, quia in petendo debet modus adhiberi.

5 **QVAEST.** *Poecatane coniux, qui adulterium commisit
cultum exigendo debitum ab innocente, tanquam, vt
& sibi debitam?* RESP. Affirmant Armil. Tabien. Nauar.
locis proxime citatis. Castro. de leg. pœn. lib. 2. cap. 4. aiunt
talem ad alterum, ipso adulterio, amittere ius ad peten-
dum. Ex opposito fundamento negant Caiet. tom. 6. opus. tract. 1.
art. 21. resp. 4. Sot. d. 36. art. 3. Couar. de matr. 2. p. 2. q. 1.
2. n. 4. aiuntque sicut in alijs criminibus, sic in adulterio
requiri iudicis sententiam, aut coniugis innocentis ob-
ligationem, per quam priuatur iure petendi.

6 QVAEST. Quando peccatur in actu, seu exercitio actua matrimonialis copula? RESP. Peccatur in primis ratione finis intenti. Si enim finis est sanctus, qualis est procreatio prolis, vitatio fornicationis, mutua obsequiorum praestatio, actus est sanctus, & factus in gratia est meritorius vitae aeternae: nam factus pro filijs in cultum Dei, est opus virtutis religionis: factus pro debito soluendo, est actus iustitiae commutativae, vt docet D. Thom. in 4. d. 26. qu. 1. art. 3. & in Add. q. 41. art. 3. ad 4. Palud. ib. q. 2. art. 1. Sor. q. 1. art. 3. Vitiatur igitur ex prauo fine, grauiter, aut leuiter secundum finis malitiam. Quærunť igitur Doctores, an liceat hunc actum exercere propter vitandam incontinentiam, vel in se, vel in coniuge, cum illa vitari potest alijs remedijs durioribus. RESP. Licet quidem. Ita Durand. in 4. d. 31. q. 4. Pal. q. 2. art. 2. Capreol. q. 2. ar. 4. Caiet. verb. matrim. Sor. d. 35. q. 1. art. 4. Probatur ex Paulo 1. Cor. 7. Propter fornicationem vnusquisque suam uxorem habeat, & vnaquaque suum virum. Quærunť, an liceat propter sanitatem, non exclusis alijs finibus. Licet quidem. Ita Richard. in 4. d. 31. art. 3. q. 2. Caiet. som. 1. Opus. tract. 12. qu. 3. Catec. ad paroch. tit. de matr. fol. 337. Quærunť, an liceat propter delectationem carnalem, non exclusis alijs finibus, Respondent peccatum esse veniale. Ita Syluest. matr. Tolet. libr. 7. c. 18. num. 2. D. Thom. in 4. d. 31. Peccatur deinde ratione modi, quo actus ille exercetur. Peccant enim mortaliter, qui illum exercent contra naturam, quando scilicet in vase non debito exercetur copula: quando etiam effunditur semen extra vas voluntarie. Veruntamen quando in proprio vase semen effunditur, quamuis modus non seruetur, veluti si foemina superponatur, seu à posteriori parte semen recipiat, nisi sit periculum effundendi semen extra vas, non committitur peccatum mortale. ita Alb. Mag. in 4. d. 32. Tol. lib. 7. cap. 20. numer. 1. Angel. verb. debitum coniug. nu. 25. Syl. eodem verb. qu. 6. & 7. Nau. p. 16. n. 42. Nullum autem est peccatum, si hæc mutatio naturalis situs fiat ob necessitatem. Ita omnes cirati, & alij. Peccatur tertio ratione temporis, in quo exercetur. Nam peccatum est veniale hunc actum exercere celeberrimis Ecclesiæ festiuitatibus, veluti diebus Natalis Domini, Pascharis, Pentecostes, Corporis Christi,

As.

Ascensionis; quinta, & sexta feria maioris hebdomadae nisi detur periculum incontinentiae: nam, ut est factum pro fanūque proverbium, *omnia tēpus habent, est tempus rudi, & tēpus legendi*. Peccatum itē est veniale debitū petere, & exercere die ante cōmunionem, nisi adsit periculum incontinentiae. Petere, dixi, non reddere, quia reddere nullum est peccatum, etiam ipsa die sacrae cōmunionis. Ita D. Thom. in *Add. q. 6. art. 1. ad 1. Viuald. de mat. tit. de deb. coniug. n. 13*. Dubitant Doctores, quod peccatum sit consummare matrimonium ante susceptam benedictionem nuptialem. Aliqui dicunt esse mortale. Ita Palud. in *4. d. 28. q. 2. art. 1. D. Ant. 3. p. tit. 20. c. 1. §. 8*. Ratio eorum est, quia id prohibetur grauius ab Ecclesia in aliquibus locis, sub pœna excommunicationis. Alii dicunt esse solum veniale. Ita Summistæ *ver. deb. coniug. Ang. m. Syl. q. 9. Armil. n. 12. Couar. de matrim. 2. p. c. 7. §. 2. n. 6. Caict. tom. 1. opus. tract. 13. q. 1. Scot. d. 18. q. 1. ar. 2. Nau. c. 1. 71*. Ratio eorum est, quia cōmunis, & vniuersalis Ecclesiae prohibitio est materia, non iudicialis, & ideo Couar. Trident. *sess. 24. cap. 1.* solum horratur coniuges, ne consumment, ante benedictiones. Prior igitur cōsentia vera erit, iuxta aliquas Constitutiones Synodales; secunda vero, iuxta communem Ecclesiae prohibitionem. Dubitant deinde de tempore menstrui. Peccatum esse mortale tenuit D. Thom. in *4. d. 32. quest. 2. ar. 2. Scot. quem citat Scot. d. 32. quest. 1. artic. 2. Syluest. de numer. 8*. Dico tamen (amota causa ad exigendum, & reddendum necessaria, quæ excusat ab omni culpa petere, aut reddere debitum tempore menstrui solum esse peccatū veniale, etiamsi credatur ex tali complexu, menstruum esse concipiendum. Ita Palud. in *4. d. 32. quest. 2. Antonin. 3. p. tit. 1. cap. 20. §. 5. Castro de leg. pœn. lib. 1. cap. 1. Tol. lib. 7. c. 20. Viuald. de mat. tit. de deb. coniug. Nau. cap. 16. num. 32.* Ratio est, quia licet proli videatur inrogari grauis iniuria propter monstruositatem, vel infectiōem lepræ, in qua quidem concipietur: parua tamen illi, quia illi melius est esse, quamuis monstruositate affecto, quam omnino non esse. Peccatur quarto ratione loci, enim hic actus exerceatur coram alijs, gignet scandala. Dubitant vero doctores, an liceat exercere in loco sacro.

Aliqui affirmant esse peccatum mortale, quocunque modo, & quacunque de causa exerceatur, quantumuis occulte. Ita Palud in 4. d. 31. D. Anton. 3. p. tit. 1. c. 20. §. 2. Caiet. *ver. usus matr.* Turrecr. in §. *sed cum naturale. art. 5. dis. Naua. c. 16. n. 12.* Dico *primum.* Exercere hunc actum in loco sacro, sine vlla virgente causa, est graue sacrilegium, quantumuis occulte fiat. Ita citati Doctores. Dico *secundum.* Exercere hunc actum in loco sacro, virgente causa, ad euitandam incontinentiam occulte, & nemine conscio, nullum est peccatum. Ita Ioan. Andr. Archid. Angel. Sylu Maior. quos refert, & sequitur Castro *lib. 1. de leg. poen. ca. 7. docum. 2.* Couar. de *Matrim. cap. 7. §. 2. num. 3.* Sor. d. 32. *artic. 3.* Ratio est, quia sicut ad euitandam mortem corporalem, licet effundere sanguinem humanum in loco sacro occidendo inimicum, ita ad euitandam mortem spirituales, licebit effundere semen humanum per licitam copulam. Dico *tertium.* Publice exercere hunc actum in loco sacro ex quavis causa exerceatur, semper est peccatum lethale. Ratio est, quia tunc temporis gignitur scandalum, & violatur Ecclesia, *cap. unico de consecrat. Eccles. li. 6.* Peccatur quinto ratione damni, quod ex tali actu subsequetur. Enimvero peccat mortaliter, qui exercet hunc actum cum periculo abortus. Ita Sylu. *de coniug. q. 5.* Caiet. *verb. abortus. Naua. cap. 15. n. 14.* Est autem hoc periculum tempore coagulationis factus, & tempore proximo partui.

7 *QVAEST. Teneturne coniux debitum reddere, si petatur intra duos primos menses à contracto matrimonio?* RESP. Minime. Nam illi duo primi menses conceduntur à iure ad deliberandum de eligendo potius adhuc statu religioso, quem ante consummationem potest intra illud tempus eligere, & profiteri. Ita habetur *c. Ex publico de conu. coniug.* Docet D. Tho. & Theologi, quos refert Sor. d. 32. q. 1. ar. 3.

8 *QVAEST. Teneturne coniux sanus reddere debitum coniugi leproso, cum periculo infectionis?* RESP. Minime. Ita Doctores in. 4. d. 32. Palud. q. 1. n. 5. Durand. q. 1. art. 2. Sor. q. 1. art. 1. Caiet. *verb. matr. c. 2.* Naua. c. 16. n. 25. Nam obligatio debiti reddendi, intelligitur salua subiecti consistencia, & valetudine. Est tamen aliquod lepræ genus, in quo nõ est periculum infectionis, & tunc permanet debiti obligatio,

gatio,

gatio, vt decernitur c. *Quoniam de coniug. lepro.* Quod lo-
ctum est de lepra, dicendum est de morbo Gallico, &
lio contagiolo. Ita Sorus. d. 3. q. 1. Armil. *ver. deb. trans.*
nu. 3. & matr. n. 69. Nau. c. 16. n. 25. vbi ait sic esse iudic-
gendum c. 1. & 2. de coniug. lepr.

9 QVAEST. Teneturne coniux reddere debitum coniugi
lud exigenti, qui habet votum castitatis? RESP. Hanc que-
stionem iam proposuisti, & solui. i. p. cap. 6. §. 1. nos de
gatiua responsione cum Nauarro aduersus communi-
in qua sum etiam modo: praecipue cum ambo ex
consensu vouerunt, quia vt vnus se priuauit iure
gendi, ita alium iure reddendi, sicut bene aduertit
desm. 2. 4. qu. 55. art. 1. ad 1. Neque placet ratio communi-
sententiae pro parte affirmatiua. Quando enim opus
de se, inquit, non est malum, sed ex malitia alterius
alias est debitum, non peccat, qui in illud opus con-
tit, non consentiendo in malitiam. Non placet, inquit,
haec ratio, quia se habet ex parte petentis, & non re-
tis, atque adhuc ad illum consensum excusandum opo-
ret, vt interueniat honesta causa: exemplo res est ma-
festa: scio gentilem hominem iuraturum per falsos deos
sed mea valde interest ab eo iuramentum exigere: iur-
mentum ex se est sanctum, ex malitia vero hominis,
eo fertur sacrilege, possum tale iuramentum exigere
in talem actum, qui ex se bonus est, consentire: sicut
um parochum esse in peccato lethali, indigeo baptis-
aut alio sacramento: non est alius, qui illud ministrat
ministratio sacramenti ex se est sancta, eo malitiam
parochi, sit sacrilege, possum ab eo exigere sacramen-
Vnde manifeste apparet rationem allatam in nostro
non concludere, vbi agimus de redditione, sine
cusante, & cohonestante causa. Et confirmatur
uitre. Enimvero nemo negat parochianum habere
petenda sacramenta a suo parochio, & tamen nemo
gat peccare grauiter parochum, qui sciens petentem
se in lethali, illi sacramenta ministrat, licet videatur
dere, quod alias debitum petitur, & non consecratur
malitiam alterius.

10 QVAEST. Quid censet de incitamento coniugum ad
pulum licitam ex debito sine? RESP. Amoro periculo possit

tionis, licitum est coniugibus uti calidis cibus, osculis, amplexibus, tactibus impudicis ad copulam conjugalem pro debito fine habendam: ad illam autem habendam pro delectatione, est peccatum veniale. Ita Sylu. *debitum coniug.* q. 9. Amil. *ibid.* num. 8. Caiet. *verb. matr. c. de usu matr.* Nau. *c. 16. n. 42.* Henric. *de matr. lib. 11. c. 17. §. 6.*

11 QVAEST. *Quid censes de osculis, & amplexibus inter spon-
sos per verba de futuro propter delectationem carnalem ex ipsa
ortam, semoto periculo pollutionis, & absque animo progredi-
endi ulterius ad actum copula?* RESP. Caiet. *ver. sponsal.* &
22. q. 154. art. 4. & Nau. *c. 16. n. 12.* arbitrantur esse tantum
peccata venialia. Esse vero peccata mortalia, arbitratui
communis opinio cum D. Thom. 2. 2. q. 154. art. 4. Ratio
unica est, quia oscula, & amplexus, ut delectabilia secun-
dum tactum inter marem, & foeminam, ab ipsa natura
sunt ordinata ad copulam: igitur erunt licita tantum-
modo inter eos, inter quos est licita copula: cum igitur
inter sponfos copula non sit licita, neque item erunt os-
cula, & amplexus.

12 QVAEST. *Quid censes de tactibus impudicis inter eos-
dem sponfos?* RESP. De his nemo dubitat esse peccata mor-
talia.

Additio ad hanc tertiam partem Examinis,
pro declarandis ministris sacra-
mentorum.

17 QVAESTIO. *Quoniam dubitatum fuit ab aliqui-
bus sacerdotibus simplicibus, hoc est, carentibus benefi-
cio curato, an de sola licentia parochorum, absque alia
licentia Ordinarij, possent administrare sacramenta Bap-
tismatis, Eucharistiae, & Extremae unctionis, profer in me-
dium, quid illis respondendum sit?* RESP. Dico primum
Minister Baptismatis ex officio est sacerdos parochus.
Ita D. Thom. Sor. Tolet. quos retuli *1. p. cap. 4. §. 5. numer.*
1. Dico secundum Nemini sacerdoti licet absque licentia
parochi, vel Ordinarij, aut illius Vicarij generalis mini-
strare sacramentum baptismi. Ita habetur *cap. Interdici-
mus. 16. quast. 1.* peccatque graviter, qui contra hanc Ec-
clesiae prohibitionem baptizat absque parochi, vel
Or

Ordinarij licentia, vt ex ijsdem auctoribus ostendi in
 4. §. 5. num. 1. Dico tertium. Ex licentia parochi, qui
 sacerdos simplex potest administrare baptismum in
 talis parochi. Ita expresse Nau. c. 2. nu. 7. & octauo parochi
 Viuald. de baptismo, tit. de ministr. n. 1. Dico quartum. Sacerdos
 sacerdos parochus, est nunc ex officio minister ad tra-
 ferendum sacramentum diuine Eucharistie suis subditis.
 Ita habetur. c. peruenit. de consecr. d. 2. Notat Viuald. de eu-
 cha. tit. de usu. n. 2. Dixi nunc, quia olim, cum fideles com-
 municabant sub vtraque specie, diaconus etiam ex of-
 ficio ministrabat sanguinem. Ita communiter Doctores
 sacri. notat Sor. in 4. d. 13. q. 1. ar. 3. concl. 3. Viuald. de Eu-
 cha. tit. de usu. num. 2. Tolet. lib. 2. c. 28. n. 2. Dico quintum. De
 licentia parochi potest quilibet simplex sacerdos ad-
 ministrare Eucharistiam. sic Tolet. lib. 2. c. 28. n. 2. & lib. 6. c. 17. n. 1.
 Dico sextum. Non solum sacerdoti, sed etiam diacono
 (in casu necessitatis) potest parochus dare licentiam
 administrandi Eucharistiam. Ita Viuald. de Euchar. tit. de
 usu. n. 2. Tolet. lib. 2. c. 28. nu. 2. & lib. 6. c. 17. n. 1. Erant enim
 necessitas cum adest parochus, sed est impeditus, & non
 est alius sacerdos. Ita habetur ca. Diacono. & c. Preterea
 dist. 93. Instit. de Euchar. lib. 2. §. Sed nec. Tenent Doctores
 in 4. d. 13. quaest. 2. art. 3. cum Paludano. Summist. in
 mun. sacram. Caiet. ca. de ministro. Armil. nu. 21. Viuald. de Eu-
 cha. num. 89. Gloss. vero Institut. citato loco ait eum
 sufficientem esse, si sacerdos non possit sufficere ad com-
 municandam multitudinem. Dico septimum. Minister
 sacramenti extremæ vnctionis est solus sacerdos. In-
 ruitur manifeste ex c. 5. D. Iacobi, dicentis. Infirmis qui
 in vobis, inducat presbyteros Ecclesia &c. habetur cap. in
 sacr. vnct. cap. presbyteros. dist. 95. in Cōc. Cabilon. c. 4. Defi-
 nitur in Concil. Trident. sess. 14. cap. 1. & can. 4. Traditur
 ex D. Thom. & antiquis Nauar. cap. 22. num. 12. Videtur
 220. Sor. d. 23. q. 2. art. 1. Est igitur sacerdos necessarius
 necessitate sacramenti. De necessitate vero præcepti est
 sacerdos Parochus. Ita habetur in Clement. de primog. &
 Clement. Dudum de sepulti. Docent sancti Thom. in 4. d. 23. q. 2. art. 1. & in Add. q. 33. art. 3. D. Bonau. Richard. Soc.
 & alij in 4. d. 23. Sor. q. 2. art. 1. Angel. v. verb. vnct. q. 3. Armil.
 q. 4. & 5. Syl. q. 5. Dico octauum. De sola licentia parochi

potest quilibet simplex sacerdos administrare sacramen-
tum extremæ vnctionis Ita Vivald. *de sacr. vnct. tit. de mi-
nist. n. 3.* Dico nonum. Qui sacerdos sine licentia Epis-
copi, vel parochi, administrat extra necessitatem sacra-
mentum vnctionis manet excommunicatus. Ita colligunt
Doctores ex *Clem. 1. de priu. sacramentum tamen est
validum, & vere collatum.* Ita Vivald, *loco citato, & Viçt.
de Euch. n. 200.*

2 QVAEST. *De alijs sacramentis potestne esse aliqua dubi-
tatio?* RESP. Minime quidem, quia sacramentorum con-
firmationis, & Ordinis minister, est solus Episcopus. Ap-
probatio autem Episcopi ad sacramentum pœnitentiæ
est post Concil. Trid. de essentia sacramenti. Quod vero
sacerdos de licentia parochi possit adesse ad contractum
matrimoniale tanquam conditio sine qua non, cele-
bratur valide contractus coniugalis, ac proinde non
tenet sacramentum matrimonij, decreuit idem Conci-
lium, vt suis locis iam dixi, & ostendi. Et per hæc satisfac-
tum est propositæ quæstioni secundum commune ius,
Doctorumque sententiam. Si tamen in aliqua diœcesi a-
lia vigeat consuetudo, nimirum, vt obtineatur facultas
Ordinarij ad sacramenta ministranda, sicuti obtinetur
ad primam post ordinem sacerdotij susceptum dicen-
dam missam, seruanda est propter pœnam oppositam a-
liter facientibus. Nam sicuti iubetur, vt quisque sacer-
dos facultatem petat ad primam dicendam missam pro-
pter examen ceremoniarum, an forte eas recte teneat ac
seruet. Ita optimum erit Consilium iubere, vt petatur
facultas ad sacramenta ministranda propter ritum in ijs
ministrandis seruandum secundum Rom. S. Ecclesiæ
morem, circa quem non leuiter sæpè sæpissimè
cuique errare contingit, nisi diligen-
tem adhibeat animad-
uerfionem.

